





LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS

595.77
Z57d
v.7-8

SEP 23 1949

NATURAL
HISTORY

[illegible]

DIPTERA SCANDINAVIÆ

DISPOSITA ET DESCRIPTA.

Auctore

PH. D:RE JOHANNE WILHELMO ZETTERSTEDT

AD UNIVERSITATEM LUNDENSEM BOTAN. ET OECON. PRACT. PROFESSORE REG. ET ORD.; EQUITE AURATO REG. ORDINIS DE WASA; REG. ACAD. SCIENT. HOLM., SOCIET. ENTOMOL. PARIS., NATUR. CURIOS. LIPS., SOCIET. CUVIER. PARIS., SCIENTIAR. LITTERARUMQUE ELEGANT. GOTHOB., PHYSIOGRAPH. LUND., CULTURÆ BOMBYCINÆ SUECANÆ HOLM., ENTOM. SCANDINAV. HAFNIÆ., ET OECON. MALMOG., SODALI; REG. SOCIET. OECONOM. BOTN. OCCIDENTALIS, SOCIETAT. HORTULANÆ GOTHOBURGENSIS ET SOC. PRO FAUNA ET FLORA FENNICA HELSINGFORSIÆ, MEMBRO HONORIFICO; ATQUE SOCIET. ENTOM. STETINI ET SOCIET. HISTOR. NATUR. HARZIÆ CORRESPONDENTE.

TOMUS SEPTIMUS.

LUNDÆ,

EX OFFICINA LUNDBERGIANA,

SUMTIBUS REGIIS.

1848.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://www.archive.org/details/dipterascandina78zett

Z 57d
v. 7-8

Præclarissimo & Celeberrimo

Dom. PET. FREDR. WAHLBERG,

MEDICINÆ & PHILOS. DOCTORI,
AD REG. INSTITUTUM CAROLIN. HOLMIÆ MATERIÆ MEDICÆ
ET HISTORIÆ NATURALIS PROFESSORI,
REGII ORDINIS DE STELLA POLARI EQUITI,
REG. ACADEM. SCIENTIAR. HOLM. ETC. ETC. MEMBRO,
NATURÆ SCRUTATORI EXIMIO,

Qvi ad hoc opus nostrum perficiendum
plurimum conduxit,

tomum huncce
grate dicat
AUCTOR.

Famil. 35. OSCINIDES Fall.

186. PLATYCEPHALA Fall.

Corpus minoris magnitudinis, oblongum, nitidulum, totum glabrum, subtiliter punctulatum. Caput cum oculis thorace nonnihil latius, subtriangulare. Antennæ sub protuberante margine frontali insertæ, oblique porrectæ, remotæ, articulo 1:mo brevissimo, 2:do apice subtus oblique truncato 3:tioque oblongo compresso, subæqualibus, horum ultimo basi seta dorsali longitudine antennæ nuda (vel sub microscopio puberula). Frons lata, distincte prominula, plana l. leniter concava, punctulata, nuda. Vertex ocellis 3 approximatis. Epistoma valde reclinatum absque seta mystacina. Apertura oris sat ampla, proboscide exserta haud magna, palpis retractis. Genæ longiusculæ. Oculi rotundi aut horizontaliter rotundato-ovales. Thorax oblongus, punctulatus, glaber; absque sutura transversa. Scutellum majusculum, semiorbiculatum, punctulatum, absque setis. Abdomen elongatum, læve, nudum, segmentis 5 distinctis subæque longis, 6:to seu anali minuto retracto. Alæ incumbentes, abdomine paullo longiores, modice latæ, sordide hyalinæ, immaculatæ. Nervi longitudiales rectiusculi: 1:mus seu auxiliaris ad 3:tiam costæ partem extensus, simplex, 2:dus modice elongatus, 3:tius crassiusculus paullo ante & 4:tus tenuis paullo pone apicem alæ excurrentes, ad apicem nonnihil divergentes, 5:tus ad marginem interiorem alæ sensim tennior l. obsoletior productus, 6:tus nullus; transversi in disco valde approximati, horum medius apici auxiliaris oppositus, ordinarius longe ante medium areæ insertus & longe a margine alæ remotus. Segmenta costæ 1, 2 & 3 subæque longa, 4:tum antecedente nonnihil brevius; at segmentum nervi longitudinalis 4:ti ultimum antecedente (2:do) saltem quadruplo longius. Costa nuda & spinula nulla. Alulæ mediocres l. parvæ. Squamæ vix ullæ. Halteres nudi. Pedes validi, subglabri, inermes, femoribus posticis crassiuscu-

lis, sed subtus non spinulosis. Tibiæ intermediæ apice unicalcaratæ; posticæ incurvatæ. *Color* (in nostris) rufus l. ferrugineus. *Motu* haud agilis. *Habitatio* in graminosis, libenter locis paludosis. *Metamorphosis* ignota. *Differentia sexus; mas:* abdomine thorace nonnihil angustiore, sublineari, apice obtuso; *femina:* abdomine basi latudine thoracis, versus apicem sensim attenuato, apice acutiusculo, vagina anali articulata, brevi, haud erumpente. *Typus* generis: *Pl. planifrons.*

1. *P. planifrons:* thorace rufo supra fusco-testaceo, pallide bilineato; fronte longe producta ferrugineo-flava, linea media impressa; epistomate albido; abdomine supra obscure brunneo; pedibus rufo-flavis. ♂♀. (Long. 2—2½ lin.).

Meig. Dipl. 6. 25. 1. Macqv. Buff. 2. 427. 1. T. 18. f. 25 (male delineata). — *Musca* Fabr. Ent. Syst. Suppl. p. 565. 148. certe. — *Oscinis* Fabr. Antl. 214. 1. *Tetanocera* Latr. t. 14. 385. Coqueb. Illustr. 105. Tab. 24. f. 1. *Platycephala culmorum* Fall. Oscinides 2. 1. ♀.

Hab. in plantis paludosis per Scandinaviam meridionalem & mediam mense Julio minus frequens, in provinciis interioribus continentis hactenus non observata; occurrit vero non parce in culmis Graminearum & Cyperacearum in paludibus & pratis uliginosis Gottlandiæ ex. gr. ad Fårön, Gothem, Martebo-Myr, Ruthe, Östergarn, Grågarnshuk &c.; in Uplandia ad Holmiam (in foliis Acori Calamus), Prof. *Wahlberg*; in Dania Aug. Sept. sat frequens, D. *Stæger.* (E Posnania a D. Prof. *Löw* individuum masculum quoque communicatum).

♂♀. Statura corporis *Scatophagæ fimetariæ* supra gen. 166. n:o

1. similis, sed minor, angustior. Frons latissima, straminea, punctulis fuscis sat crebre impressa, margine longe producto attenuato arcuato; tota leniter concava, linea longitudinali media impressa, fovea dilatata nulla. Ocelli verticis minutissimi. Antennæ sub margine frontali insertæ, capite paullo breviores, ferrugineæ, superne nigro-brunneæ, articulis 1:mo parum conspicuo, 2:do subtus setuloso, 3:tio margini superiori articuli 2:di adfixo, ovato-oblongo, compresso, basi seta dorsali alba sub lente brevissime puberula, inferne validiuscula flava nuda. Epistoma valde declivum nudum. Os vertici fere oppositum. Instrumenta cibaria flava. Genæ albicantes. Oculi mediocres exerti longe remoti, transversim rotundato-ovales; in viva virescentes. Thorax ferrugineo-l. rufo-flavus, dorso obscuriori, punctis minutis nigris sat crebris impressis & lineolis 4 albidis æquali spatio remotis, quarum 2 in disco & 2 lateralibus. Pleuræ punctulis nigris impressis, superne ferrugineæ, inferne flavæ, linea media horizontali albida. Scutellum obscure rufum, nigro-punctulatum. Abdomen læve, nitidum, dorso nigro-brunneo, segmentis 2 & 3 vitta media flavida, ventre pallescente. Alæ albido-hyalinæ, nervis ut in diagnosi generis. Halteres albidi. Pedes cum coxis flavi, tarsis anticis totis, posterioribus apice, fuscis. Femora postica nonnihil longiora & distincté crassiora. Tibiæ posticæ basi præsertim incurvatæ & in mortua femori sat arcte applicatæ.

2. *P. umbraculata:* thorace rufo supra fusco-testaceo, pallide bilineato; fronte modice producta ferrugineo-flava fovea media lata profunde impressa concolore, macula centrali nigra; epistomate testaceo; abdomine supra brunneo; pedibus rufo-flavis. ♀. (Long. circiter 2 lin.).

Meig. Dipt. 6. 26. 2. T. 56. f. 16. — Macq. Buff. 2. 427. 2. *Musca* eadem Fabr. Ent. Syst. 4. 348. 148. *Oscinis* eadem Fabr. Antl. 215. 2. *Platycephala a-*

grorum Fall. Oscinid. 2. 2. ♀. certe secundum specimen typicum.

Hab. in Svecia rarissime; in agro cereali prædii Lillö Scaniæ mense Augusto 1814 individuum femineum (nostræ descriptioni typicum) a beato *Fallèn* inventum; nec ab ullo alio Collectore intra Scandinaviam quantum noverim deprehensa. (Feminam etiam e Posnania a Prof. *Löw* 1846 missam possideo).

♀. Priori valde similis, sed fronte antice minus prominente, impressione media magis dilatata macula in centro nigra, epistomate magis rufescente, nec albido, ut & abdomine supra dilutius brunnescente (saltem in nostro specimine), nec nigricante, vere diversa. Frons nitida flava impresso-punctulata, in medio retusa, foveam majusculam subquadratam læviusculam puncto centrali nigro notatam continens. Vertex puncto ocellorum nigro. Frontis margo anticus attenuatus paullo, nec longe, ante oculos productus. Antennæ longitudine fere capitis, rufo-flavæ, articulo ultimo acuminato, extus nigricante, summo apice obtuso; seta dorsali alba, basi flava. Epistoma pallide testaceum. Proboscis flava. Prælabrum nigrum. Oculi majusculi, rotundi, exserti. Thorax subtus rufo-ferrugineus nitidus, supra subnitens, (saltem in nostro specimine) fusco-rufus, crebre impresso-punctulatus, lineolis 2 pallidis obsoletis. Scutellum concolor. Abdomen ut in præcedente, sed supra dilutius brunneum. Alæ cum nervis, halteres & pedes omnino ut in priori.

Obs. Secundum *Fabricium* "antennæ ferrugineæ, apice nigræ" sunt; *Meigen* & *Macqvart* "antennarum articulos 1:*mum* & 2:*dum* nigros, 3:*tium* rufum apicem nigrum" describunt; in nostro vero exemplo antennæ totæ rufæ sunt, articuli tantum ultimi acumine nigro, omnino ut in specie Fabriciana indicatur.

Obs. Huic generi habitu & statura proxime accedit Meigeni *Eurina*, quæ tamen antennis brevioribus & femoribus posticis simplicibus generice distingvitur. — *Eurina lurida*, cujus patria a D. *Meigen* ignota, & quæ ad Bordeaux Galliæ a D. *Macqvart* inventa fuerit, quoque ad Rosenthal prope Gryphiam ab oculatissimo *Dahlbom* Mense Junio 1844 in plantis paludosis lecta mihique benigne communicata. Victus igitur ac *Platycephalæ* idem. *Platycephala* & *Eurina* etiam valde affines sunt *Oxyrhinæ*, generi in hoc opere p. 1953 sub n:o 143 inveniendo; sed corpore omnino nudo, nec verticis, thoracis scutellique setis munitæ, alarum nervis transversis magis approximatis, præter alias notas ab *Oxyrhina* facile dignoscuntur.

---

187. MEROMYZA Meig.

Corpus parvum, elongatum, subopacum, breviusculum, glabrum, scutelli apice bisetuloso. Caput rotundatum. Antennæ in modice prominulæ frontis apice insertæ, oblique deflexæ, epistomate duplo breviores, articulo 1:mo parum conspicuo, 2:do brevi, cyathiformi, 3:tio rotundato, compresso, basi seta dorsali antennis longiori, nuda. Frons lata, mediocriter prominula, subplana, nuda, opaca, in medio triangulariter impressa, in vertice trigono subelevato concolore puncto ocellorum approximatorum nigro ornata. Epistoma latum subperpendiculare l. leniter tantum declivum, infra oculos nonnihil descendens, omnino nudum. Apertura oris sat magna. Haustellum geniculatum, proboscide modice magna exserta. Palpi breves cylindrici retracti. Genæ longiusculæ. Oculi mediocres, leniter exserti, rotundi l. exactius horizontaliter rotundato-ovales, nudi, in viva sæpe virescentes. Thorax oblongus, glaber, absque sutura transversa. Scutellum mediocre, parce & tenuiter setulosum, apice rotundato distinctius bisetoso. Abdomen conico-elongatum, nudum, annulis 5 distinctis, exce-

pto 6:to anali parvo retracto. Alæ in qviete incumbentes, abdomine parum longiores, haud latæ, pallide hyalinæ, immaculatæ. Nervi longitudinales subcurvati non paralleli versus apicem divergentes: 1:mus (auxiliaris) saltem ad tertiam costæ partem extensus, simplex, 2:dus breviusculus versus costam & ultra ejus medium leniter curvatus, 3:tius etiam recurvatus cum nervo costali desinente distincte ante apicem conjunctus, 4:tus rectus obsoletus mox pone apicem alæ excurrens, 5:tus rectus ad marginem extensus, reliqui longitudinales nulli; transversi in disco valde approximati, horum medius apici auxiliaris præcise oppositus, ordinarius longe a margine interiore remotus. Segmenta costæ: 1:mum modice longum, 2:dum paullo brevius, 3:tium longitudine 2:di, 4:tum seu apicale 3:tio fere longius; segmentum nervi longitudinalis 4:ti ultimum antecedente saltem qvadruplo longius. Costa nuda; spinula nulla. Alulæ vix ullæ. Squamæ rudimentariæ. Halteres nudi. Pedes validi, glabri, inermes, tibiis intermediis apice unicalcaratis. Femora postica crassa, sed subtus non spinulosa; tibiæ ejusdem paris incurvæ, femori in mortua arcte applicatæ. *Color* pallidus, pictura nigro-lineata. *Motu* volans & saltans. *Habitatio* in graminosis &c. *Differentia sexus; mas:* ano obtuso; *femina:* ano acuto, oviductu articulato haud erumpente. *Typus* generis: *M. saltatrix.* — Genus hoc *Scatophagæ* affine, sed vertice oreque nudis &c. distinctum.

1. *M. Pratorum:* pallide flava, fronte distincte prominente concolore; puncto ocellorum, thoracis vittis tribus, scutelli unica, abdominisque dorso linea media & basi puncto utrinque, nigricantibus; tarsis leviter fuscanis. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{2}$—$1\frac{3}{4}$ lin.).

Meig. Dipt. 6. 165. 1. T. 61 f. 25. (fig. bona) — Macqu. Buff. 2. 589 3.

Hab. in graminosis, per campos & prata Scandinaviæ meridionalis & mediæ, ad litora marina mihi præsertim obvia, Jul. Aug., minus frequens; scilicet in Scania ad Sandhammar & Widtsköfle; in Gottlandia rarius; in Dania, D. *Stæger*. (In Finlandia, Prof. *Sahlberg*. Ex insula Helgolandia a D. *Dahlbom* in utroque sexu species genuina communicata).

♂♀. Sequentibus paullo major, & fronte magis producta, ut & abdomine linea media nigra notato, nec trifariam nigro-punctato, ab illis præcipue dignota. — Viva pallidissime virescenti flava, mortua & exsiccata pallide flava. Punctum ocellorum in vertice nigrum, at caput de cetero immaculatum, macula occipitis nulla. Antennæ superne interdum levissime subfuscanæ, seta fuscescente. Palpi & proboscis pallida immaculata. Oculi in viva virides. Thoracis dorsum vittis tribus latiusculis cinerascenti nigris, media integra, lateralibus utrinque abbreviatis, postice bifidis. Scutellum linea media angustata, & puncto utrinque laterali parva ad basin, fuscis. Abdomen elongatum angustatum pallidum, dorso linea media angusta subinterrupta brunneo-nigra, & in primo segmento puncto utrinque rotundato atro. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis ut in diagnosi generis directis. Halteres pallidi, clava vesiculosa. Pedes toti pallide flavi, immaculati, tarsis setis apice leniter fuscanis. Femora postica apice puncto nigro nullo notata.

Obs. Sub nomine: "*Merom. smaragdina* Duf.", plura individua in copula juncta e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* obtinui, quæ a nostra *M. Pratorum* tantummodo pedibus læte viridibus recedere videntur.

2. *M. variegata:* pallide flava, fronte parum prominente concolore; puncto ocellorum, macula thoracis

antecollari subquadrata, abdominis dorsi punctis trifariam dispositis, femorumque posticorum apice puncto utrinque, nigris; thoracis vittis tribus ferruginantibus; scutello subimmaculato; tarsis apice leviter fuscanis. ♂♀. (Long. 1—1½ lin.).

Meig. Dipt. 6. 165. 2. Macq. Buff. 2. 589. 2. Zett. Ins. Lapp. 778. 1. ♂♀. *Oscinis saltatrix* var. in descriptione: "junior & nuper exclusa, thoracis lineis rufis" Fall. Oscinides p. 4. — An quoque *Meromyza læta:* "flava, thorace vittis tribus rufis; abdomine trifariam nigro-punctato", Meig. Dipt. 7. 395. 4., est hujus varietas?

Hab. in pratis & campis per Scandinaviam meridionalem passim, borealem rarissime; mensibus Julio & Augusto vigens; scilicet in Scania ad Silfåkra, Lindholmen, Smyge Fiskläge (in litore marino), Esperöd (in paroecia Mellby), Widtsköfle, Ausås (in Kullen), &c. sat frequens; e Dania a D. *Stæger* in utroque sexu sub nomine: "*M. variegata* Meig." communicata, & ad Dyrhaven Hafniæ etiam a D. *Dahlbom* capta. (Ad Gryphiam ab eodem *Dahlbom* quoque inventa).

♂♀. Similis priori, sed magnitudine paullo minore, fronte minus prominente, thoracis vittis ferrugineis, nec nigricantibus, macula ante collum nigra distincta, scutello subimmaculato, abdominis signaturis obscuris in tres series dispositis, & denique femoribus posticis apice nigro-bipunctatis, vere diversa. A sequente, cui etiam accedit, macula occipitis obscura nulla, thoracis vittis rufescentibus, nec nigro-cinereis, scutello vix maculato, & femoribus posticis apice punctis 2 nigris notatis, nec immaculatis, dignoscitur. — Tota pallide flava. Punctum

ocellorum in vertice nigrum. Antennæ superne versus apicem sæpe lenissime fuscanæ. Palpi flavi. Thorax dorso vittis 3 latis subintegris, aut plerumque omnibus rufo-ferrugineis, aut (in speciminibus in Kullen captis) lateralibus fuscis l. obscure cinerascentibus. In thoracis antico juxta collum in apice vittæ mediæ adest macula subquadrata determinata atra latitudine vittæ. Scutellum subdepressum flavum, vestigio sæpe in medio lineolæ ferrugineæ. In pleuris adest (in individuis majoribus, ubi vittæ omnes rufæ) punctum centrale nigrum, at in exemplis minoribus (ubi vittæ laterales obscuræ) pleuræ utrinque punctis 3 nigris ornantur, nempe uno supra singulam coxam. Metathorax ater. Abdomen flavum, dorso lineola media crebre interrupta fere punctiformi brunnea & ad utrumque latus serie etiam interrupta punctorum plerumque oblongatorum nigrorum, quorum primum (ad basin) magis remotum & determinatum. Alæ cinereo-hyalinæ. Halteres albidi. Pedes flavi, tarsis præsertim anticis apice leniter infuscatis. Femora postica summo apice utrinque puncto valde minuto nigro.

3. *M. saltatrix:* pallide flava, fronte parum prominente concolore; puncto ocellorum, macula occipitis (sæpius), thoracis vittis tribus, scutelli unica, abdominisque dorsi punctis trifariam dispositis, nigricantibus; tarsis apice fuscis. ♂♀. (Long. 1—1½ lin.).

Var. a ♂♀ in copula: palpis flavis; macula occipitis fusca jam perspicua, jam fere deficiente; femoribus posticis apice punctis duobus minutissimis aut nullis.

Meig. Dipt. 6. 165. 3. Macq. Buff. 2. 589. 1. T. 23. f. 12. Zett. Ins. Lapp. 778. 2. ♂♀. var. a. — *Musca sal-*

tatrix Linn. Fn. Sv. (in sepositis) 2319. vera, & Syst. Nat. 2. 988. 60. — *Oscinis* eadem Fall. Oscinid. 3. 1. ♂♀. *Musca minuta* Fabr. Ent. Syst. 4. 361. 202. *Tephritis* eadem Fabr. Antl. 323. 31. *Musca clavicrus* Schrank Ins. Austr. 958.

Var. b. ♂♀ in copula: palpis apice nigris; de cetero var. a. similis.

Zett. Ins. Lapp. 1. c. var. b. ♂♀.

Hab. utraque varietas promiscue, in floribus, graminosis, &c., per hortos, prata, campos & agros totius Scandinaviæ, alpibus Lapponicis tantum exceptis, a medio Junii usque ad medium Septembris, vulgaris, in copula etiam interdum visa; scilicet in Scania ubique vulgatissima; in Blekingia, Smolandia (ad Skärsjö), Ostrogothia (ad Gusum, Lärketorp, Wadstena &c.), frequens; in Gottlandia ad Stenkyrka, Ruthe. Gothem, Lärbro, Storugns, Nähr, &c., sat copiose; in Jemtlandia ad Mulfjellet rarius; in Lapponiis: Umensi passim ex. gr. ad Lycksele, Badstuguträsk, Nästansjö et Wilhelmina, et Tornensi ad Kengis & Karesuando; in Norvegia: ad Christianiam *(Moë)*, Levanger, Thynäs & Näs Værdaliæ, frequens, ad Björkvik & Alteidet Nordlandiæ & Bossekop Finmarkiæ, raro; in Dania, D. *Stæger*. (E Finlandia a D. *Sahlberg*, & e Gryphia nec non e Moabite prope Berolinum a D. *Dahlbom* communicata). — Feminam oviparam, ova elongata alba, vidi.

♂♀. Variat magnitudine. Frons leniter prominens flava, vertice

puncto ocellorum nigro. Occiput macula fusca jam determinata subquadrata aut subtripartita, jam angusta, jam denique obsoleta, raro fere deficiente. Antennæ flavæ, superne plus minus infuscatæ, seta etiam fuscana. Epistoma & genæ flavo-albida. Proboscis flava. Palpi plerumque basi flavi, apice plus minus late atri, raro toti flavi. Oculi transversim subovato-rotundati, in viva æneo-virides unicolores, in mortua obscuri. Thorax pallide flavus l. in viva sæpe subvirescens, dorso vittis tribus latis nigricantibus, quarum intermedia postice obsoleta l. evanescens, antice in collo usque ad caput extensa, laterales ad humeros productæ. Punctum humerale nigrum fere semper adest. Præterea pectus in utroque latere notatur punctis 4 ejusdem coloris parvis, nempe 1 in medio pleurarum, & 1 supra singulam coxarum. Scutellum flavum, linea media nigricante. Metathorax ater. Abdomen flavum, dorso triplici serie nigro-punctatum, h. e. punctis in singulo segmento tribus oblongis, unde abdomen supra lineis tribus interruptis ornatum videtur. Lineola media (præsertim in ♀) plerumque magis determinata, & punctum utrinque ad basin sæpe liberum & rotundatum. Hæc vero pictura mire ludit, punctis nempe nunc distinctis, nunc magis minusve confluentibus & difformibus. Alæ cinereo-hyalinæ. Halteres albidi. Pedes pallide flavi, tarsis præsertim anticis saltem apice fuscis. Femora postica in apice sæpe punctis 2 minutissimis nigris.

Obs. *Oscinis saltatrix* Fall. "var. junior & nuper exclusa: thoracis lineis rufis" in descriptione allata, ad *Merom. variegatam* nobis pertinet.

Obs. *Merom. saltatrix* var. c. ♀. Zett. Ins. Lapp. l. c. ad sequentem speciem referenda.

4. *M. nigriventris:* rufo-flava, fronte parum prominente concolore; antennis superne fuscis; puncto ocel-

lorum, macula occipitis, thoracis vittis tribus, scutelli unica, abdominisque dorso toto nigricantibus, hoc incisuris tenuiter pallidis; tarsis apice leviter fuscanis. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Macq. Buff. 2. 590. 5. Meig. Dipt. 7. 395. 5. *Mer. saltatrix* var. c. ♀. Zett. Ins. Lapp. 778. 2.

Hab. in graminosis, per prata & hortos, etiam in agris demessis Scandinaviæ, Jul. — Sept., mihi passim obvia; scilicet in Scania ad Lund, &c.; in Gottlandia ex. gr. ad Nähr sat frequens; in Norwegia ad diversorium Thynäs non rara; e Dania a D. *Stæger* missa.

♂♀. Priori simillima, & ab illa vix differt nisi antennis supra perspicuius infuscatis, thoracis vittis dorsalibus latioribus, & præsertim abdominis dorso fere toto nigro, incisuris tantum tenuiter flavis; attamen non desunt transitus ambas conjungentes. Auctoritate vero Macqvarti & Meigeni *Mer. nigriventrem* separatam propono. Frons rufo-flava, regione ocellorum sæpissime nigricante. Occiput plerumque maculis 3 subquadratis nigris, una pone ocellos, & duabus pone oculos. Antennæ sæpissime nigricantes, latere interiori lutescentes, seta fusca. Epistoma flavo-album. Palpi atri, ima basi flavidi. Proboscis flava. Thorax flavus, dorso vittis tribus cinereo-nigricantibus, antice plerumque confluentibus. Puncta: unicum humerale & aliqvot in pectore (ut in priore), atra. Scutellum flavum, vitta media lata nigricante. Abdomen supra nigrum nitidum, incisuris (excepta 1:ma) tenuiter flavis. Venter rufo-flavus, linea media fusca. Alæ hyalinæ. Halteres albidi. Pedes pallide flavi, tarsis apice leniter infuscatis. Femora postica in summo apice utrinque puncto minuto nigro. — Variat femoribus aut anticis solum, aut anticis & posticis, superne linea angusta dilute fusca. — Variat etiam

imprimis ♂ similis var. a., sed abdominis dorso nigro præsertim postice flavido-maculato.

---

188. OSCINIS *) Fabr.

Corpus parvum, interdum minutum, oblongum l. oblongo-ovatum, duriusculum, glabrum, scutelli apice setuloso. Caput rotundatum. Antennæ sub frontis subprominulæ apice insertæ, oblique deflexæ, epistomate duplo breviores, articulo 1:mo parum conspicuo, 2:do brevi, cyathiformi, ultimo rotundato, compresso, basi seta dorsali antennis plerumque longiori, geniculata, nuda l. nudiuscula (in *O. plumigera* extraneorum breviter plumosa). Frons latissima, subprominula, parum convexa, brevissime & gracillime puberula, macula postica majuscula trigona nitidissima glaberrima, congeriem trium ocellorum postice (in vertice) includente. Vertex nudus (in *O. approximato-nervi* n:o 19 tenuissime setulosus). Epistoma latum, subperpendiculare, sub antennis breve, subimpressum, ad latera infra oculos paullo descendens; omnino nudum (in n:o 19 seta mystacina spuria). Apertura oris magna, antice emarginata. Haustellum geniculatum, proboscide modice magna (in *Osc. Pumilionis* n:o 53 haustellum longissimum in medio geniculatum). Palpi mediocres, subcompressi, extrorsum

*) Hoc nomen Fabricianum & Fallenianum bene sonans eo libentius retinui & nomen Panzerianum & Fallenianum "*Chlorops*" reservavi iis Agromyzidum speciebus, quæ *antennis angulatis* instruuntur, quo, si nomen *Oscinis* excluditur, deleantur etiam necesse est omnia illa nomina systematica trivialia in *oscinina* (ex. gr. *Madiza l. Siphonella oscinina*, *Phytomyza oscinina* e. s. p.) ab auctoribus recepta, & introducta, quæ similitudinem cum *Oscine* spectant, & quæ, nomine generico *Oscine* sublato, nihil valerent nihilque dicerent.

leniter latiores. Genæ sæpe longiusculæ. Oculi mediocres, rotundi, nudi, in viva plerumque virescentes. Thorax absque sutura transversa, glaber, ad latera setulis aliqvot exiguis munitus. Scutellum semi-orbiculare, margine apicali sæpe graciliter setulosum. Abdomen ovale, aut oblongum, interdum oblongo-ovatum, subdepressum; annulis 5 distinctis. Alæ abdomine sæpissime nonnihil longiores, modice latæ, in qviete incumbentes, cinereo-hyalinæ, immaculatæ. Nervi: costalis aut ante apicem alæ subcessans cum 3:tio longitudinali connexus, aut in apice l. mox pone summum apicem desinens cum 4:to longitudinali conjunctus; 1:mus longitudinalis (auxiliaris) circiter ad tertiam costæ partem extensus, simplex, 2:dus plus minus elongatus, apice aut rectus aut versus costam leniter curvatus, 3:tius, 4:tus (rectus & sæpe obsoletus) 5:tusque (in marginem interiorem extensus) ad apices divergentes, nec paralleli, 6:tus nullus; transversi in disco plus minus approximati, horum medius plerumque apici auxiliaris oppositus (non in 1:ma specie), ordinarius longe a margine interiori remotus, & distincte ante medium areæ ultimæ insertus, ita ut segmentum nervi longitudinalis 4:ti ultimum *) antecedente circiter triplo l. $3\frac{1}{2}$ l. ultra longius evadat. Costa nuda; spinula nulla. Alulæ parvæ. Squamæ rudimentariæ. Halteres nudi. Pedes simplices, validiusculi, glabri, inermes, tibiis intermediis apice brevissime unicalcaratis. *Color* dominans aut pallidus, pictura thoracis plerumque lineata, aut niger. *Motu* reptans, aut lente volans, ante florem l. folium in aëre quasi pendens, anteqvam ei insidet. *Habitatio* imaginum in graminosis, foliis plantarum, floribus Umbellatarum &c.; per hortos, prata, agros & arva; larvarum in culmis & partibus fructificationis graminum aliarumque herbarum. *Differentia sexus; mas:* ano obtuso, inflexo; *femina:* ano acutiori. *Typi* generis: *O. nasuta* n:o 1. *Cereris* n:o 28. *Frit* n:o 39.

---

*) quoad segmenta nervi 4:ti longitudinalis & costæ cfr. hujus operis Tom. Qvinti pag. 1809 nota.

Index Specierum cum Subdivisionibus & Synonymis.

Sectio Prima.

Alarum nervus tertius logitudinalis mox (in *O. curvinervi* n:o 18, *messoria* n:o 31 & *erythrocephala* n:o 33 sat longe) ante apicem alæ in costam excurrens, ibique cum costali desinente connexus. Nervi transversi modice approximati (in *O. curvinervi* (18), *approximato-nervi* (19), *messoria* (31) & *erythrocephala* (33) valde approximati). Species sæpissime flavæ, thorace nigro-lineato. Oculi in viva virescentes. *Chlorops* Macqv.

A. Thorax flavus, dorso nigro-lineatus (in *O. rufina* n:o 23 ferrugineo-lineatus).

*). Antennæ plus minus nigricantes h. e. aut totæ nigræ, aut saltem articulo ultimo vel toto vel e parte nigro l. fusco.

†. Antennæ saltem basi rufescentes.

1 *nasuta* Schrank (*O. lineata* Fall. non Fabr.) var. a. b. c. d. e. f. g. h. ♂♀. 2 *scalaris* Meig. ♂♀. 3 *calceata* Meig. ♂♀. 4 *læta* Meig. ♂♀. 5 *lineola* Stæg. ♂♀. 6 *didyma* Zett. n. sp. ♂♀. 7 *longicornis* Zett. n. sp. (*O. lineata* var β. Fall. — Vix *Chlorops frontosa* Meig.?) ♂♀. 8 *trifasciata* Stæg. (*O. læta* Zett. Ins. Lapp. e parte) ♂? 9 *speciosa* Meig. (*O. nasuta* Zett. Ins. Lapp. e parte) ♀. 10 *abbreviata* Zett. n. sp. ♀. 11 *circumdata* Meig. ♂♀. 12 *glabra* Meig. ♂♀. 13 *lineata* Fabr.? (non eadem Fall.) ♂♀. 14 *notata* Meig. ♂♀. 15 *Hypostigma* Meig. ♂♀. 16 *obscurella* Zett. Ins. Lapp. ♂♀. 17 *par-*

vula Zett. n. sp. ♂♀. 18 *curvinervis* Zett. n. sp. ♀. 19 *approximatonervis* Zett. n. sp. ♀.

††. Antennæ totæ atræ.

20 *tæniopus* Meig. (*O. lineata* Fall. e parte. — An etiam *Chlorops strigula* & *limbata* Meig. hujus varietas?) var. a. b. ♂♀. 21 *Trologdytes* Zett. n. sp. ♂♀. 22 *brunnipes* Zett. n. sp. ♂♀.

**). Antennæ totæ flavæ.

23 *rufina* Zett. n. sp. ♂♀. 24 *geminata* Meig. ♂♀. 25 *citrinella* Zett. n. sp. ♀. 26 *figurata* Zett. n. sp. ♀. 27 *gracilis* Meig.? ♂?

B. Thorax disco dorsali nigro (absque lineis flavis).

α). Scutello vel toto vel e parte flavo.

28 *Cereris* Fall. (*Chlorops scutellatus* Panz.) ♂♀. 29 *scutellaris* Zett. Ins. Lapp. ♂♀. 30 *puncticollis* Stæg.

β). Scutello toto nigro.

31 *messoria* Fall. ♂♀. 32 *tarsata* Fall. (Meig.?) ♂♀. 33 *erythrocephala* Zett. n. sp. (*O. rufipes* Zett. Ins. Lapp., non eadem Meig.) var. a. b. ♂♀.

Sectio Secunda.

Alarum nervus qvartus longitudinalis aut in apice aut mox pone apicem alæ excurrens, ibique cum costali desinente connexus. Nervi transversi modice vel valde approximati. Species sæpissime nigræ. *Oscinis* Macqv.

A. Seta antennarum crassiuscula porrecta.

34 *cornuta* Fall. ♂♀.

B. Seta antennarum capillaris, basi interdum incrassata.

α). Antennæ totæ nigræ.

* corpore capiteque totis nigris.

35 *atricornis* Zett. Ins. Lapp. ♂♀. 36 *maura* Fall. var. a. b. ♂♀. 37 *albiseta* Meig. ♂♀. 38 *atricilla* Zett. Ins. Lapp. (an *Chlor. nigrita* Meig., aut *Chlor. brunnitarsis* Meig. sub hac latent?) ♂♀. 39 *Frit* Linn. (*Musca Hordei* Bjerkander) var. a. b. c. ♂♀. 40 *pusilla* Meig. (*Osc. Frit* var. 3 Fall.) var. a. b. ♂♀.

** corpore cinerascente, capite, saltem fronte, pallido.

41 *nana* Zett. Ins. Lapp. ♂. 42 *albipalpis* Meig. ♂♀. 43 *nigripes* Zett. n. sp. ♀.

β). Antennæ aut totæ aut e parte flavæ vel luteæ.

Tribus 1. corpore nigro vel nigricante.

44 *frontella* Fall. (eadem Meig. ♀. *Chlorops pratensis* Meig. ♂ videtur) ♂♀. 45 *cincta* Meig.? ♀. 45 b. *plumigera* Meig. (an Scandinaviæ incola?). ♀. (*)

Tribus 2. corpore vel saltem thorace cinerascente aut pallescente.

---

*) *Oscinis palposa* Fall., huic Tribui subjecta, sub genere *Madiza* infra quærenda.

a. thoracis dorso sulcato, cinereo.

46 *lineella* Fall. Meig. (an *Cholor. hyalipennis* Meig. quoque hujus varietas?) ♂♀. 47 *sulcella* Zett. n. sp. ♂.

b. thoracis dorso non sulcato (lævi).

†. thorace cinereo (non flavo-picto).

48 *annulifera* Zett. n. sp. ♂♀. 49 *sordidella* Zett. n. sp. ♂? 50 *cinctella* Zett. n. sp. ♂? 51 *brachyptera* Zett. n. sp. ♂. 52 *abdominalis* Zett. n. sp. ♂♀.

††. thorace flavescente, dorso plerumque nigro-picto.

53 *Pumilionis* Bjerkander, Fabr. Fall. (*Chlorops variegata* Slæg.) var. a. b. c. ♂♀. 54 *Ephippium* Zett. n. sp. (an *Osc. dubia* Macqv.?) ♂. 55 *maculipennis* Zett. n. sp. ♂. 56 *flavella* Zett. n. sp. ♂♀.

Obs. Chlorops anthracina & *aprica* Meig. an Scandinaviæ incolæ?

Oscinis.

Sect. Prima.

Nervus 3:tius longitudinalis mox (in *O. curvinervi* n:o 18, *messoria* n:o 31 & *erythrocephala* n:o 33 sat longe) ante apicem alæ in costam excurrens, ibique cum costali desinente conjunctus. Alarum nervi transversi modice approximati (in *O. curvinervi* (18), *approximato-nervi* (19), *messoria* (31) & *erythrocephala* (33) valde approximati). Species sæpissime flavæ, thorace nigro-lineato. Oculi in viva virescentes. *Chlorops* Macq.

A. Thorax flavus, dorso nigro-lineatus (in *O. rufina* n:o 23 ferrugineo-lineatus).

*). Antennæ plus minus nigricantes h. e. aut totæ nigræ, aut saltem articulo ultimo vel toto vel e parte nigro l. fusco.

†. Antennæ saltem basi rufescentes.

1. *O. nasuta:* pallide flava: antennarum articulo ultimo, verticis macula magna trigona, thoracis lineis subquinis, abdominis fasciis 4 integris punctisque sterni, nigris; tarsis apice fuscis; scutello convexo; alis cinereo-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori. ♂♀. (Long. 1—2½ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 779. 1. ♂♀. *Musca* Schrank Ins. Aust. (1781) p. 475. n:o 966. Gmelin. Syst. Nat. 1. 5. 2863. 304. *Chlorops* Meig. Dipt. 6. 142. 5. Macq. Buff. 2. 592. 7. *Oscinis lineata* Fall. Oscinid. 4. 2. ♂♀. (exclus. syn. Fabr., teste *Meigen* l. c.).

Hab. imagines in graminosis, libenter locis aridis, per hortos, prata & agros totius Scandinaviæ, alpibus Lapponicis tantum exceptis, tota æstate, vulgatissima, in copula multoties deprehensa; larvæ in caulibus cerealibus, quos destruunt; occurrit nempe in Scania, Blekingia, Smolandia, Ostro- & Westrogothia, Gottlandia, Nericia & Uplandia, longe freqventissima; in Herjedalea ex. gr. ad Öfver Hogdal; in Jemtlandia usque ad Mulfjellet & Stalltjernstugan, copiose; in Lapponiis Svecicis per partem sylvaticam frequens; in Norwegia litorali a Christiania usque ad Nord-Kap vulgaris; in Dania etiam frequens. (E Finlandia a D. *Sahlberg*, & e Gryphia a D. *Dahlbom* communicata).

♂♀. Inter nostrates major, nisi maxima; magnitudine tamen paullo variat. Pictura quoque nonnihil ludit. Notæ constantiores mihi visæ fuerunt: color corporis partiumque pallide l. stramineo-flavus, antennarum articulus ultimus ater, macula verticis magna late triangularis nigra antice acuminata, thoracis lineæ dorsales 5 nigricantes, scutellum convexum, abdominis fasciæ 4 fusco-nigræ, & denique alarum nervi transversi modice, nec valde, approximati. — Caput flavum, epistomate pallidiore. Vertex macula trigona nigra nitida, raro (forte in juvenilibus) strigulis 2 flavis inscripta. Antennæ nigræ, basi rufæ; seta pallida l. albida, basi nigra. Palpi & proboscis flava. Oculi ferrugineo-viridi-æneo-micantes. Thorax flavus, dorso lineis 5 nigris, quarum media integra, 2 laterales antice paullulum abbreviatæ, & 2 extimæ brevissimæ, dimidiatæ h. e. antice ad dimidium abbreviatæ. Punctum humerale minutum nigrum. In pleuris puncta vel maculæ 3 plerumque parvæ difformes interdum in lineam cohærentes, & in pectore inferne maculæ 2 subtrigonæ ejusdem coloris, quarum una inter coxas anticas & intermedias major, & altera inter has & posticas sitæ. Scutellum convexum flavum, basi utrinque puncto nigro l. brunneo, semper forsan præsente, sed sub margine inflexo sæpe recondito vel ægre observando. Margo apicalis nigro-setulosus. Metathorax ater nitidus. Abdomen ovatum depressum testaceum seu rufescenti-flavum, segmentis margine basali nigricantibus l. brunneis, nigredine fascias 4 subintegras constituente, normaliter latas l. latiusculas. Alæ cinereo-hyalinæ. Nervi longitudinales 2, 3 & 4 recti, subparalleli, subæque distantes (3 & 4 tamen ad apicem aperte divergentes), horum 2:dus modice longus, 4:tus obsoletus. Segmenta costæ: 1:mum ad 3:tiam costæ partem extensum, 2:dum 1:mo perparum tantum longius, 3:tium 2:do vix duplo brevius. Nervi transversi modice approximati, horum medius paullo ante apicem auxiliaris ductus; segmentum nervi longitudinalis 4:ti tertium seu ultimum secundo seu intermedio saltem triplo longius. Halteres albidi. Pedes flavi, tarsorum saltem articulo ultimo obscuro.

Inter plures hujus speciei aberrationes, promiscue tamen copulantes, sequentes præcipue nominare volui, nempe:

Var. a. ♂♀. antennarum articuli 1 & 2 rufi, 3:tius totus niger; macula verticis nigra basi (ante occiput) lata utrinque fere ad oculos extensa & cum nigredine occipitis cohærens, acumine medio ultra medium frontis producto; lineæ thoracis 3 mediæ nigræ latissimæ, lineolis tantum angustissimis flavis separatæ, 2 extimæ angustæ; abdominis fasciæ 4 nigricantes latæ; pedes flavi, tarsorum articulis 1 vel 2 ultimis nigris. Ubique vulgaris, præsertim in Scania, Smolandia, Ostrogothia, Gottlandia (ex. gr. ad Lummelund, Stenkyrka & Westö), Lapponia (ad Wilhelmina), Norwegia (ad Thynäs) & Dania, sat copiose lecta. (Ad Gryphiam, D. *Dahlbom*).

Var. b. ♂♀. similis var. a., sed antennarum articulo ultimo nigro, basi intus rufo. In Scania, Jemtlandia (ad Åreskutan), & Dania, rarius.

Var. c. ♂♀. similis var. a. & b., sed macula verticali nigra acumine antico parum ultra medium frontis producto; thoracis lineis dorsalibus nigris latis (non latissimis) aperte discretis. Forte Meigeni *Chlorops nasuta* genuina. In Scania, Smolandia, Ostrogothia, Jemtlandia, Dania, frequenter.

Var. d. ♂♀. similis var. a. b. aut c., sed antennis etiam basi obscuris. In Scania & Smolandia parce.

Var. e. ♂♀. similis var. a. b. c. aut d., sed abdomine dilute brunneo l. fuscescente, fasciis 4 obscurioribus. Plerumque minor. In Smolandia rarius.

Var. f. ♂♀. similis var. a. b. c. aut d., sed abdominis fasciis nigris subangustatis. In Smolandia, Gottlandia (ad Rhone) & Jemtlandia (ad Mulfjellet), Julio minus frequens. (Ex Hamburgo a D. *Dahlbom* communicata.)

Var. g. ♂♀. sæpe in copula; similis varietatibus prioribus, sed femoribus macula una alterave strigiformi, fusca. Thoracis vittæ abdominisque fasciæ nigræ in hac varietate sæpe (non semper) latissimæ fere confluentes, ita ut illius discus hujusque dor-

sum fere tota nigra evadant, relictis tantum macula humerali & lineis angustissimis in thoracis dorso, atque incisuris abdominis tenuissime, flavis. — Schrank l. c. — In Scania ex. gr. ad Ausås (in Kullen), Widtsköfle, Sjörup, &c., non raro; in Smolandia ad Skärsjö freq., collect. Ljunghii; in Jemtlandia ad diversorium Faxelfven usque ad Stalltjernstugan, Skalstugan &c. passim; in Norwegia ad Christianiam, atque Thynæs & Garnæs Værdaliæ frequens. (Ad Gryphiam, D. *Dahlbom*).

Var. h. ♂♀. similis var. a., sed minor & abdominis dorso fusco, pedibus dilute fusco-testaceis, basi geniculisque flavis. Hab. præcipue in Lapponia.

Obs. Hæc species valde similis & affinis est *Oscin. tæniopo* infra n:o 20, & ab ea vix nisi antennis basi rufis & tarsorum articulo antico apice tantum nigro, nec toto nigro solum annulo medio flavo.

Obs. Sub *Oscine lineata* Fall. plures latent species. — Forsan etiam quædam apud *Meigen* & *Macquart* sub alio nomine descriptæ sub varietatibus *Oscin. nasutæ* a nobis allatis complectuntur.

2. *O. scalaris:* pallide flava; antennarum articulo ultimo apice, verticis puncto mediocri, thoracis lineis subqvinis discretis, abdominis fasciis 4 subangustatis integris, punctisque sterni, nigris; scutello convexo; alis cinereo-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem triplo breviori. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$ fere $1\frac{1}{2}$ lin.).

Chlorops Meig. Dipt. 6. 145. 12. Macq. Buff. 2. 593. 15.

Hab. in Scandinavia Jul.—Aug. passim; in Scania ad Fogelsång &c. rarius; in Smolandia ad Skärsjö; in Jemtlandia ad diversoria Forsa juxta radicem alpis

Mulfjellet & Stalltjernstugan parce; femina sub nomine indicato e Dania a D. *Stæger* in unico exemplo etiam communicata.

♂♀. Affinis priori & præsertim ejus varietati c. similis, sed antennarum articulo ultimo tantum superne & apice nigro (inferne flavo), macula verticis nigra minore fere rotundata, abdominis fasciis 4 nigris modice latis magis determinatis, ut & nervis transversis, ni fallor, nonnihil magis approximatis (quod vero tantum per comparationem exactam observari potest) differt. Antennæ parvæ, flavæ, articulis basalibus brevissimis, ultimo rotundato margine superne & apicali nigricante, seta pallida, basi nigra. Palpi & proboscis flava. Thoracis vittæ dorsales 5 discretæ nigræ, quarum 3 mediæ subæque & modice latæ, harum intermedia a capite & fere ad scutellum continuata, laterales abbreviatæ; juxta has utrinque ante alas lineola parva angusta utrinque abbreviata, nigra. Maculæ sterni utrinque 3 atræ. Scutellum pallide flavum. Metathorax ater. Halteres albidi. Pedes flavi, tarsorum articulo ultimo nigro.

Obs. Ut "*Chlor. læta* Meig." individuum femineum e Dania olim missum etiam possideo.

3. *O. calceata:* pallide flava; antennarum articulo ultimo, verticis macula parva trigona, thoracis lineis subquinis discretis, abdominis fasciis 4 angustatis integris lineaque dorsali tenui, punctis sterni, tarsisque apice, nigris; scutello convexo; alis cinereo-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio quadruplo breviori. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Chlorops Meig. Dipt. 6. 146. 13. Macqv. Buff. 2. 594. 16.

Hab. in Scandinavia passim haud frequens, mense

Julio & Augusto mihi obvia; scilicet in Scania ex. gr. ad Widtsköfle & in Kullen rarius; ad Lund 14 Sept. 1847 ♂, D. *Segrell;* in Smolandia, D. *Ljungh;* in Gottlandiæ monte Thorsborg & hoi to Nähr passim; in Jemtlandia ad Åreskutan; in Norwegia ad Thynæs passim, ad Garnäs & Suul in jugo alpino situm semel; e Dania misit D. *Stæger* specimen hujus ut femineum, sed mihi potius masculum videtur.

♂♀. Duabus præcedentibus similis, sed ab *O. nasuta* macula verticis nigra multo minore, in elevatione verticis triangulari posita, fere libera h. e. cum nigredine occipitis aut non, aut leniter tantum cohærente, abdominis fasciis tenuioribus; a *scalari* antennarum articulo ultimo toto nigro, nec inferne flavo, & ab utraque magnitudine sæpe paullulum minore, abdomine præter fascias etiam lineola longitudinali media subobsoleta nigricante ornato, ut & nervis transversis nonnihil magis approximatis. Oculi in viva ænescentes. Palpi & proboscis flava. Pedes flavi, femoribus anticis extus in medio macula langvide fusca, & tibiis posticis, in medio annulo ejusdem coloris. — Reliqua omnia ut in prioribus.

Obs. Indicio: "*Musca lineata*" in Collectione Ljunghii exstat.

4. *O. læta:* pallide flava; antennarum articulo ultimo apice late, verticis macula parva trigona antice longe acuminata, thoracis lineis subquinis discretis; abdominis fasciis 4 modice latis abbreviatis, punctis sterni, tarsorumque apice, nigris; scutello convexo; alis cinereohyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori. ♂♀ (Long. fere $1\frac{1}{2}$ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 779. 2. ♂. specimina tantum ex Ostrogothia citata, exclusis genuinis Lapponicis. — *Chlor-*

ops læta Meig. 6. 143. 6. Macq. Buff. 2. 592. 9. T. 23. f. 13 (male colorata).

Hab. in Svecia sat rara; scilicet in Scania in horto proprio Aug. 1847, & in Ostrogothia ad Wadstena, ipse; in Uplandia ad Holmiam a D. *Wahlberg* quoque lecta fuerit.

♂♀. Per maculam frontis nigram angustam antice longe acuminatam & abdominis fascias nigras utrinque abbreviatas, ab aliis præcipue dignoscitur. — Magnitudo *O. nasutæ* n:o 1. Flava. Macula verticis nigra ut in priori, sed subulata, antice nempe longe acuminata, acumine lineari fere ad basin antennarum elongato. Antennæ rotundatæ rufo-flavæ, articulo ultimo externe nigro, interne ad basin late indeterminate flavæ ad apicem tantum nigræ. Palpi flavi. Pictura thoracis ut in *O. scalari* n:o 2. Vitta intermedia abbreviata non usque ad scutellum producta. Punctum humerale minutum nigrum. Punctum pectoris utrinque parvum unicum & maculæ sterni utrinque 2, atra. Scutellum convexum flavum, puncto normali utrinque ad basin parvo nigro-brunneo. Metathorax ater. Abdominis fasciæ nigræ pone incisuras locatæ, modice latæ, abbreviatæ. Alarum nervi ut in *O. nasuta*; longitudinalis 4:tus extus obsoletus. Halteres albidi. Pedes fere ut in *O. calceata* picti; fulvi. Tarsorum articuli 2 ultimi sæpe parum nigricantes.

Obs. Specimina, Lyckselense & Wilhelminense, quæ in Ins. Lappon. l. c. describuntur, huc non pertinent, sed ad *O. trifasciatam*, novam speciem infra sub n:o 8 descriptam.

5. *O. lineola:* pallide flava; antennarum articulo ultimo, verticis macula majuscula trigona, thoracis lineis subqvinis discretis, abdominis fasciis 4 angustis abbreviatis, punctisque sterni, nigris; tarsis apice fuscis; scu-

tello convexo; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem triplo breviori. ♂♀. (Long. fere $1\frac{1}{2}$ lin.).

Stæger in litt. d. 4 April. 1846. ♂, & iterum ♀ 12 Aug. 1847.

Hab. in Dania forsan rarius, in utroque sexu a D. *Stæger* mecum communicata. (E Finlandia ♀ etiam a D. Prof. *Sahlberg* missa).

♂♀. Antennarum articulus ultimus totus, macula verticis mediocris l. majuscula & fasciæ abdominis angustæ abbreviatæ, nigræ, speciem designant. — Similis prioribus. Læte flava. Antennarum articuli basales breves rufo-flavi, ultimus rotundatus ater, seta tota pallida. Macula verticis atra nitida majuscula, exacte trigona, acumine antico nonnihil ultra medium frontis extenso; postice ad oculos non dilatata, sed cum nigredine occipitis cohærens. Palpi & proboscis flava. Vittæ thoracis nigræ fere ut in *O. scalari* n:o 2; sed intermedia usque ad scutellum continuata & extimæ minutæ. Punctum humerale nigrum nullum. Scutellum convexum albido-flavum, puncto utrinque basali ordinario minuto fusco. Abdomen rufo-flavum, fasciis dorsalibus (mox infra incisuras) nigricantibus 4 tenuibus ad latera haud extensis, harum 1:ma puncto nigro utrinque terminata. Nervi alarum ut in *O. scalari* directi. Nervus transversus medius apici nervi auxiliaris oppositus; hinc ab *O. nasuta* (1) mox dignota. Pedes pallide flavi, femoribus superne in medio strigula longitudinali langvide fusca notatis. Tarsi apice fuscescentes. — Specimina feminea in macula verticis nigra ad basin punctis vel strigulis 2 flavis gaudent (an in exemplis junioribus?).

6. *O. didyma*: pallide flava; antennarum articulo ultimo apice, verticis macula minuscula trigona punctis

2 flavis inscripta, thoracis lineis subqvinis discretis intermedia postice abbreviata, abdominis fasciis 4 angustis subabbreviatis, punctis sterni, tarsorumque articulo ultimo, nigris; scutello convexo; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem triplo breviori. ♂♀. (Long. fere $1\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in Scandinavia valde rara, nempe in Scania ad Esperöd in unico exemplo, & in Gottlandia in pratis ad Rhone 9 Jul. etiam semel, legi; e Dania sub nomine: "*Chlor. geminata* Meig." a D. *Stæger* olim missa.

♂♀. Macula verticis nigra majuscula punctis geminis flavis notata, speciem distingvit. — Similis *O. scalari* & *lineolæ*, sed a priori fasciis abdominis abbreviatis, nec integris, a posteriori antennarum articulo ultimo apice tantum, nec toto, nigro, macula verticis nonnihil minore, & ab utraque magnitudine paullo minore & maculæ verticis pictura. Antennæ parvæ rotundatæ rufæ, articulo ultimo fere dimidietate apicali nigra, seta pallida, basi nigra. Macula verticis nigra ut in *O. calceata* n:o 3 descripta, sed basi punctis 2 parvis rotundis flavis ornata. Palpi & proboscis flava. Vittæ thoracis nigræ ut in præcedente, sed intermedia ante scutellum abbreviata. Punctum humerale nullum. Puncta solita supra coxas & unicum in pectore atra. Scutellum convexum pallide flavum, puncto basi ordinario fusco tantum in rudimento. Abdominis fasciæ 4 (immediate infra incisuras) subangustatæ subabbreviatæ brunneæ, harum 1:ma puncto nigro utrinque terminata. Alæ ut in priori. Pedes toti pallide flavi, tarsorum articulo ultimo nigro.

Obs. *Chlor. geminata* Meig. 6. 141. 4. (infra sub n:o 24 in nostro opere descripta) antennis stramineis, nec apice nigris, punctis frontalibus 2 nigris, sterno immaculato, ut & magnitudine paullo majore, a nostra *didyma* differt. — In diagnosi speciei apud *Meigen* l. c. legitur, "abdomine lineolis trans-

versis *interruptis*" pro *abbreviatis,* ut in descriptione: "ununterbrochene Qverlinie" recte exprimitur.

7. *O. longicornis:* straminea; antennis oblongis superne, verticis macula minuscula subtrigona, palpis, thoracis lineis subqvinis discretis, pectoris sternique punctis, abdominis fasciis latissimis subconfluentibus, pedumque annulis, nigricantibus; scutello subconvexo brunneo-maculato; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{2}$—$1\frac{3}{4}$ lin.).

Osc. lineata var. *β. longicornis* Fall. Oscinid. 4. 2. certe. — Vix *Chlorops frontosa* Meig. Dipt. 6. 148. 18?

Hab. in Scandinavia passim; scilicet in Scania ad Widtsköfle *(von Borck)*; Alnarp prope Lund *(Dahlbom)*, & in litore maris ad villam Esperöd mens. Julio & ad finem Augusti in utroque sexu inveni; specimina sub nomine: "*Chlor. frontosa* Meig." 5 Aug. 1843 a D. *Stæger* etiam obtinui.

♂♀. Magnitudine majuscula, antennis solito longioribus, macula verticis nigra minuscula, palpis nigris, scutello maculato & pedibus subannulatis, ab aliis vere discedit. — Straminea. Frons antice leniter prominula, tota flava, triangulo elevato ejusdem coloris antice acuminato, postice (in vertice) macula subtriangulari l. rotundata atra nitida cum nigredine occipitis minime connexa inscripto. Antennæ longitudine fere epistomatis, luteæ, articulis basalibus brevibus, ultimo ovali l. cuneato luteo, margine tantum superiori nigro, seta validiuscula alba, ima basi flava. Epistoma albidum. Palpi nigri. Proboscis flava. Oculi mediocres, rotundi. Thoracis

vittæ dorsales nigræ ut in *O. scalari,* intermedia versus scutellum evanescens, antice posticeque sæpe rufescens. Puncta: utrinque humerale unicum, pectoris 2 l. 3 & sterni supra coxas posteriores duo, nigra. Scutellum flavum, basi macula media majuscula trigona & puncto utrinque brunneis. Metathorax ater. Abdomen dorso aut toto nigricante, aut nigrobrunneo incisuris pallidis, ventre stramineo; interdum totum nigricans. Alarum nervi transversi modice remoti, longitudinales 3 & 4 paralleli, versus apicem vix divergentes, horum tertius fere in apice alæ excurrens. Halteres albidi. Pedes straminei, femoribus omnibus superne in medio macula distincta, tibiis anticis annulo medio tenui obsoleto, tarsisque omnibus apice, fuscis.

Obs. Chlor. frontosa Meig. l. c. "fronte producta, macula verticis nigra ad antennarum basin extensa, antennis (longitudine non indicata) totis nigris, nec inferne luteis, scutello plano, femoribus nigro-cinereis, tibiis omnibus annulo medio nigricante", &c., describitur, quæ notæ in nostra *O. longicorni,* cui de cetero certe propinqua, non qvadrant.

8. *O. trifasciata:* flava; antennis rotundatis superne, verticis macula conica elongata, thoracis lineis subqvinis discretis, abdominisque fasciis anticis 3 subconfluentibus abbreviatis, nigris; scutello plano; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio fere quadruplo breviori. ♂? (Long. 1—1⅛ lin.).

Stæg. in litt. 4 April. 1846. — *Oscin. læta* Zett. Ins. Lapp. 779. 2. ♂. (exclus. synom.)

Hab. in Scandinavia rarissime; in Scania meridionali ad Lund ipse, & ad Sjörup semel a Stud. *G. Möller* lecta mihique donata; in Lapponiæ Umensis graminosis ad Lycksele & Wilhelmina Jul. 1832 duo specimina paullo minora a me inventa; e Dania in unico exemplo

pro describendo a D. *Stæger* mecum etiam communicata. Mensibus Jul. Aug. Sept. occurrit.

♂? Per antennas supra fuscas, maculam verticis nigram trigono-elongatam, abdominis fascias tantum tres obscuras, pedes immaculatos & scutellum planum, a prioribus dignota. — Læte & pulchre flava. Macula frontis nigricans, conica, usque ad antennarum basin producta, basi minime ad oculos dilatata, sed cum nigredine occipitis confluens. Antennæ flavæ, articulis basalibus brevibus, ultimo mediocri rotundato, margine superno fusco, seta fusca. Epistoma albo-flavum. Oculi in viva virides unicolores. Palpi & proboscis flava. Thorax omnino immaculatus præter vittas subquinas nigras ut in *O. scalari* (2) & strigulam pectoris minutam nigram. Scutellum planum, pallide flavum, immaculatum. Metathorax ater. Abdomen flavum, fasciis 3 latiusculis abbreviatis nigro-brunneis, in segmentis 2:do, 3:tio & 4:to locatis, quarum 1:ma anterius leniter arcuatim flexa, 2:da & 3:tia rectæ. Nervi transversi subapproximati, longitudinales 3 & 4 ad apicem leniter divergentes, ille mox ante & hic tenuis paullo pone apicem alæ excurrentes. Halteres albidi. Pedes toti fulvo-flavi immaculati. — Affinis *O. lætæ* (4).

Obs. *Chlor. gentilis* Meig. Dipt. 6. 144. 8. huic similis & valde affinis videtur, sed fronte antice strigula, vertice puncto unico, & scutello utrinque puncto, nigris, differt.

9. *O. speciosa:* flava; antennarum articulo ultimo, verticis macula majuscula trigona, thoracis lineis subqvinis, mediis latissimis, sterni punctis, abdominisque disco late, nigris; tarsis apice fuscis; scutello subplano; alis cinereo-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio $3\frac{1}{2}$ breviori. ♀. (Long. fere $1\frac{1}{2}$ lin.).

Chlorops Meig. Dipl. 6. 146. 11. ♀. Macq. Buff. 2.

594. 17 (e descriptione Meigeni ut videtur transscripta). — *Oscin. nasuta* Zett. Ins. Lapp. 779. 1. specimen Lyckselense.

Hab. in Scandinavia rarissime, mihi tantum in Lapponia Umensi ad Lycksele mense Julio 1832 semel deprehensa, & iterum in Jemtlandia ad radicem alpis Mulfjellet 24 Jul. 1840 in unico individuo lecta.

♀. Antennarum articulo ultimo cum seta, verticis macula trigona majuscula, thoracis vittis dorsalibus 3 mediis valde latis intermedia integra, abdominisque dorso nigris, hujus tantum limbo inæqualiter pallido, ab aliis discrepat. — *O. nasutæ* n:o 1 proxima, sed abdominis pictura & alarum nervis transversis paullo magis approximatis distincta. — Flava. Macula verticis exacte triangularis angulo antico paullo ultra medium frontis (sed non ad antennarum basin) producto, nigra, basi non ad oculos extensa, sed cum nigredine occipitis connexa. Antennæ minusculæ rotundatæ rufo-flavæ, articulo ultimo nigro, intus basi rufescente, seta nigricante. Epistoma albido-flavum. Palpi & proboscis flava. Oculi mediocres. Thoracis vittæ dorsales nigræ ut in *O. nasutæ* varietate a. constructæ, tres mediæ latæ subconfluentes, intermedia integra usque ad scutellum extensa. Puncta nigra: utrinque humerale 1, pectoris 1 & sterni 2, horum anticum (supra coxas intermedias) majus, trigonum. Scutellum flavum, supra subplanum, basi utrinque puncto nigro. Metathorax ut in antecedentibus ater. Abdomen ovatum, flavum, dorso nigricante, segmento 1:mo & limbo toto anguste & inæqualiter flavo, nempe segmentorum lateribus macula trigona flava. Pedes flavi, femoribus anticis superne ante apicem macula, & tibiis posticis in medio annulo, fuscis obsoletis. Tarsi apice fusci. Alarum nervi ut in præcedente directi. Halteres albidi.

10. *O. abbreviata:* flava; antennarum articulo ultimo, verticis maculæ majusculæ trigonæ acumine antico longe producto & puncto postico, thoracis lineis subqvinis discretis, media in medio abbreviata, sterni punctis, abdominis fasciis subconfluentibus, tarsisque apice, nigricantibus; scutello plano; alis cinereo-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem triplo breviori. ♀. (Long. $1\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in Scania rarissime, circa Lund & ad Lindholmen in duobus speciminibus Julio capta.

♀. Per antennarum articulum ultimum cum seta, maculæ verticis antice elongatæ apicem et punctum posticum, thoracis vittam mediam postice longe abbreviatam, abdominisque dorsum fere totum, nigricantia, ut & scutellum flavum planum, ab aliis vere dignota. — Rufescenti-flava. Antennæ oblongo-rotundatæ, articulo ultimo nigro. Frontis macula magna trigona, acumine antico ad basin antennarum producto, basi fere ad oculos extensa, tota fusco-rufescens (an in juvenili?), acumine apicali indeterminate obscuro, puncto verticis (ocellorum) minuto nigro. Epistoma albido-flavum. Palpi & proboscis flava. Oculi majusculi. Thoracis vittæ dorsales atræ ut in *O. scalari* (2), sed intermedia tantum a capite ad medium extensa. Puncta nigra: utrinque humerale 1, pectoris 1 & sterni 2, horum anticum minutum. Scutellum planum, rufo-flavum, puncto basali ordinario utrinque vix conspiciendo. Metathorax ater. Abdomen ovatum rufescens, fasciis dorsalibus ita dilatatis ut supra fere totum nigricans evadat, relictis tantum lateribus anguste & ano rufescentibus. Alæ ut in priori, sed nervus 4:tus longitudinalis versus apicem parum perspicuus. Halteres albidi. Pedes rufo-flavi, tarsis apice fuscis.

11. *O. circumdata:* pallide flava; antennarum ar-

ticulo ultimo nigricante, verticis macula majuscula trigona aut tota nigra aut rufescenti-fusca, angulo antico & puncto postico minuto nigris, thoracis lineis subquinis mediis subconfluentibus intermedia integra, sterni punctis, abdominisque disco subinæqualiter, nigricantibus; scutello plano; alis subhyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem triplo breviori. ♂♀. (Long. $\frac{3}{4}$—$\frac{7}{8}$ lin.).

Chlorops Meig. Dipt. 6. 147. 17.

Hab. in Scandinavia meridionali; in Scania Sveciæ ad Lund in Paradislyckan jam 25 Maj. non raro, sed imagines utriusque sexus e fungis 20 Sept. — 3 Oct. 1836 etiam sat copiose proventæ; alibi rarius capta, ex. gr. in Smolandia ad Skärsjö, D. *Ljungh*, & ad diversorium Kårböle Helsingiæ, ubi 2 individua 20 Aug. 1840 a D. *Dahlbom* lecta; ex Hafnia Danorum Sept. 1837 sub nomine: "*Chlor. notata* Meig." quoque communicata.

♂♀. Similis *O. speciosæ* (9), sed magnitudine saltem duplo minore, pedibus immaculatis & alarum nervis transversis proportione forte nonnihil minus approximatis, sine dubio distincta. — Parva, flava. Antennæ mediocres rotundatæ rufoflavæ, articulo ultimo nigro intus ima basi rufescente, seta obscura. Macula verticis majuscula exacte trigona, angulo antico fere ad basin antennarum producto, basi ad oculos non usque dilatata; tota aut nigra (in junioribus), aut rufescenti-fusca (in nuper exclusis dilutiori) acumine antico obscuriori, puncto ocellorum in vertice minuto nigro. Epistoma infra oculos parum descendens, albido-flavum. Palpi-nigri? Proboscis flava. Genæ breves. Oculi majusculi. Thoracis vittæ dorsales atræ ut in *O. speciosa*, tres nempe mediæ latæ, lineolis flavis tenuissimis tantum separatæ; vitta interme-

dia integra. Puncta nigra humerale, pectoris & sterni etiam ut in *speciosa*. Scutellum planum albido-flavum. Abdomen ovatum nitidum flavum, disco dorsali late nigricante (in juvenilibus tantum fuscescente), nigredine in basi segmenti 5:ti maculas 2 plerumque formante. Nigredo in abdominis dorso proprie constat e fasciis 4 ita dilatatis & confluentibus, ut tantum segmentum 1:mum, limbus lateralis anguste & anus albido-flava maneant. Alæ fere ut in *O. speciosa*, nervis tenuibus pallidis. Halteres albidi. Pedes rufo-flavi, immaculati, raro (in individuis Helsingicis) femoribus anticis extus strigula longitudinali fusca notatis. — Similis *O. notatæ* n:o 14.

12. *O. glabra:* pallide flava; antennarum articulo ultimo, verticis macula magna oblonga, palpis, thoracis lineis tribus latis subconfluentibus, pectoris sternique punctis, abdominis dorso tarsisque anticis, nigris; scutello plano; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem triplo breviori. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$ fere $\frac{3}{4}$ lin. raro major.).

Meig. Dipt. 6. 149. 20. Macq. Buff. 2. 595. 22.

Hab. in Scandinaviæ meridionalis graminosis Jul. Sept, passim, mihi locis & aridis & humidiusculis obvia; nempe in Scania in convalle Slipare-dalen prope Lund parce, ad Fogelsång rarius, in collibus ad Yddinge haud infrequenter, & ad Lindholmen passim; e Dania a D. *Stæger* sub nomine allato femina quoque missa. (Ad Neuenkirchen in Mecklenburg Strelitz jam 20 Maj. 1842 a D. *Dahlbom* lecta).

♂♀. Magnitudine minore, antennarum articulo ultimo, verticis macula majuscula oblonga vel elliptica, antice posticeque

subangustiori a thorace & usque ad antennarum basin exacte producta, thoracis vittis tantum tribus latis per lineolas 2 tenuissimas flavas separatis, abdominis dorso toto (exceptis incisuris in viva tenuissime & ano flavis) tarsisque anticis, nigris, scutelloque pallide flavo plano, ab aliis diversa. — Parva, pallide flava. Antennæ mediocres, subrotundatæ, rufæ, articulo ultimo atro, intus basi rufescente, seta sordide testacea (apud *Meigen* "flava" dicitur). Epistoma flavo-albidum. Palpi nigri? Proboscis flava. Prælabrum nigrum. Oculi in viva ferruginei, viridi-micantes. Thoracis vittæ dorsales atræ nitidæ integræ fere æque latæ approximatæ, lineolis duabus angustissimis flavis tantum separatæ. Lineolæ 2 parvæ extimæ ordinariæ nullæ. Strigulæ pectoris 2, & puncta sterni supra coxas ordinaria (medium majus) nigra adsunt. Metathorax ater. Abdomen supra totum nigrum nitidum, ano, (incisuris in viva angustissime), & ventre rufo-flavis. Alæ hyalinæ, nervis ut in *O. scalari* (2) directis, auxiliari crassiori & 4:to longitudinali tenuissimo. Halteres albi. Pedes toti aut pallide flavi, aut fulvi, tarsis anticis semper nigricantibus.

Obs. Specimen ♀ solito majus (fere $1\frac{1}{4}$ lin. long.), antennis nigris, intus basi rufescentibus, in horto meo 20 Aug. 1847 inveni.

13. *O. lineata:* rufo-flava; antennarum articulo ultimo, verticis macula magna trigona postice lata, palpis, thoracis lineis tribus latissimis subconfluentibus, pectoris sternique punctis, abdominisque dorso, nigris; scutello plano; femoribus brunnescentibus; alis cinereo-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem triplo breviori. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$ lin., parum ultra.)

Fabr. Antl. 215. 4? Latr. Gen. 4. 351? *Chlorops* Meig. Dipt 6. 149. 21? Macq. Buff. 2. 595. 23 ?

Hab. in Scandinavia præsertim meridionali passim;

scilicet in Scania ad Lund, Lindholmen & Tranås mense Julio capta; in Gottlandiæ pratis ad Gothem 5 Jul. rarius; e Dania in utroque sexu a D. *Stæger* sub synonymia: "*Chlorops lineata* Meig. non *Oscinis lineata* Fall." 1843 & 1846 mecum communicata.

♂♀. Affinis priori, sed paullo minor, obscurior, macula verticis magis trigona, postice latiore, thoracis dorso fere toto nigro, femoribus subbrunneis, &c., distincta. — Rufescenti-flava. Antennæ mediocres rotundatæ, basi rufæ, articulo ultimo nigricante, seta fusca. Macula verticis trigona nigra, antice acumine non usque ad antennarum basin producta, basi utrinque fere ad oculos extensa. Epistoma flavo-albidum. Palpi apice nigri. Thorax disco dorsali nigro, h. e. vittis tribus ordinariis ita dilatatis, ut laterales ad radicem alarum extendantur, tantum lineolis 2 angustissimis flavis separatæ. Puncta nigra pectoris & sterni ut in priori. Scutellum brunneo-flavum. Abdomen ovatum, supra totum nigrum, subtus brunneo-flavum. Alæ ut in præcedente. Halteres albi. Pedes sordide flavi, femoribus in medio late brunnescentibus.

Obs. An hæc sit Auctorum *Oscinis (Chlorops) lineata* genuina ob insufficientiam descriptionum affirmare nonpossum. — Cfr. *Oscinis Pumilionis* infra sub n:o 53 descripta.

14. *O. notata:* pallide flava; antennarum articulo ultimo apice, verticis macula magna trigona rufo-bimaculata, thoracis lineis subquinis mediis latis subconfluentibus intermedia integra, pectoris sternique punctis, abdominisque fasciis 4 subconfluentibus abbreviatis, nigris; scutello plano; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:o tertio saltem triplo breviori. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ lin).

Chlorops Meig. Dipt. 6. 144. 10.

Hab. in Scandinavia meridionali rarissime; in Scania ad Lund semel a me inventa; e Dania sub nomine allato a D. *Slæger* missa. (Ad Gryphiam 12 Jun. 1843 a Doct. *Dahlbom* deprehensa).

♂♀. *O. circumdatæ* n:o 11 proxima, sed antennarum articulo ultimo tantum apice, nec toto, nigro, dignoscitur. Parva. Flava. Antennæ mediocres rotundatæ, rufæ, articulo ultimo superne & versus apicem nigro, seta fusca. Verticis macula trigona majuscula ad antennarum basin fere extensa, aut rufa linea media conica nigra, aut nigra versus basin lateribus rufis. Epistoma breve, albidum. Thorax ut in *O. circumdata* pictus. Scutellum planum pallide flavum immaculatum. Metathorax ater. Abdominis dorsum nigrum nitidum, segmento 1:mo & limbo omni pallide flavis, ut in *circumdata*. Alæ, halteres & pedes ut in illa.

Obs. O. trifasciata (8), *speciosa* (9), *circumdata* (11) & *notata* valde affines sunt & similes. Ad magnitudinem, antennarum pedumque picturam, & numerum abdominis fasciarum probe attendas, ut species distingvere possis.

15. *O. Hypostigma:* pallide flava; antennarum articulo ultimo, verticis macula parva, thoracis lineis subquinis discretis, abdominis basi puncto utrinque minuto, sterni maculis, tarsorumque articulo ultimo, nigris; scutello convexiusculo; alis subhyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio $3\frac{1}{2}$ breviori. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ lin.).

Chlorops Meig. Dipt. 6. 141. 2. Macq. Buff. 2. 591. 2?

Hab. in graminosis & floribus præsertim Umbellatarum, per prata & hortos Scandinaviæ meridionalis sat

frequenter, mediæ & septentrionalis rarius, Julio & Aug. imprimis obvia usque ad medium Septembris observata, in copula etiam aliquoties capta; scilicet in Scania ad Lund (in horto proprio), Fogelsång (von *Borck)*, Sjörup *(G. Möller)*, Kullen, Esperöd &c., non parce; in Gottlandia ad Öja rarissime; in Norwegia litorali ad diversorium Thynäs semel; e Dania in multis individuis a D. *Stæger* communicata.

♂♀. Species magnitudine parva, antennarum articulo ultimo, macula verticis minuta, thoracis lineis subquinis discretis, abdominis puncto utrinque basali tarsorumque articulo ultimo, nigris, mox & bene distincta. — Pallide flava. Viva tota pulchre citrina. Antennæ mediocres, basi flavæ, articulo ultimo rotundato nigro, ima basi intus leniter rufo, seta fusca basi nigra. Macula verticis (ocellorum) parva, subrotundata, nigra, cum nigredine occipitis connexa. Epistoma flavo-albidum. Palpi & proboscis certe flava. Oculi mediocres, in viva ænescentes. Thoracis vittæ dorsales subqvinæ, discretæ, nigræ, quarum tres mediæ modice latæ, intermedia a capite & fere (non omnino) ad scutellum producta, 2 extimæ ante radicem alarum brevissimæ, angustissimæ. Punctum pectoris minutum, sed maculæ sterni supra coxas distinctiores, præsertim supra coxas medias; omnia atra. Scutellum subconvexum, pallide flavum, immaculatum. Metathorax ater. Abdomen in ♂ oblongum, in ♀ breviter ovatum, in utroque sexu in exsiccata rufo-flavum, in viva citrinum; in segmento 2:do puncto utrinque nigro, & in disco dorsali præsertim in ♂ interdum umbra fusca ornatum. Vestigium fasciarum abbreviatarum fuscarum in viva adest. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis transversis modice approximatis, segmento nempe nervi longitudinalis 4:ti secundo tertio saltem $3\frac{1}{2}$ breviori. Nervi longitudinales 3 & 4 (subobsoletus) ad apicem paullo divergentes. Halteres flavo-albidi. Pedes pallide flavi, tarsorum articulo ultimo obscuro vel nigro.

Obs. *Chlorops hypostigma* apud *Macqvart* l. c. "1—$1\frac{1}{2}$ lin. longa" describitur, alias cum nostra bene congruit.

16. *O obscurella:* pallide flava; antennarum articulo ultimo, verticis macula magna trigona, thoracis lineis dorsalibus tribus latissimis subconfluentibus, pectoris sternique punctis, abdominisque dorso, nigris; scutello planiusculo tarsorumque apice fuscis; alis cinereo-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio $3\frac{1}{4}$ breviori. ♂♀. (Long. 1—$1\frac{1}{3}$ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 779. 3. ♂♀.

Hab. in graminosis Scandinaviæ borealis & Lapponiæ mense Julio rarius; tria paria in copula juncta capta; scilicet in Jemtlandia ad radicem alpis Mulfjellet; in Lapponia Umensi ad Wilhelmina; in Norwegiæ jugo alpino ad Suul Værdaliæ, parce.

♂♀. Per scutellum fuscum ab affinibus facile dignoscitur. Flava. Antennæ mediocres rotundatæ, basi rufæ, articulo ultimo nigro, seta fusca basi nigra. Macula verticis magna, exacte trigona, antice acumine ad antennarum basin fere producta, postice lata ad oculos fere extensa cum nigredine occipitis connexa. Oculi ænei. Thoracis vittæ dorsales tres l. potius quinque, ita dilatatæ, ut dorsum fere totum nigrum evadat, exceptis macula humerali & lineis duabus lateralibus angustissimis flavis. Punctum humerale, strigula utrinque pectoralis parva & macula ordinaria supra coxas posteriores, atra. Scutellum obscurum l. fuscum. Metathorax ater. Abdomen supra nigricans, limbo plerumque angustissime, & ventre semper flavis. Alæ ut in priori etiam quoad nervorum directionem. Halteres albidi. Pedes aut pallide flavi, femoribus præsertim anticis superne striga langvide fusca, aut flavi, femoribus impri-

mis anticis dilute brunnescentibus. Tarsi antici plerumque toti, posteriores apice, fuscescentes.

17. *O. Parvula:* flava; antennarum articulo ultimo, verticis macula magna trigona, thoracis lineis dorsalibus subqvinis latis subconfluenticus, abdominis rufescentis basi puncto utrinque minuto, pectorisque strigula parva, nigris; scutello plano; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem triplo breviori. ♂♀. (Long. fere ½ lin.).

Hab. in Scandinavia boreali rarissime, tria tantum exempla mense Julio 1840 inveni, unum masculum in Jemtlandia ad radicem Mulfjellet, & duo (♂ & ♀) in jugo alpino Norwegiæ ad Suul Værdaliæ.

♂♀. Qvoad abdominis picturam *O. Hypostigmati* n:o 15 similis, sed magnitudine minori, macula verticis nigra multo majori & tarsis subimmaculatis diversa. Minuta. Flava. Macula verticis ut priori constructa, nigricans l. fusca, puncto ocellorum nigro. Antennæ mediocres rotundatæ cum seta nigro-fuscæ, basi & subtus indeterminate nonnihil dilutiores. Epistoma flavo-albidum. Palpi nigri? Thoracis vittæ dorsales ut in priori. Strigula pectoris minuta nigra adest, sed maculæ ordinariæ supra coxas vix ullæ. Scutellum planum pallide flavum immaculatum. Metathorax ater. Abdomen ovatum rufo-flavum (forte in viva pallidius), puncto in segmento 2:do utrinque nigro minuto & in medio segmentorum 2 & 3 fuscedine indeterminata. Alæ ut in priori. Pedes flavi subimmaculati; in uno nostrorum speciminum tarsi apice nigricantes sunt.

18. *O. curvinervi:* flava; antennarum articulo ul-

timo superne, verticis macula parva subtrigona, thoracis lineis subtribus latis subconfluentibus, abdominis dorso, & pectoris sternique punctis, nigricantibus; scutello plano pallide flavo; alis hyalinis, nervis 2:do & 3:tio longitudinalibus arcuatis, transversis valde approximatis. ♀. (Long. ½ lin.).

Hab. in Svecia media rarissime, scilicet in Gottlandiæ monte insigni Thorsborg d. 14 Jul. 1841 specimen descriptum inveni.

♀. Per gracilitatem & parvitatem corporis, nervos 2 & 3 longitudinales incurvos, horum 3:tium sat longe ante apicem in costam excurrentem, & transversos magnopere approximatos, a prioribus certissime & statim dignoscitur. — Vix cum *O. messoria* n:o 31 confundenda. Flava. Macula verticis nigra parva, regionem ocellorum tantum occupans, antice non ad medium frontis, postice minime ad oculos extensa, sed cum nigredine occipitis confluens. Vertex nudus. Antennæ mediocres rotundatæ flavæ, articulo ultimo margine superiore fusco, seta exigua albida, basi fusca. Epistoma infra oculos nonnihil descendens, albido-flavum; nudum. Organa oris ut in priori. Oculi mediocres. Thoracis vittæ dorsales tres cinerascenti-nigræ, latæ, confluentes, lineolis 2 omnium tenuissimis flavis separatæ, intermedia integra, laterales antice abbreviatæ, ante quas punctum humerale minutum adest; extimæ nullæ. Punctum pectoris parum & maculæ supra coxas posteriores distinctæ, atra. Scutellum planum flavidum. Abdomen oblongum, supra nigricans, subtus pallidum. Alæ cinereo-hyalinæ. Segmentum costæ 2:dum 1:mo paullo brevius, & 3:tium, æqvalia. Nervi: longitudinales 2 & 3 versus costam curvati, horum 3:tius sat longe ante apicem excurrens, 4:tus rectus paullo pone apicem alæ excurrens, parum perspicuus, 5:tus

etiam obsoletus. Nervi transversi insigniter approximati, ita ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio sextuplo & ultra brevius evadat. Halteres albidi. Pedes flavi, tarsorum articulo ultimo parum infuscato. — A sequente, cui proxima & similis, diversa nervorum directione aperte distingvitur.

19. *O. approximato-nervis:* flava; antennarum articulo ultimo superne, verticis macula parva trigona, thoracis lineis dorsalibus subqvinis subconfluentibus, abdominis dorso, & pectoris sternique punctis, nigricantibus; scutello plano palide flavo; alis hyalinis, nervis transversis fere in lineam perpendicularem approximatis. ♀. (Long. vix ½ lin.).

Hab. in Svecia meridionali minus frequens; scilicet in Scania: ad Lund in horto proprio 29 Jul. 5 Sept. 1847, in plantatione Paradislyckan 25 Maj. 1842, ad Fogelsång Junio & ad Esperöd in paroecia Mellby 31 Julii 1820, qvinque specimina feminea, inveni. — E Dania semel.

♀. Magnitudine minuta & nervorum transversorum eximia approximatione, in hac Subdivisione facile ab aliis dignoscitur*). Flava, viva magis pallida. Macula verticis trigona nigra, angulo anteriori ad medium frontis producta, basi non ad oculos extensa, sed cum nigredine occipitis confluens. Antennæ mediocres rotundatæ rufo-flavæ, articulo ultimo superne nigricante, seta obscura basi nigra. Epistoma breve, parum infra oculos descendens, albido-flavum. Palpi & proboscis re-

*) Vertex tenuiter setulosus, seta mystacina licet valde exigua & spuria tamen præsens, & nervi transversi ad basin alæ valde retracti & approximati *Phytomyzam* (cfr. *Phytomyza oscinina* n:o 29) produnt, sed habitus & ceteræ notæ cum *Oscine* bene qaudrant.

tracta, forte flava. Oculi proportione majusculi. Thoracis vittæ dorsales subqvinæ nigricantes; harum tres mediæ latæ per lineas 2 tenuissimas angustissime divisæ, vitta intermedia postice abbreviata; extimæ 2 brevissimæ sæpe parum conspicuæ. Puncta: 1 in pectore parvum, & 2 supra coxas majora, nigra. Scutellum flavum immaculatum. Abdomen ovatum, apice (in ♀) acutum; dorso nigricante l. brunneo, ventre pallidiore. Alæ cinereo-hyalinæ. Nervi fere ut in *O. messoria* n:o 31 directi, transversi nempe ante medium alæ adhuc propius, quam in *O. curvinervi*, approximati & ita ut fere lineam transversam, apici nervi auxiliaris oppositam, constituant, ordinario nempe tantum brevissime pone nervum medium sito. Segmenta costæ 1, 2 & 3 fere æque longa, 4:tum (seu apicale) nonnihil brevius. Nervi longitudinales: 3:tius leniter arcuatus & 4:tus rectus obsoletus ad apicem divergentes, 5:tus obsoletus. Halteres magni albidi. Pedes toti rufo-flavi (in vivis vix pallidiores) immaculati, tarsorum articulo ultimo obscuro. — A priori, cui sat similis, per directionem nervorum in alis aliam præcipue & facile dignota.

Obs. Specimen hujus femineum sub nomine: "*Chlor. anomala* n. sp." ex Hafnia a D. *Stæger* etiam nuperrime obtinui, qui non sine jure putat hanc speciem ad *Agromyzides* vel *Phytomyzides* apte posse referri.

††. Antennæ totæ atræ.

20. *O. tæniopus:* pallide flava; antennis, verticis macula majuscula trigona, thoracis lineis subquinis subconfluentibus, abdominis supra langvide fusci fasciis 4 subobsoletis, & pectoris sternique punctis, nigris; tarsis atris, anticis (♂) medio, posterioribusque basi late, flavis; scutello convexo; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{2}$ lin.).

Mas: abdomine oblongo-ovato; tarsis anticis nigris, articulis 2 & 3 flavis;

Fem.: abdomine breviter ovato; tarsis anticis totis nigris, in medio vix l. parum dilutioribus; in copula sæpissime.

Chlorops Meig. Dipl. 6. 114. 9. ♂. Macq. Buff. 2. 593. 13. ♂. *Oscin. lineata* Fall. Oscinid. 4. 2. var., secundum specimina in museo Ejus asservata.

Hab. in graminosis per hortos, prata, agros demessos &c Scandinaviæ meridionalis & mediæ, ab initio Junii usque ad finem Septembris, vulgatissima, in copula multoties capta; in provinciis borealibus parum obvia; scilicet in Scania ubique frequentissima; in Smolandia, D. *Ljungh;* in Ostrogothia ad Gusum, D. *Wahlberg;* in Gottlandia ad Lummelund &c.; in Dania, D. *Stæger;* in Norwegiæ Christiania a D. *Moë* communicata.

♂♀. Simillima *O. nasutæ* n:o 1, sed tarsorum anticorum annulo medio flavo in ♂, & antennis totis atris in utroque sexu, statim dignoscenda. Flava. Antennæ mediocres, rotundatæ, totæ atræ, ima basi interdum lenissime rufescente; seta fusca, basi atra. Macula verticis majuscula trigona nigra, acumine antico nonnihil ultra medium, sed non ad antennarum basin producta, basi latiuscula cum nigredine occipitis confluens, sed non ad oculos dilatata. Epistoma infra oculos paullo descendens, flavo-albidum. Genæ longiusculæ. Palpi & proboscis certe flava. Oculi mediocres, in viva ænescentes. Thoracis vittæ dorsales nigræ, harum 3 mediæ latæ per lineam tenuem flavam separatæ, intermedia fere integra, laterales antice abbreviatæ, extimæ tenues brevissimæ. Punctum humerale minutum, strigula pectoris parva, & maculæ supra coxas posteriores majusculæ, atra. Scutellum convexum flavum immaculatum. Metathorax ater. Abdominis dorsum ple-

rumque lenissime & langvide infuscatum, fasciis 4 nigro-brunneis, plus minus perspicuis, limbo tenuissime, ano non-nihil latius, pallido; puncto fusco utrinque in segmento 2:do sæpe conspicuo. Alæ etiam quoad directionem nervorum ut in *O. nasuta*. Halteres albi. Pedes flavi, tarsis ut in diagnosi pictis. Tibiæ apice anguste nigræ. Tarsi postici flavi, articulis 2 ultimis nigris.

Var. b. ♀. Abdomen paullo dilutius flavum, fasciis fuscis obsoletis, puncto utrinque basali fusco perspicuiori. Femora antica superne ante apicem macula brunnea. Tarsi omnes fere toti nigri. In ceteris var. a. simillima. Specimina 2 vidi, unum in Lapponia Lulensi a D. *Andersson* captum, alterum in Norwegia alpina ad diversorium Garnæs Værdaliæ mense Julio 1840 a me inventum.

Variat denique, uti quædam præcedentium, macula verticis ordinaria nigra in angulo rufo antice tantum lineam formante. In Scania &c. talia exempla deprehensa.

Obs. 1. Sub nomine: "*Musca lineata* Fabr." in Collectione Ljunghii asservatur.

Obs. 2. An *Chlorops strigula* Meig. Dipt. 6. 147. 16. (exclus. syn. Fabr.) est femina hujus? Sub hoc nomine specimina *Oscin. tæniopi* etiam e Dania mihi communicata.

Obs. 3. A nostra varietate: abdomine supra fusco, margine laterali anguste, & ano albido-flavis, *Chlor. limbata* Meig. Dipt. 6. 150. 22. non multum discedere videtur, sub quo synonymo etiam e Dania nuper obtinui.

Obs. 4. Exempla, quæ sub indicio: "*Chlor. discicornis nov. sp.*" a Nobili *Stæger* mecum communicata, a nostra *Oscin. tæniopo* distingvere non valeo, præter quod tarsi antici basi flavidi, nec nigri, videantur.

Obs. 5. Marem *O. tæniopi* cum femina *O. puncticollis* n:o 30 in copula junctum in frutice horti ad Esperöd in paroecia Tranås Scaniæ d. 13 Jul. 1820, semel legi.

21. *O. Troglodytes:* pallide flava; antennis, verticis macula majuscula trigona, thoracis lineis subqvinis subconfluentibus, abdominis dorso, & pectoris sternique punctis, nigris; tarsis apice fuscis; scutello convexo; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem quadruplo breviori. ♂♀. (Long. $\frac{2}{3}$—$\frac{3}{4}$ lin.).

Hab. in Scandinavia media & boreali atque Lapponia minus frequens; scilicet in Ostrogothia ad villam Lärketorp in parœcia Mjölby 4 paria in copula juncta d. 14 Aug. 1841 inveni; in Lapponia Umensi Junio 1832 ♀ semel; in Norwegia ad diversorium Thynæs 4 Jul. 1840 ♂ in unico exemplo.

♂♀. Magnitudine parva & nervis transversis perspicue approximatis ab affinibus hujus subdivisionis dignota. Similis priori, sed magnitudine duplo minore & nervis transversis ita approximatis, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio saltem quadruplo & ultra brevius evadat, certe diversa. Pallide flava. Macula verticis nigra magnitudine & forma ut in priori. Antennæ proportione paullo minores sunt quam in præcedente, rotundatæ, atræ, seta subfusca, basi nigra. Epistoma infra oculos nonnihil descendens albido-flavum. Palpi & proboscis flava. Oculi mediocres. Thoracis dorsum, pectus, sternum, scutellum & metathorax ut in priori colorata & picta. Abdomen ovatum, supra nigricans, summo margine laterali angustissime, & ano pallidis. Venter flavus, vitta media obscura. Alæ ut in diagnosi. Nervus 4:tus longitudinalis valde obsoletus. Halteres albi. Pedes flavi, tarsis apice plus minus infuscatis. Tibiæ posticæ in medio annulo angusto valde langvide fusco.

22. *O. brunnipes:* flava; antennis, verticis macula

majuscula trigona, thoracis lineis subquinis latis subconfluentibus, pectoris striga ablonga sternique punctis, atris; abdominis dorso nigro, incisuris saltem ad latera flavis; pedibus sordide testaceis, femoribus tibiisque in medio late brunneis, tarsis apice nigris; scutello convexo; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Scandinavia meridionali rarius, boreali frequentius, mens. Jul., Aug. & Sept. obvia; scilicet in Scania ad Lund in Paradislyckan, Fogelsång, Wandstad &c., parce; in Gottlandia ad Gothem? in Helsingia ad Löfvik; in Jemtlandia a diversorio Rätan & Åsarne usque ad Åreskutan, Mulfjellet, Stalltjernstugan & Skalstugan, vulgaris; in Norwegia ad Thynäs Oestrenæs & Garnäs Værdaliæ frequens usque ad Suul & Kongsstue, in jugo alpino sitos, adscendens. (E Gryphia exemplum forte hujus, a D. *Dahlbom* communicatum).

♂♀. Statura robusta, magnitudo & similitudo *Oscin. nasutæ* (1), & *speciosæ* (9), sed ab illa abdominis fasciis nigris haud discretis, in disco fere confluentibus, ab hac alarum nervis transversis forte nonnihil minus approximatis, & ab utraque antennis totis nigris, nec basi rufis, & pedibus brunneo-maculatis, differt. — Flava. Macula verticis trigona nigra magna, acumine antico paullo supra medium frontis producta, basi fere ad oculos dilatata, cum nigredine occipitis confluens. Antennæ mediocres rotundæ atræ (ima basi interdum subrufescente), seta fusca, basi nigra. Epistoma albido flavum. Palpi & proboscis flava. Oculi majusculi. Thoracis vittæ nigræ subqvinæ, quarum 3 mediæ latæ, intermedia integra, laterales antice paullo abbreviatæ, inde macula humeralis & lineæ 2 angustissimæ flavæ. Vittæ vero hæ nigræ plerumque

tam latæ & confluentes, ut discus posticus totus ater evadat, relicto tantum antice vestigio linearum flavarum tenuissimarum. Punctum humerale, striga pectoris oblonga, & maculæ supra coxas posteriores majusculæ, atra. Scutellum flavum, basi utrinque puncto fusco. Metathorax ater. Abdomen supra nigrum, lateribus maculis trigonis flavis raro in fascias transversas continuas tenues extensis. Anus anguste flavus. Variat abdominis dorso toto nigro. Venter saltem lateribus flavidus. Alæ hyalinæ, nervis ut in *O. nasuta* directis. Halteres albidi. Pedes sordide flavi l. testacei, femoribus præsertim anticis in medio late plus minus intense l. dilute brunneis. Tibiæ imprimis posticæ in medio late brunnescentes. Tarsi articulis ultimis 1 vel 2 nigricantibus. — Variat, forte junior, pedibus flavis dilute & leniter brunneo-maculatis.

**. Antennæ totæ flavæ.

23. *O. rufina:* flava; verticis punctis 2 pectorisque 1, nigris; thoracis lineis dorsalibus subquinis ferrugineis; abdominis incisuris tenuiter dilute brunneis; alis cinereo-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Hab. in graminosis & agris per Sveciam mediam mense Julio, minus frequens, in copula quoque capta; scilicet in Ostrogothia ad Lärketorp & Wadstena non parce, sed alibi mihi non obvia.

♂♀. Statura *O. nasutæ* (1), sed paullo brevior, magnitudine varians. Per colorem ferrugineum dignota. Flava, metathorace atro. In vertice flavo triangulum magnum ferrugineum punctis 2 uno in medio altero postice locatis, nigris ornatum. Antennæ mediocres, rotundatæ, rufo-flavæ, seta pallida. Epistoma albidum. Palpi & proboscis flava. Oculi mediocres, in

mortua ferrugineo-nigri. Thoracis vittæ dorsales subquinæ ferrugineæ, harum 3 mediæ latæ, intermedia integra, apice antico (ad caput) plerumque nigricans; lineæ laterales antice nonnihil abbreviatæ macula obscura etiam sæpe terminatæ; extimæ tenues & abbreviatæ. Punctum pectoris parvum nigrum, sed maculæ solitæ supra coxas posteriores nigræ deficientes. Scutellum convexum, pallide flavum, immaculatum. Abdomen ovatum ferrugineo-flavum, incisuris tenuiter brunneis, fascias 4 angustas in dorso formantibus ad latera non usque extensas. Alæ cum nervis ut in *O. nasuta*, nervo 4:to longitudinali paullo obsoleto. Pedes toti flavi immaculati, tarsorum articulo ultimo parum infuscato.

21. *O. geminata:* flava; verticis punctis 2, pectoris 1, thoracis lineis subquinis discretis, abdominis fascis 4 tenuibus interruptis & abbreviatis, basique utrinque puncto, nigris; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori. ♂♀. (Long. 1½ lin.)

Mas: abdomine oblongo, stramineo, supra langvide fuscano, incisuris 4 tenuibus brunneis, brunnedine ad latera non extensa & per lineolam angustam flavam segmenta 1, 2, 3 & 4 transeuntem in medio interrupta, basi (ad incisuram 1:mam) puncto utrinque nigro;

Fem.: abdomine ovato, supra testaceo, incisuris & puncto basali utrinque ut in mare pictis.

Chlorops Meig. Dipt. 6. 141. 4. Macq. Buff. 2. 592. 6.

Hab. in Svecia media valde rara; in Gottlandiæ insula Furillen & ad Westö in paroecia Hall tria specimina 21—28 Jul. 1841 inveni.

♂♀. Eximie distincta. Flava, metathorace atro. Puncta 2 nigra in fronte & vertice omnino ut in priori. Antennæ mediocres rotundatæ fulvo-flavæ, seta pallida, basi nigra. Epistoma, instrumenta cibaria & oculi ut in præcedente. Thoracis vittæ dorsales subqvinæ discretæ nigræ, harum 3 mediæ modice latæ, intermedia subintegra, laterales antice abbreviatæ, extimæ parvæ. Punctum humerale nullum, sed in pectore centrale ordinarium minutum nigrum adest. Maculæ sterni supra coxas deficientes. Scutellum pallide flavum immaculatum. Abdomen ut in diagnosi sexus. Alæ ut in priori, sed nervi paullo distinctiores. Pedes pallide flavi, immaculati.

Obs. Cfr. observatio sub *O. didyma* supra n:o 6. pag. 2607.

25. *O. citrinella:* citrina; verticis punctis 2, humerali utrinque 1, pectoris 1, thoracis lineis subqvinis discretis, sterni maculis, abdominis fasciis 3 tenuibus abbreviatis, basique utrinque puncto, nigris; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio fere triplo breviori. ♀. (Long. vix 1 lin.).

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in Scania ad diversorium Röstånga in unico exemplo d. 15 Jul. a me inventa.

♀. Affinis & similis priori, sed paullo minor & seta antennarum tota alba, nec basi nigra, thoracis vitta media parum ultra medium extensa, nec fere integra, puncto humerali nigro perspicuo, & abdominis fasciis brunneis tantum 3, nec 4, tenuibus, continuis, nec interruptis, diversa. Pulchre flava, metathorace atro. Frons fulvo-flava, pictura nigra ut in priori, nempe puncto ocellorum rotundo libero (h. e. cum nigredine occipitis non connexo), & macula media trigona minuta. Antennæ ut in præcedente, sed seta alba. Epistoma, palpi, proboscis & oculi etiam ut in illa. Thoracis pictura ut

in *O. geminata*, sed vitta media postice sat longe abbreviata, puncta humeralia & maculæ sterni nigra adsunt. Scutellum ut in priori. Abdomen breviter ovatum, citrinum, fasciis tribus immediate pone incisuras 2, 3 & 4, angustis utrinque abbreviatis, continuis, dilute brunneis, ultima parum conspicienda. In segmento 2:do punctum utrinque nigrum. Alæ ut in *O. rufina* (23). Pedes toti croceo-flavi, tarsorum articulo ultimo vix infuscato.

26. *O. figurata:* pallide flava; antennis croceis; verticis macula majuscula trigona acuminata, thoracis lineis dorsalibus subqvinis discretis, puncto utrinque humerali, pectoris strigula, sterni maculis, abdominis fasciis 4 determinatis integris, hujus basi utrinque puncto, femorum linea superna, tibiarum posticarum annulo medio, tarsisque omnibus apice, nigris; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori. ♀. (Long. 1 lin.).

Hab. in Svecia meridionali rarissime, in Scania ad Widtsköfle d. 9 Aug. semel lecta.

♀. Per verticis maculam majusculam trigonam nigram ab hujus subdivisionis speciebus distincta. Inter minores. Citrina, metathorace atro. Macula verticis triangularis nigra, acumine antico tenui fere ad antennarum basin extensa, basi ad oculos fere dilatata, cum nigredine occipitis haud cohærens. Antennæ mediocres rotundatæ fulvo-flavæ, seta fusca, basi nigra. Epistoma, instrumenta cibaria & oculi ut in priori. Thoracis vittæ dorsales ut in *O. geminata* (24). Punctum humerale nigrum. Pleuræ albidæ, strigula centrali nigra. Maculæ supra coxas posteriores mediocres nigræ. Scutellum albidum immaculatum. Abdomen oblongo-ovatum, citrinum, incisuris nigro-brunneis, fascias 4 continuas versus latera attenuatas forman-

tibus, harum 1:ma puncto nigro utrinque terminata; lineola dorsali tenuissima obscura. Alæ ut in *O. rufina* (23). Pedes flavi. Femora præsertim antica superne linea brunnea notata; tibiæ posteriores annulo medio fusco; tarsi omnes articulis 2 ultimis nigricantibus.

27. *O. gracilis:* pallide flava; fronte antice subprominente fulvo-flava; verticis puncto, thoracis lineis dorsalibus subquinis discretis, intermedia postice abbreviata, pectoris puncto, sterno toto, abdominisque rufescentis basi utrinque puncto, nigris; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori. ♂? (Long. fere 2 lin.).

Chlorops Meig. Dipt. 6. 140 1? T. 61. f. 17? Macq. Buff. 2. 590. 1?

Hab. in Svecia, Collect. defuncti Ljunghii, mihi viva numquam obvia.

♂? Prioribus paullo longior, fronte subprominula, sterno toto nigro, palpis exsertis &c., distincta. Frons ante oculos angulo acutiusculo paullo producta, flava, macula verticis magna trigona acumine antico ad antennarum basin extensa, basi fere ad oculos dilatata, tota rufescente nitida, apice puncto brunneo & postice (loco ocellorum) puncto nigro lineola tenuissima fusca subcohærentibus notata, sed nullo modo cum nigredine occipitis connexa. Antennæ mediocres, articulo 1:mo vix perspicuo, 2:do distincto, ultimo rotundato; totæ fulvo-flavæ, seta breviuscula fusca, basi indeterminate nigra. Epistoma infra oculos paullo descendens, albidum. Palpi magni exserti & proboscis, flava. Oculi non magni, nigri. Thoracis vittæ dorsales ut in *O. citrinella* (25). Punctum humerale nigrum nullum. Sternum totum infra nigrum. Scutellum pallide flavum immaculatum. Abdomen oblongum, ru-

fescens, supra fuscum, puncto in segmento 2:do utrinque nigro. Alæ ut in *O. rufina* (23) & *figurata* (26). Halteres albi. Pedes toti straminei immaculati.

Obs. Forte cum *Chlor. gracili* Meig. l. c. nostra identica est, licet magnitudo (species apud *Meigen* 3 lin. longa dicitur) & qvædam aliæ minoris momenti notæ repugnent. — Secundum individuum diu exsiccatum, sed tamen sat bene conservatum, speciem descripsi.

B. Thorax disco dorsali nigro (absque lineis flavis).

α) scutello l. toto l. e parte flavo.

28. *O. Cereris:* capite, antennis subtus, scutelli medio, pedibusque, flavis; antennarum margine superiori, verticis macula majuscula trigona, thoracis dorso, pectoris sternique maculis, scutelli lateribus, abdomine, & tarsis anticis totis posterioribusque articulis 2 ultimis, nigris; alis breviusculis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio $3\frac{1}{2}$ breviori. ♂♀. (Long. 1 fere $1\frac{1}{2}$ lin.).

Fall. Oscinid. 5. 3. ♂♀. Zett. Ins. Lapp. 779. 5. ♂♀. *Chlorops* Meig. Dipt. 6. 150. 23. Macq. Buff. 2. 596. 28. *Chlorops scutellatus* Panz. Fn. Germ. 104. 21 (fig. mala).

Hab. in graminosis, per hortos, agros, prata & litora &c., Scandinaviæ, Jul. Aug. vulgatissima, in copula etiam deprehensa; scilicet in Scania copiose; in Blekingia, Smolandia & Ostrogothia frequens; in Gottlandia ad Gothem &c.; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg*; in Jemtlandia ad Mulfjellet; in Lapponiis: Umensi ad Lycksele, Wilhelmina & Åsele non parce, Tornensi rarius ex. gr. ad Kengis; in Norwegia passim, ad Thynäs & Näs

U. OF ILL. LIB.

frequens; in Dania non raro. (E Finlandia a Prof. *Sahlberg*, e Gryphia & Trawemünde a Doct. *Dahlbom*, & e Lubeca a D. D. *J. Behrens* & *Milde*, communicata).

♂♀. Alis breviusculis, antennis subtus flavis, a sequentibus hujus phalangis mox dignoscitur. Statura angustata subcylindrica præsertim in maribus, qui feminis etiam plerumque minores sunt. Nitida, ad maximam partem nigra. Frons fulvo-flava, in viva pallidior. Macula verticis majuscula exacte trigona nigra, angulo superiori vix ultra medium frontis producta, basi lata, sed non ad oculos extensa, cum nigredine occipitis confluens. Antennæ mediocres rotundatæ rufo-flavæ, articulo ultimo margine superiori & apicali nigricante; seta aut in minoribus fusca l. pallida basi nigra, aut in majoribus individuis alba l. nivea basi flava. Epistoma parum infra oculos descendens albidum. Genæ longiusculæ albidæ. Palpi flavi. Proboscis testacea. Oculi mediocres, in viva ferruginei leniter æneo-micantes, in mortua obscuri. Thorax dorso punctulato toto nigro, callis humeralibus pallidis puncto nigro. Pleuræ pallide flavæ, striga media nigra. Supra coxas posterioriores maculæ 2 nigræ, antica major. Scutellum (in viva) citrinum, macula basali utrinque nigra plerumque ita elongata ut tota latera scutelli occupat. Abdomen læve totum nigrum (ventre in viva anguste flavo); in ♂ lineare ano inflexo, in ♀ lanceolatum. Alæ abdomine fere breviores, hyalinæ, nervis ut in *O. Hypostigm.* n:o 15 directi. Nervi longitudinales: 3:tius paullo ante apicem in costa excurrens, 4:tus infra transv. ordinarium obsoletissimus, 5:tus obsoletus. Halteres albidi. Pedes ferrugineo-flavi, coxis præsertim anticis pallide flavis, tarsis anticis totis posterioribusque articulis duobus ultimis nigris.

29. *O. scutellaris:* flava, epistomate pallido, apice

rominente; antennis, verticis macula magna trigona, palis, thoracis læviusculi abdominisque dorso, scutelli laeribus, pectoris sternique maculis, & tarsis anticis totis osterioribusque articulis 2 ultimis, nigris; alis longiusulis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio $3\frac{1}{2}$ breviori. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{2}$ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 779. 4. ♀.

Hab. in graminosis & litoribus Scandinaviæ, mihi aro obvia; specimen typicum in Lapponia Umensi ad Lycksele d. 17 Aug. 1832 detegi; deinde utrumque sexum ex Hafnia Danorum, ubi in vicinitate maris communis uerit, d. 5 Aug. 1843 communicavit D. *Stæger.*

♂♀. Species vere distincta. Antennis totis nigris, nec subtus flavis, macula verticis antice paullo longius producta, epistomatis forma, abdomine subtus flavo, & alis longioribus &c., a priori abunde dignota. Nitida. Macula verticis nigra acumine antico fere ad antennarum basin extensa & basi fere ad oculos dilatata, cum nigredine occipitis lata confluens. Antennæ mediocres rotundatæ nigræ, seta concolore. Epistoma infra oculos nonnihil descendens, apice paullo prominulum, margine antico emarginato; totum albidum. Genæ mediocres. Palpi nigri. Proboscis testacea. Oculi mediocres l. majusculi. Thoracis dorsum fere totum nigrum læviusculum, linea laterali (cum flavedine pectoris confluente) ab humeris ad alarum radicem angusta flava. Punctum humerale nigrum. Striga pectoris & maculæ sterni nigræ ut in præcedente. Scutellum in medio flavum, lateribus plus minus late nigris. Metathorax ater. Abdomen oblongum, subdepressum, supra nigrum, margine laterali summo flavo. Venter flavus, interdum vitta media obscura. Alæ abdomine nonnihil longiores, hyalinæ, nervis ut in priori directis, sed 3:tio longitudinali rectissimo propius ad apicem alæ excurrente. Halteres albidi.

Pedes flavi, femoribus præsertim anticis superne vitta lata nigricante. Tibiæ posticæ apice interdum etiam fuscæ. Tarsi ut in diagnosi picti.

Obs. Specimen hujus, quod scripsit se in Ostrogothia ad Gusum 1846 invenisse Professor *Wahlberg*, forte potius ad seqventem, huc usque non descriptam, referendum?

30. *O. puncticollis:* flava, epistomate pallido perpendiculari, apice haud prominente; antennis, verticis macula maxima trigona, palpis, thoracis subtiliter punctulati abdominisque dorso, pectoris sternique maculis & tarsis anticis totis posterioribusque articulis 2 ultimis, nigris; alis longiusculis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio $3\frac{1}{2}$ breviori. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{2}$ lin.).

Chlorops puncticollis Stæg. in litt. 5 Aug. 1843.

Hab in Scandinavia meridionali & media Jul. Aug. passim; in copula etiam inventa; scilicet in Scania ad Lund, Östra Ljungby (in Kullen), Tranås-Esperöd, &c., parce; in Ostrogothia ad Gusum?; in Gottlandia ad Gothem d. 17 Jul. 1841 sat frequenter a me lecta & in graminosis ad ripas Fardumeträsk 1—3 Aug. 1847 a D. *Bokeman* capta; e Dania a D. *Stæger* in unico specimine communicata.

♂♀. Priori proxima & valde similis, sed epistomatis apice non prominente, macula verticis nigra adhuc paullo majori, thoracis dorso subtiliter punctulato, nec læviusculo, scutello toto flavo subimmaculato, femoribus haud maculatis, ut & habitatione, satis superque distincta. Nitidissima. Macula frontis trigona totum verticem occupat & angulo antico basin antennarum attingit. Antennæ cum seta ut in priori. Epistoma albidum, margine antico emarginato. Palpi, proboscis & oculi ut in præcedente. Thorax, pectus & sternum etiam

ut in illa picta, sed thoracis dorsum sub lente subtiliter punctulatum. Scutellum convexum citrinum, vestigio puncti brunnei ad basin utrinque. Metathorax, abdomen, alæ & halteres omnino ut in *O. scutellari.* Pedes flavi, femoribus aut immaculatis, aut in medio superne macula brunnea notatis. Tarsi ut in priori picti.

Obs. Femina hujus speciei in frutice horti ad Esperöd in paroecia Tranås Scaniæ d. 13 Jul. in copula cum mare *O. tæniopi* n:o 20, a me semel inventa.

β) scutello nigro.

31. *O. messoria:* nigra, antennis, verticis macula magna trigona, palpis, scutello & pectoris sternique maculis, concoloribus; capite pleurisque flavis; pedibus nigro-brunneis, femorum, tibiarum tarsorumque basi rufo-flava; alis hyalinis, nervis transversis valde approximatis. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$ vix $1\frac{1}{2}$ lin.).

Fall. Oscin. 5. 4. ♂♀. Zett. Ins. Lapp. 780. 6. ♂♀. *Chlorops* Meig. Dipt. 6. 151. 24. Macq. Buff. 2. 596. 29.

Hab. in graminosis libenter locis humidis, per hortos, prata, pascua, arva, agros demessos &c. Scandinaviæ meridionalis & mediæ vulgaris, borealis rarius, a medio Junii usque ad medium Augusti obvia; scilicet in Scania ad Lund, Fogelsång, Sjörup, Tranås-Esperöd &c. frequens; in Ostrogothia ad Wadstena, Gusum *(Wahlberg)*, &c.; in Gottlandia ad Náhr, Kjellunge &c.; e Dania a D. *Stæger* missa.

♂♀. Per colorem corporis obscurum, scutellum nigrum, antennarum setam albam, nervos transversos eximie approxi-

matos, &c., in hac subdivisione bene distincta. — Nitida, nigra. Frons flava, macula verticis trigona magna atra, antice nonnihil supra medium, basi non usque ad oculos, extensa. Antennæ mediocres rotundatæ atræ, seta alba, ima basi nigra l. lutea. Epistoma leniter infra oculos descendens, albidum, margine antico emarginato. Palpi nigri. Proboscis testacea. Thorax dorso niger l. leniter subcinerascenti-niger, subnitidus. Humeri flavidi, puncto nigro. Pleuræ flavæ, striga pectoris & maculis ordinariis sterni atris, sed interdum ita dilatatis, ut pleuræ flavo-nigroque variæ evadant. Scutellum subconvexum nigrum. Abdomen oblongum nigrum. Alæ longiusculæ cinereo-hyalinæ, nervis ut in *O. Cereris* (28) directis, sed transversis ita ante medium approximatis, ut lineam fere unicam perpendicularem constituant, ordinario scilicet mox pone medium sito. Nervi longitudinales 2 & 3 versus costam leniter arcuatim flexi, hic paullo ante apicem alæ excurrens. Halteres albidi. Pedes jam nigri trochanteribus & geniculis ferrugineis (in senioribus), jam nigricantes l. brunnei trochanteribus, femorum tarsorumque basi rufoflavis. Tarsi antici plerumque toti nigri.

32. *O. tarsata:* atra, tarsis flavis; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori. ♂♀. (Long. $\frac{3}{4}$ vix. 1 lin.).

Fall. Oscinid. 5. 5. ♂♀. vera, e speciminibus typicis in museo Falleniano asservatis. — *Chlorops* Meig. Dipt. 6. 151. 25? Macq. Buff. 2. 597. 31?

Hab. in Sveciæ meridionalis & mediæ agris & uliginosis a 24 Jun. ad finem Julii minus frequens; scilicet in Scania ad Esperöd in paroecia Mellby, *Fallèn*, & ad Esperöd in paroecia Tranås, ipse; in Gottlandiæ palude vasta Mäster-myr 1819 feminam etiam inveni; in Dania, D. *Stæger*. (E Finlandia a Prof. *Sahlberg* communicata).

♂♀. Tota nigra nitida, tibiarum summo apice & tarsis solum flavis. Halteres albi. Macula verticis atra nitida nonnihil elevata maximam partem frontis nigræ opacæ occupat. Antennæ mediocres rotundatæ, seta fusca. Epistoma infra oculos magnos non descendens nigrum. Palpi & proboscis nigra. Genæ breves. Scutellum parvum convexum nigrum. Abdomen oblongum. Alæ modice longæ (non longiusculæ). Nervi ut in *O. nasuta* n:o 1 directi: transversi modice (nec valde) approximati; longitudinales 3:tius rectus fere in apice 1. mox ante apicem alæ excurrens, 4:tus & 5:tus infra transversum ordinarium subobsoleti.

Obs. In hujus speciei descriptione a *Meigen* & *Macqvart* (qui *Meigenum* plerumque presse sequitur) dicitur "nervos transversos esse ante medium alæ valde approximatos & horum ordinarium apici nervi longitudinalis 1·mi (seu auxiliaris) oppositum" & "insectum $1\frac{1}{2}$ lineam longum esse". Hoc vero non quadrat in nostram, ubi nervus transv. ordinarius pone apicem auxiliaris est situs; & insectum totum vix ultra $\frac{3}{4}$ lineam longum, unde de identitate dubium, licet ceteræ notæ optime congruant.

33. *O. erythrocephala:* nigra, capite rufescenti-albo; antennis rufis, apice verticisque macula mediocri trigona nigris; pedibus fusco-ferrugineis, femoribus interdum obscuris; alis hyalinis, nervis transversis fere in lineam ante medium congestis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$ vix $\frac{3}{4}$ lin.).

Var. a. ♂♀. pedibus rufis, femoribus in medio late brunneis.

Osc. ruficeps Zett. Ins. Lapp. 780. 7. var. a. ♀.

Var. b. ♂♀. pedibus totis rufis immaculatis.

Zett. l. c. var. b. ♂♀.

Hab. in Lapponiæ graminosis a d. 24 Jun. ad finem Julii passim minus frequens, in Svecia meridionali raris-

sime; scilicet var. a. in Lapponia Umensi ad Lycksele, Umenäs & Wilhelmina parcius, ♂ rarissime; in Lapponia Tornensi sub lapidibus ad Wittangi semel; in Norwegia ad Garnäs Værdaliæ ♂ in uno individuo captus; var. b. iisdem locis ac var. a., & ♀ in Scania etiam semel inventa.

♂♀. Minuta tenera, nervis transversis eximie approximatis distincta, vix cum *O. curvinervi* (18) & *approximato-nervi* (19) confundenda. Nigra subnitida glabra lævis. Caput rufo-albidum, genis albis. Macula verticis trigona nigra, angulo antico parum ultra medium frontis producta, basi latiuscula cum nigredine occipitis confluens, puncto ocellorum elevato. Antennæ mediocres rotundatæ rufescentes, articulo ultimo apice setaque obscuris. Epistoma infra oculos nonnihil descendens albidum l. rufescenti-albidum. Thorax niger, puncto humerali & maculis pectoris præsertim in var. b. rufo-flavis. Scutellum nigrum l. in var. b. rufescens. Abdomen oblongum. Alæ hyalinæ, nervis ut in *O. approximato-nervi* directis. Nervi longitudinales: 3:tius leniter versus costam curvatus nonnihil ante apicem alæ excurrens; 4:tus 5:tusque valde obsoleti; transversi ante medium magnopere approximati. Halteres albi. Pedes rufescentes l. rufo-testacei, aut immaculati in var. b., aut femoribus late brunneis in var. a.

Obs. Ob directionem nervorum in alis hæc species *Chlor. tarsatæ* Meig. accedere videtur.

Obs. Qvoniam sub nomine *Chlorops ruficeps* alia species jam 1830 a Clar. *Meigen* descripta fuit, nomen nostræ triviale idem in Ins. Lapponicis adhibitum, hodie in *erythrocephalam* mutavi.

Sect. Secunda.

Nervus 4:tus longitudinalis vel in apice l. mox pone

apicem alæ excurrens, ibique cum costali desinente conjunctus. Alarum nervi transversi modice 1. valde approximati. Species sæpissime nigræ. *Oscinis* Macq.

A. Seta antenarum crassiuscula porrecta.

34. *cornuta:* nigra nitida, capite, antennis pedibusque rufo-flavis; antennarum seta crassiucula verticisque macula majuscula trigona, atris; nervis transversis modice approximatis. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Fall. Oscinid. 6. 6. ♂♀. Macq. Buff. 2. 602. 20. Zett. Ins. Lapp. 780. 8. ♂♀. *Chlorops* Meig. Dipt. 6. 158. 48. T. 61 f. 18 (lineis thoracis dorsalibus nimis designatis).

Hab. in graminosis & foliis fruticum, libenter locis humidis, per hortos, prata & agros Scandinaviæ meridionalis vulgatissima, boreali valde rara, ab initio Junii usque ad finem Septembris obvia, in copula etiam aliquoties visa; scilicet in Scania copiose; in Smolandia; in Ostrogothia ad Lärketorp, Wadstena, Gusum &c., frequens; in Gottlandia ad Öja, Nähr &c, passim; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg;* in Jemtlandia ad Säther & Åreskutan in duobus exemplis; in Ångermannia ad Hernösand semel; in Lapponia Umensi ad Lycksele rarissime; in Norwegia boreali ex. gr. ad Björkvik Nordlandiæ parcissime; in Dania passim frequentissima, D. *Stæger.* — Sub Muscis hybernans jam Januar. & Martio circa Lund Scaniæ interdum inventa. (E Finlandia a Prof. *Sahlberg* communicata).

♂♀. Antennarum seta incrassata subpuberula atra, ab aliis dignoscitur. — Nigra. Frons fulvo-flava. Macula verticis majuscula trigona nigra, antice vix ultra medium extensa, postice lata. Antennæ majusculæ rotundatæ luteæ, articulo ultimo superne in regione setæ macula nigra, seta atra porrecta lenissime intus incurva. Epistoma breve albidum. Palpi flavi vel, ni fallor, interdum nigri*). Oculi majusculi, in viva brunnei l. obscure ferruginei, æneo-micantes. Thorax niger, in bene conservatis exemplis dorso lineis 2 puberulis cinereis. Scutellum planum rugulosum nigrum. Abdomen oblongum nigrum, ventre in medio interdum pallido. Alæ cineroo-hyalinæ. Nervi longitudinales: 2:dus leniter arcuatus, 3:tius paullo ante, & 4:tus in apice alæ, excurrentes, recti, paralleli, distincti, nec 4:tus obsoletus. Nervi transversi modice approximati, horum medius apici auxiliaris oppositus, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio fere $3\frac{1}{2}$ breviori. Segmenta costæ: 1:mum & 2:dum subæque longa, 3:tium 2:do $\frac{3}{4}$ brevius, 4:tum seu apicale 3:tio fere duplo brevius. Halteres albidi. Pedes toti cum coxis & tarsis flavi l. rufo-flavi. In speciminibus Lapponicis femora plus minus late brunnescentia.

B. Seta antennarum capillaris, basi interdum leniter incrassata.

α) Antennæ totæ nigræ.

* corpore capiteque totis nigris.

35. *O. atricornis:* nigra nitidissima, capite, antennis & seta atris; abdomine æneo; pedibus totis flavis; alis sordide hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio $2\frac{1}{2}$ breviori. ♂♀. (Long. fere 1 lin.).

*) an tantum prælabrum, quod nigrum est? Cfr. nota sub p. 1803 hujus operis.

Zett. Ins. Lapp. 780. 9. ♀. (Sub nomine: *Oscin. flavipes* n. sp. individua Scanica in museo meo olim asservata fuerunt).

Hab. in Svecia, & Lapponia rarissime; in palude ad pagum Wilhelmina specimen in Ins. Lapp. descriptum 20 Jul. 1832 detegi; in Scania etiam in horto ad Esperöd in paroecia Mellby unicum marem d. 9 Aug. unicamque feminam d. 30 Jun. 1820 inveni, exemplo Lapponico simillimos.

♂♀. Angusta, statura *O. pusillæ* (40). Tota nitidissima glabra. Caput opacum atrum, macula verticis majuscula nigra nitida paullo ultra medium producta & basi dilatata. Antennæ rotundatæ opacæ nigræ, seta capillari concolore. Epistoma brevissimum, infra oculos minime descendens, nigrum. Instrumenta cibaria retracta nigra. Oculi magni, in viva virescentes. Thorax niger, parum æneo-micans. Scutellum concolor. Abdomen elongatum æneum, apice acuminatum. Alæ longiusculæ cinereo-hyalinæ præsertim versus costam, certo luminis situ irisantes, nervis omnibus perspicuis, ut in *O. cornuta* directis, sed transversis paullo magis remotis. Pedes toti cum coxis & tarsis flavi immaculati. — Affinis videtur *Chlor. anthracinæ* Meig. Dipt. 6. 156. 40, sed macula verticis nitida deficiente, & alis brunneo-cinereis, illa a nostra differt.

36. *O. maura:* nigra nitida, capite & antennis atris, seta alba basi nigra; tarsis posterioribus flavis; alis leniter fuscanis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori; halteribus albidis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$ fere $\frac{2}{3}$ lin.).

Var. a. ♂♀. pedibus nigris, tarsis posterioribus flavis.

Fall. Oscin. 6. 8. ♂♀. genuina.

Var. b. ♀. pedibus nigris, tibiis intermediis tarsisque posterioribus flavis.

Fall. l. c. var. (secundum exempla in museo Falleni asservata). Macqv. Buff. 2. 602. 24. *Chlorops* Meig. Dipt. 6. 159. 50.

Hab in Scandinaviæ meridionalis graminosis & agris minus frequens; scilicet in Scania ad Esperöd, Prof. *Fallèn* & ipse; in Ostrogothia ad Gusum, teste D. Prof. *Wahlberg*; e Dania a D. *Stæger* 17 Nov. 1837 communicata.

♂♀. Specimina typica Falleniana ante oculos habeo. Subænescenti-nigra. Caput rotundatum totum atrum opacum, macula verticis majuscula nitida ut in priori formata. Antennæ majusculæ rotundæ atræ, seta geniculata alba, basi (ad genu) nigra. Epistoma infra oculos magnos minime descendens. Palpi retracti. Scutellum convexiusculum. Abdomen oblongum, apice in ♀ acutum. Alæ modice longæ irisantes fuscanæ, margine interiori indeterminate subhyalinæ. Nervi ut in priori directi, sed transversi magis approximati. Nervus auxiliaris (1:mus longitudinalis) ultra tertiam costæ partem extensus, reliqui conspicui, 5:tus longitudinalis usque ad marginem interiorem descendens. Nervus transversus ordinarius perpendicularis (nec obliquus). Halteres albidi. Pedes nigri, normaliter tarsis posterioribus tantum albo-flavis, sed variat aut tarsis anticis quoque sordide albidis, aut ut in b. tibiis intermediis albo-flavis, aut denique tibiis posticis etiam basi apiceque sordide albidis.

37. *O. albiseta:* nigra nitida, capite & antennis atris, seta alba basi nigra, pedibus totis nigris; alis fu-

scanis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori; balteribus nigricantibus. ♂♀. (Long. fere 1 lin.).

Macq. Buff. 2. 598. 2. *Chlorops* Meig, Dipt. 6. 153. 29.

Hab. in Svecia meridionali rarius; in Scania mense Julio occurrit, scilicet marem unicum in fenestra ad Lund, & feminas quatuor in graminosis ad Esperöd in paroecia Mellby inveni; a *Fallèn* cum *O. maura* commixta.

♂♀. A priori, cui valde similis, magnitudine paullo majori, & tarsis halteribusque nigricantibus vel obscuris, nec albidoflavis, differt. Tota nigra nitida, excepta antennarum seta geniculata alba (basi nigra). Caput ut præcedente constructum, rotundatum convexum opacum. Macula verticis majuscula trigona nitida. Antennæ majusculæ rotundatæ. Epistoma brevissimum. Palpi & proboscis nigra, hæc interdum exserta. Oculi magni ænescentes unicolores. Scutellum convexiusculum. Abdomen oblongo-ovatum. Alæ mediocres fuscanæ, interstitio inter nervos longitudinales 1:mum (auxiliarem) & 2:dum saturatius infuscato, margine interiori subhyalino. Nervi ut in præcedente directi. Pedes toti nigri, tarsis posterioribus interdum nigro-fuscis.

38. *O. atricilla:* nigra nitida, capite, antennis & seta atris; tarsis fusco-rufescentibus; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori; halteribus albis. ♂♀. (Long. vix ultra ½ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 781. 11. ♂♀.

Hab. in graminosis & locis siccioribus & paludosis, per Sveciam & Lapponiam Julio—Sept. passim; scilicet in Svecia ad Lund ♀ in unico specimine 14 Sept. inve-

ni; in Gottlandia ad Ahlskog marem semel 9 Juli deprehendi; in Jemtlandia ad Skalstugan parce; in Bottnia boreali ad Johannis Ro; in Lapponia Umensi ad Tresunda nec non in alpe Brattiksfjell individua utriusque sexus in ipsa nive ambulantia mens. Julio 1832 legi; in Norwegia ad Björkvik Nordlandiæ rarissime. (Ad Neuenkirchen in Mecklenburg Strelitz jam 20 Maj. 1842 feminam cepit D. *Dahlbom*).

♂♀. Tribus proxime antecedentibus similis, sed ab *O. atricorni* magnitudine nonnihil minore, & pedibus fere totis nigris, nec flavis; a *maura* antennarum seta nigra, nec alba, & tarsis rufo-fuscis, nec flavis; ab *albiseta* antennarum seta nigra, nec alba, halteribus albis, nec obscuris, & tarsis nonnihil dilutioribus, & ab illis omnibus alis magis hyalinis, vix infuscatis, dignoscitur. — Nigra. Macula verticis nitida maxima fere totam frontem occupat. Antennæ mediocres rotundæ. Epistoma brevissimum. Palpi & proboscis atra. Oculi magni, in viva obscure brunnei æneo-micantes unicolores. Abdomen oblongum, apice acutum. Alæ modice longæ, hyalinæ, nervis ut in priori directis. Halteres in viva pallidi clava vesiculosa, in exsiccata albidi. Pedes nigri, jam omnium jam tantum posticorum geniculis, tibiarum summo apice tarsisque ferrugineo-fuscis. — Seqventi nimis accedere videtur, an ejus varietas obscurior?

Obs. *Chlorops nigrita* Meig. Dipt. 7. 391. 88 ("nigra nitida; halteribus albis; alis hyalinis; $\frac{2}{3}$ lin."), & *Chlor. brunnitarsis* Meig. l. c. 99. seu *Oscinis brunnitarsis* Macq. Buff. 2. 602. 21., 1 lin., nostræ *O. atricillæ* sat similes videntur, sed ob brevitatem & insufficientiam descriptionum synonymiam extricare non valeo.

39. *O. Frit*: subænescenti-nigra nitida, capite, an-

tennis & seta atris; tarsis omnibus pallidis, alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori; halteribus albidis. ♂♀. (Long. ♂ $\frac{1}{3}$, ♀ vix $\frac{1}{2}$ lin.)

Var. a. ♂♀. pedibus nigris, tarsis flavis, articulo ultimo obscuro.

Fabr. Antl. 216. 5. Fall. Oscin. 7. 9. var. 1. ♂♀. Macq. Buff. 2. 603. 28. Zett. Ins. Lapp. 781. 12. Dahlb. Scandinav. Insecter, p. 324. 222. (ubi species bene describitur). — *Musca Frit* Linn. Fn. Sv. 1851. — Larva nominatur *Slökornsmask* Linn. Act. Holm. 1750. p. 182. 9. & Imago: *Kornfluga* Linn. l. c. p. 184. — *Musca Frit* Linn. Syst. Nat. 1767. 2. 994. 90. Fabr. Ent. Syst. 4. 333. 90. — *Musca Hordei* Bjerkander Act. Holm. 1777. p. 34. imago & larva. — *Chlorops Frit* Meig. Dipt. 6. 160. 52.

Var b. ♂♀. pedibus nigris, tarsis posterioribus flavis, anticis nigris.

Var. c. ♂♀. pedibus nigris, metatarsis pallidis. Fall. l. c. var. 4.

Habitant imagines omnium varietatum simul in graminosis per hortos, agros, prata, pascua & litora maris totius Scandinaviæ sub tota æstate usque ad serum autumnum omnium vulgatissimæ, in copula sæpe deprehensæ; in Lapponia etiam passim obviæ; valde agiles; larvæ intra glumas Hordei degunt grana destruentes, sed certe etiam in aliis glumaceis; occurit nempe in Scania, Blekingia, Smolandia, Ostro- & Westrogothia, Gottlandia (ad Öja, Gothem &c.), Nericia, Wermelandia & Uplandia, longe frequentissima; in Jemtlandia usque ad Skalstugan non parce; in Lapponiis omnibus per partem sylvatiam etiam frequenter, alpes vero aufugiens;

in Norwegia a Christiania usque ad Thynäs, Garnäs & Suul Værdaliæ, atque Björkvik & Dyroen Nordlandiæ, minime rara; e Dania etiam missa. (E Finlandia a Prof. *Sahlberg*, & ex Helgolandia a Doct. *Dahlbom* communicata).

♂♀. Inter minimas hujus generis, si non minima, pulice sæpius minor. Per hanc minutiem, colorem corporis subænescenti-nigrum & partium atrum, exceptis alis subhyalinis, halteribus & tarsis pallidis, ab affinibus dignoscitur hæc in Svecia ubique copiosissime obvia species. Nitida. Caput rotundatum, antice convexum, totum atrum opacum, macula verticis magna trigona nitida, acumine antico ad antennarum radicem fere extensa, basi dilatata. Antennæ mediocres rotundatæ atræ, seta geniculata revera nigra, sed certo luminis situ quasi albo-micat, unde a *Meigen* & *Macqvart* l. c. "alba" dicitur. Epistoma perpendiculare infra oculos non descendens. Palpi & proboscis atra. Oculi magni, in viva ænescentes. Thorax niger, certo situ obscure æneo-micans. Scutellum parvum concolor, ut mihi videtur subconvexum. Abdomen oblongum, in ♂ angustulum apice obtusum, in ♀ acutum ventre in viva tumido rufescente; in utroque sexu thoraci concolor. Alæ abdomine paullo longiores, hyalinæ, in viva albido-hyalinæ, interdum (in vetustis) leniter fuscanæ præcipue ad costam. Nervi ut in *O. maura* (36) directi. Halteres albidi. Pedes simplices nigri, tarsis vel omnibus vel saltem posterioribus flavis, articulo saltem ultimo plerumque obscuro; raro metatarsis tantum flavis, ut in var. c., quæ & in Scania & Lapponia Aug. Sept. occurrit.

40. *O. pusilla:* ænescenti-nigra nitida, capite, antennis & seta atris; tibiis anterioribus tarsisque omnibus pallidis; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do

tertio saltem triplo breviori; halteribus albidis. ♂♀. (Long. vix ½ lin.).

Var. a. ♂♀. in copula, pedibus nigris, tibiis anterioribus tarsisque omnibus pallidis.

Macq. Buff. 2. 602. 22. Zett. Ins. Lapp. 781. 10. ♂♀. *Chlorops* Meig. Dipt. 157. 42. *Oscinis Frit* Fall. Oscinid. 7. 9. var. 3.

Var. b. ♂♀. in copula; similis var. a., sed tibiis anterioribus in medio infuscatis.

Zett. l. c. var. b. ♂♀.

Hab. in graminosis, libenter locis aridis, per totam Scandinaviam a mense Junio usque ad Septembrem cum præcedente vulgatissima; in copula pluries capta; scilicet a Scania ad Ostrogothiam passim copiose; in Gottlandia ex. gr. ad Gothem (in Kyrkbinge-näs) non parce; in Jemtlandia; in Lapponiis: Umensi ex. gr. ad Badstuguträsk & Wilhelmina frequens, Tornensi ad Karesuando; in Norwegia ad Thynäs &c., minime rara; in Dania quoque occurrit; varietatem b. in Lapponia Umensi ad Umenäs & Stöttingsfjellet præsertim legi. (Specimina e Finlandia Professor *Sahlberg*; & ex Hamburgo, nec non pago Moabite prope Berolinum (in plantis arenosis 14 Aug. 1847) atque Helgolandia D. *Dahlbom*, communicarunt).

♂♀. Simillima priori, nec ab illa differt nisi pedum colore; sed cum non nisi similem cum simili in copula junctam vidi, has duas formas, certe valde affines, ut distinctas species ad ulterius propono. Pedes nigri, tibiis fere semper totis tarsisque pallide flavis, horum articulo ultimo nigricante. Tibiæ anticæ jam totæ pallidæ, jam in medio infuscatæ, posticæ totæ plus minus fuscæ. Scutellum parvum convexum, nec

planum mihi videtur. Reliqua omnia ut in priori, nisi colorem corporis *O. pusillæ* forte nonnihil magis æneseentem dicere velles, in exiccata tamen fere nigrum.

Obs. Hanc speciem vix cum *Agromyza lacteipenni* confundi potest.

** corpore cinerascente, capite, saltem fronte, pallido.

41. *O. nana:* nigricans l. obscure cinerascens, parum nitida; antennis atris, seta fusca; capite abdomineque nigris; verticis macula majuscula trigona cinerea; frontis margine antico luteo; pedibus nigris, geniculis tarsisque flavis; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio fere triplo breviori; halteribus albis. ♂. (Long. ½ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 782. 15. ♂.

Hab. in Lapponia rarissime; in Bottnia boreali ad Karungi 27 Maj., & in Lapponia Tornensi ad Wittangi 10 Jun. 1821, duo exempla inveni.

♂. Magnitudo, statura & affinitas *O. pusillæ* (40), sed thorace obscure cinereo, nec ænescenti-nigro, macula verticis cinerea, nec nigra, fronte antice lutescente, nec tota atra, &c., diversa. — Caput nigricans, opacum. Macula verticis magna trigona, cinerea, parum a nigredine frontis distingvenda, vix nitida, puncto ocellorum minuto nigro. Margo frontalis anticus supra antennas anguste fulvescens. Antennæ mediocres rotundæ atræ, seta fusca. Epistoma brevissimum nigrum, certo situ cinereo-micans præsertim inferne. Organa oris retracta obscura videntur. Oculi magni. Thorax & scutellum obscure cinerea, parum nitida. Abdomen oblongum nigrum niti-

dum, posterius tenuiter puberulum, ano obtuso, sed non inflexo. Alæ abdomine paullo longiores, hyalinæ l. albido-hyalinæ, irisantes, nervis pallidis. Halteres albi. Pedes nigri, tibiarum basi apiceque tarsisque flavis, horum articulo ultimo fuscano.

42. *O. albipalpis:* cinerascens, parum nitida; antennis atris, seta fusca; capite albo, verticis macula mediocri obtuse trigona cinerea; abdomine nigro nitente; pedibus pallidis, femoribus totis tibiisque in medio nigricantibus; alis subhyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio fere $3\frac{1}{2}$ breviori; halteribus albis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{3}$ vix $\frac{1}{2}$ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 781. 14. ♂♀. *Chlorops* Meig. 6. 163. 60.

Hab. in Svecia & Lapponia mense Augusto rarius: in Ostrogothia ad Lärketorp ante plures annos utrumque sexum inveni & sub nomine: *Oscin. cicatricella* n. sp. annotavi; in Lapponia Tornensi ad Karesuando; in Norwegia littorali ad Björkvik Nordlandiæ. 6 mares & 3 feminas lustravi.

♂♀. Magnitudine paullo minore, capite albido, fronte cicatrisata, alarum nervis transversis magis approximatis &c., a priore, cui alias proxima, differt. Caput rotundatum. Frons flavo-alba subelevata. Verticis macula transversim trigona, antice obtuso angulo vix ad medium frontis extensa, subimmersa, cinerea, vix nitida, puncto ocellorum minuto nigro. Antennæ mediocres l. parvæ, rotundatæ atræ, seta fusca. Epistoma brevissimum album, instrumentis cibariis retractis suboccultis, sed quantum in speciminibus exsiccatis ab infero observare liceat, infuscatis? Thorax & scutellum parvum sub-

convexum cinerea subopaca. Abdomen in ♂ subovatum apice obtusum, in ♀ oblongum apice acutum, in utroque sexu nigricans nitens. Alæ abdomine longiores, hyalinæ l. albido-hyalinæ, nervis pallidis, ut in præcedente directis, sed transversis paullo magis approximatis. Halteres albi. Pedes nigri, trochanteribus, geniculis summis, tibiarum apice, tarsisque totis, flavis. Variat sæpe tibiis fere totis flavis.

43. *O. nigripes:* obscure cinerea, parum nitida; antennis atris, seta fusca; fronte obscura, margine antico anguste luteo, verticis macula mediocri obtuse trigona cinerea; abdomine nigro nitente; pedibus totis nigricantibus; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio 2 $\frac{3}{4}$ breviori; halteribus albis. ♀. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Scania meridionali rarissime, mense Julio semel tantum lecta.

♀. Colore totius corporis & partium obscuro, macula tantum frontali ante antennas fulvescente, ab aliis dignota. Frons nigricans opaca, margine antico anguste luteo, macula verticis ordinaria mediocri subtrigona cinerea vix nitente. Occiput nigrum. Antennæ mediocres rotundæ atræ, seta obscura. Epistoma brevissimum cinereum, ore subrufescente, orbita oculorum majusculorum tenuissima albida. Palpi & proboscis retracta. Thorax & scutellum obscure cinerea opaca subtilissime punctulata. Abdomen ovato-oblongum, nigricans subnitens. Alæ cinereo-hyalinæ, irisantes, nervis ut in *O. nana* (41) directis, sed minus pallidis. Nervus transvers. ordinarius subobliqvus. Halteres albidi. Pedes nigricantes, tarsis posterioribus piceis vel rufescenti-nigris.

β). Antennæ aut totæ aut saltem e parte flavæ vel luteæ.

Tribus 1. corpore nigro vel nigricante.

44. *O. frontella:* nigricans subnitida; antennis, frontis margine antico, epistomate, palpis, ventre pedibusque (♀), flavis, femoribus in ♂ obscuris; verticis macula majuscula trigona nigra nitida; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem triplo breviori; halteribus albidis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{4}$ vix $\frac{1}{2}$ lin.).

Mas: ano obtuso, pedibus jam obscuris, geniculis, tibiarum apice tarsisque flavis, jam femoribus tantum obscuris, tibiis tarsisque totis flavis;

Fem.: ano acuto, pedibus totis flavis; in copula.

Fall. Oscinid. 7. 10. ♂♀. vera secundum specimina in museo Ejus. — *Chlorops* eadem Meig. Dipt. 6. 155. 36. ♀. *Chlorops pratensis* Meig. Dipt. 6. 156. 39. ♂ videtur. *Oscinis* eadem Macq. Buff. 2. 600. 11. ♂?

Hab. in graminosis, & locis aridis & humidis, per prata, agros & silvas Sveciæ meridionalis & mediæ, a medio Junii usque ad medium Septembris mihi obvia, sat vulgaris, in copula multoties deprehensa; in fenestris interdum quoque visa; scilicet in Scania ad Lund, Abusa, Alnarp inter Lund & Malmogiam *(Dahlbom)*, Tranås, Esperöd &c., non parce; in Ostrogothia ad Lärketorp, Wadstena &c., minime rara; in Gottlandia ad Öja, Nähtsholme, Thorsborg & aliis locis, frequens; in Uplandia ad Holmiam, D. *Boheman* 1842; in Norwegia ad diversorium Thynäs semel.

♂♀. Valde minuta, *Osc. Frit* (39) paullo minor. Caput rotundatum. Frons obscura opaca, sub lente puberula, margi-

ne antico in ♂ anguste, in ♀ plerumque nonnihil latius fulvo-flava. Macula verticis majuscula trigona nigra nitida, antice ad medium frontis producta, basi lata. Antennæ minusculæ rotundæ luteo-flavæ, articulo ultimo superne sæpe leniter fusco, seta fusca, basi geniculata. Epistoma infra oculos haud descendens, flavo-albidum. Palpi certe flavi; proboscis nigricans. Oculi majusculi. Thorax & scutellum nigricantia vel cinerascenti-nigra subnitida. Abdomen oblongo-ovatum nigrum nitidum, ventre præsertim in ♀ vitta media pallescente. Alæ subhyalinæ, nervis pallescentibus. Nervi: longitudinales recti, 2, 3 & 4 paralleli, horum 3:tius in summo apice alæ excurrens, 5:tus divergens, ad marginem interiorem productus; transversi sat, sed non valde, approximati, horum medius perpendicularis apici auxiliaris oppositus, ordinarius oblique ductus. Segmenta costæ: 1 & 2 longiora, æque longa, 3 & 4 breviora, inter se æque longa. Halteres albidi. Pedes ut in diagnosi sexus. Variat rarius ♂ pedibus nigris, geniculis solum albidis.

45. *O. cincta:* nigricans nitida; antennis, frontis margine antico, epistomate pedibusque flavis; abdominis basi ventreque piceis; thorace trisulcato; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem triplo breviori; halteribus albidis. ♀. (Long. fere $\frac{2}{3}$ lin.).

Macq. Buff. 2. 604. 35? Zett. Ins. Lapp. 781. 13. ♀. *Chlorops* Meig. Dipt. 6. 162. 59?

Hab. in Lapponia Tornensi rarissime; in Pinu ad Muonioniska 17 Aug. 1821 exemplum unicum inveni; forte etiam in Svecia inferiori occurit, mihi vero ibi non obvia.

♀. Magnitudo *Osc. Frit* n:o 39, thorace sulcato, antennis pe-

dibusque flavis mox dignoscenda. Caput rotundatum. Frons opaca nigra, margine antico anguste fulvo, macula verticis mediocri, nigra, nitida. Antennæ parvæ rotundæ ferrugineæ, apice fuscescentes, seta obscura. Epistoma infra oculos haud descendens, ferrugineum. Instrumenta cibaria retracta. Oculi majusculi. Thorax cinereo-nigricans nitidus (an detritus?), dorso striis tribus sat profundis exaratus. Scutellum concolor. Abdomen ovatum acutum nigrum nitidum, segmentis 2 basalibus ventreque piceis. Alæ abdomine nonnihil longiores hyalinæ, nervis tenuibus albidis ut in priori directis. Halteres albidi. Pedes toti flavi immaculati, tibiis tantum posticis extus in medio striga longitudinali fusca.

Obs. Huic subdivisioni subdita est *Oscinis plumigera* Macq. Buff. 2. 599. 6. seu *Chlorops plumiger* Meig. Dipt. 6. 153. 32. cujus diagnosis hæc erit:

O. plumigera: atra nitida; antennarum articulo ultimo fulvo, seta subplumata obscura; pedibus pallide flavis, femoribus in medio latissime nigris; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio fere triplo breviori; halteribus albis. ♀. (Long. 1 lin.).

Macq. & Meig. l. c.

In Scandinavia meridionali habitare fertur, mihi numquam obvia; sed specimen bene conservatum ad Hamburgum mense Julio 1842 captum, mecum benevole communicavit amicus meus *Dahlbom.*

♀. Atra nitidissima. Caput rotundatum. Frons nigra opaca, macula verticis fere totam frontem occupante cærulescenti atra nitidissima. Antennæ parvæ rotundæ, basi nigræ, articulo ultimo fulvo-flavo, seta in nostro exemplo fusca (nec flava, ut dixit *Meigen* l. c.), breviter plumata seu distincte pubescente. Epistoma infra oculos magnos haud descendens nigrum. Palpi & proboscis nigra. Thorax convexus, subtiliter pun-

ctulatus, ater nitidus. Scutellum convexum punctatum atrum nitidum. Abdomen ovatum nitidissimum. Alæ abdomine paullo longiores, hyalinæ irisantes. Nervi: longitudinales 2:dus ad costam curvatim flexus, 3 & 4 recti, hic in summo apice alæ excurrens, 5:tus ad marginem extensus; transversi modice approximati. Halteres albi. Pedes pallide flavi, coxis totis femoribusque in medio latissime nigris.

Obs. *Oscinis palposa* Fall. Oscinid. 6. 7. fronte subdepressa, antennis prope os subprominens insertis, ad *Madizam* melius referenda.

Tribus 2. corpore vel saltem thorace cinerascente aut pallescente.

a. thoracis dorso sulcato, cinereo.

46. *O. lineella:* cinerascens; antennis, fronte, epistomate, scutelli apice pedibusque flavis; verticis macula cinerea; abdomine nigro-fusco basi dilutiori; thorace trisulcato; alis subhyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori; halteribus albidis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ lin.).

Fall. Oscin. 8. 12. ♂♀. Macq. Buff. 2. 604. 35. Zett. Ins. Lapp. 782. 16. ♂♀. *Chlorops* Meig. Dipt. 6. 162. 58.

Hab. in graminosis Sveciæ & Lapponiæ Julio—Sept. passim; scilicet in Scania ad Tranås & Esperöd non parce; in Ostrogothia ad Gusum, D. *Wahlberg*, ad Lärketorp & Wadstena, ipse; in Gottlandiæ Ericetis ex. gratia ad Ruthe; in Lapponia Umensi ad Lycksele minus frequens; in Norwegia boreali ut ad Bossekop Finmarkiæ in Pinu silvestri rarius.

♂♀. Minuta, opaca. Frons lata flava, vertice fuscano, macula

ordinaria semiorbiculari vix ad medium extensa, cinerea opaca. Antennæ rotundatæ flavæ, seta pallescente. Epistoma infra oculos majusculos non descendens, albido-flavum. Palpi & proboscis flava. Thorax cinereus opacus brevissime puberulus, dorso sulcis 3 longitudinalibus exaratus. Scutellum cinereum, apice sæpissime flavum. Abdomen ovatum subnitidum nigricans, basi & ventre piceis; in uno specimine ad Lärketorp capto totum rufescens. Alæ cinereo-hyalinæ. Nervi longitudinales recti, horum 4:tus in apice vel mox pone apicem excurrens, transversi modice approximati, horum ordinarius oblique ductus. Halteres albidi. Pedes toti flavi.

Obs. *Chlor. hyalipennis* Meig. Dipt 7 389. 82. ab hac parum discedere videtur.

47. *O. sulcella:* cinerascens; antennis, fronte antice, epistomate, scutelli apice pedibusque flavis; femoribus abdomineque nigricantibus; verticis macula cinerea; thorace trisulcato; alis subhyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori; halteribus albidis. ♂. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in graminosis per hortos & prata valde rara; in Scania ad utrumque Esperöd (nempe in paroeciis Mellby & Tranås) mense Aug. 2 specimina inveni.

♂. Simillima priori, sed vertice paullo latius obscuro & femoribus nigricantibus differt. Cinerea opaca. Frons obscura, antice ad medium flava, macula verticis cinerea. Antennæ ut in priori, superne lenissime infuscatæ. Epistoma, organa oris, oculi, thorax & scutellum ut in præcedente. Abdomen ovatum nitidum nigricans, basi parum testaceum. Alæ & halteres ut in *O. lineella*. Pedes flavi, coxis totis & femoribus fere ad apicem nigricantibus. — In altero specimine tibiæ in medio vestigio annuli fusci.

b. thoracis dorso non sulcato (lævi).

†. thorace cinereo (non flavo-picto).

48. *O. annulifera:* cinerea; antennis intus, fronte antice, epistomate pedibusque flavis, femoribus tibiarumque annulo medio nigricantibus; verticis macula cinerea; thorace nigro-trilineato; alis sordide hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio fere triplo breviori; halteribus albidis. ♂♀. (Long. ♂ $\frac{1}{2}$, ♀ $\frac{3}{4}$ lin.).

Hab. in graminosis libenter locis aridis, & foliis fruticum præsertim Qvercus, per hortos & prata Sveciæ meridionalis & mediæ Aug. & Sept. rarius; in Scania ad Esperöd in paroecia Tranås, ubi 4 mares & 3 feminas 1820 inveni; in Gottlandia semel; in Uplandia ad Nacka prope Stockholmiam mense Majo 1834 a beato *Fries* etiam capta mihique in unico exemplo communicata.

♂♀. Cinerea, tota opaca, lineis thoracis nigris dignota. Frons brevissime subpuberula obscura, antice fere ad medium flava, macula verticis trigona cinerea anterius ad medium extensa, in fundo obscura minus conspicua. Antennæ mediocres l. minusculæ rotundatæ fuscæ, intus rufescentes, seta obscura. Epistoma infra oculos mediocres parum descendens albidum. Palpi flavi & proboscis retracta. Oculi in viva brunnei æneomicantes. Thorax cinereus, dorso brevissime puberulo lineis tenuibus fuscis, interdum detritis & minus perspiciendis. Scutellum planum subtiliter punctulatum, cinereum, margine laterali in bene conservatis fusco-lineato. Abdomen ovale, in ♂ subdepressum obtusum, in ♀ acutum, in utroque sexu glabriculum cinereo-nigrum, margine laterali cinereo-maculato. Alæ abdomine nonnihil longiores, latiusculæ, sordide hyalinæ, nervis longitudinalibus rectis, horum 2:do vix l. parum apice inflexo, 4:to in apice l. mox pone apicem alæ

excurrente; transversis modice approximatis, ordinario oblique ducto. Halteres albidi. Pedes nigricantes, geniculis, tibiarum basi apiceque, tarsisque totis, flavo-testaceis.

Obs. *Chlor. trilineatæ* Meig. Dipt. 6. 162. 57. affinis videtur, sed vix eadem. Cfr. *Madiza annulitarsis* mihi n:o 5.

49. *O. sordidella:* cinerea; antennis, fronte antice, epistomate, pedibusque totis, læte flavis; verticis macula cinerascente; alis subalbido-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori; halteribus albis. ♂? (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Svecia media rarissime, in Ostrogothia ad Wadstena specimen descriptum mense Aug. inveni.

♂? Ab *O.lineella* (46), cui proxima, thorace lævi, nec sulcato, & scutello toto cinereo, nec apice pallido, recedit. Opaca. Frons fere tota flava, postice parum fusca. Macula verticis obtuse trigona subimmersa vix ad medium extensa, cinerea opaca. Antennæ parvæ rotundatæ flavæ. Seta flava. Epistoma infra oculos majusculos haud descendens flavo-albidum. Palpi & proboscis flava. Thorax cinereus, tenuiter puberulus. Abdomen oblongiusculum versus apicem angustatum, totum fusco-nigricans nitidum. Alæ abdomine paullo longiores cinereo-hyalinæ, nervis tenuibus pallidis, ut in præcedente directis. Halteres albidi. Pedes toti pallide flavi immaculati.

Obs. Specimen masculum, huic valde simile, sed abdomine magis depresso, cinereo, femoribus saltem posticis cinerascentibus, & nervo transverso ordinario perpendiculari, nec obliquo, discrepans, in Helgolandia 12 Jul. 1833 legit D. *Dahlbom*, sine dubio ad distinctam speciem referendum.

50. *O. cinctella:* cinerea; antennis, fronte, epistomate, pedibusque totis, pallide flavis; verticis macula ci-

nerea; abdominis fasciis duabus apicalibus ventreque flavis; alis albido-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem triplo breviori; halteribus albidis. ♂? (Long. vix ½ lin.).

Hab. in Svecia media rarissime; in Gottlandia ad Fårön in Pinu silvestri die 14 Julio unicum individuum deprehendi.

♂? Simillima iterum priori, sed magnitudine nonnihil minore & abdominis cingulis apicalibus flavis, diversa videtur. Canescens opaca. Frons pallide flava. Macula verticis ut in priori constructa, cinerea. Occiput cinereum. Antennæ & seta ut in præcedente. Epistoma infra oculos mediocres l. minusculos nonnihil descendens, albidum, apice leniter prominulum. Palpi & proboscis pendula (in hoc specimine forte casu), flava. Thorax & scutellum canescentia. Abdomen ovatum subnitidum flavo-testaceum, fasciis 3 obscuris, vel si mavis fusco-nigricans cingulis 2 flavis rectis, horum antico (in segmento 3:tio) angustissimo, postico (in segmento 4:to) latissimo integro. Summus apex analis etiam pallidus. Alæ & pedes ut in præcedente, nervo transverso ordinario parum obliquo.

51. *O. brachyptera:* obscure cinerea; antennis intus epistomateque rufescentibus; ventre piceo; pedibus nigricantibus; alis abdomine paullo brevioribus subfusco-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio circiter duplo breviori; halteribus obscuris. ♂. (Long. ½ lin.).

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in Scania ad prædium Björnstorp prope Lund 24 Sept- 1838 exemplum desriptum detegit Celeb. Doctor *Dahlbom.*

♂. Per corpus obscurum & alas breves ab omnibus dignota. Nigricans opaca. Frons lata. Macula verticis in fundo obscuro parum distingvenda. Antennæ mediocres rotundatæ nigræ, articulo ultimo intus obscure rufescente, seta nigra. Epistoma infra oculos parum descendens, obscure rufescens. Oculi mediocres l. majusculi subexserti. Abdomen ovale subdepressum nigricans, segmentorum margine apicali tenuissime cinereo. Venter basi piceus. Alæ ultra segmentum abdominis 4:tum parum extensæ, hyalinæ, brevissime subfuscanæ, nervis ut in priori directis, sed segmento nervi 4:ti longitudinalis 3:tio antecedentem parum ultra duplam longitudinem excedente. Halteres obscuri. Pedes simplices, nigri, tarsis obscure rufescentibus.

Obs. Cum Meigeni *Chlor. brevipenni*, alis in ♂ similibus instructa, sed thorace & partibus longe aliter colorata, non confundi potest.

52. *O. abdominalis:* obscure cinerea; antennis intus, fronte, epistomate abdomineque toto flavis; verticis macula cinerea; antennarum articulo ultimo pedibusque obscuris, tibiis testaceis; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio quadruplo breviori. ♂♀. (Long. ½ lin.).

Hab. in Gottlandia rarius; in graminosis ad fossas & confinia ad Eke utrumque sexum d. 14—15 Julii 1847 D. *Boheman* detegit.

♂♀. Abdomine flavo a conspeciebus facile dignota. Caput opacum. Frons lata luteo-flava. Vertex leniter fuscus, macula trigona ad medium frontis extensa, obscure cinerea subnitida. Antennæ minusculæ rotundatæ, extus nigricantes, intus & basi tota rufo-flavæ, seta obscura. Epistoma breve in-

fra oculos nonnihil descendens, pallide flavum. Proboscis nigra. Palpi flavi. Oculi minusculi rotundi. Occiput obscurum. Thorax & scutellum obscure cinerea haud nitida. Abdomen longitud inethoracis, oblongo-ovatum, luteo-flavum, nitens, abdominis segmento 1:mo in ♂ puncto utrinque minuto nigro. Alæ hyalinæ, nervo costali obscuro. Nervi: longitudinales omnes recti, horum 2, 3 & 4 paralleli, æqvali spatio remoti; transversi modice approximati, horum medius mox ante apicem auxiliaris situs, ordinarius perpendicularis mox ante medium alæ insertus a margine longe remotus. Halteres albi, clava majuscula. Pedes nigricantes, geniculis summis, tibiis totis & metatarsis testaceis. Tarsorum articuli saltem 3, 4 & 5 ultimi nigri.

††. thorace flavescente, dorso plerumque nigro-picto.

53. *O. Pumilionis:* flava, verticis puncto parvo, thoracis dorso lineis subqvinis, pectoris sternique maculis, abdominisque fasciis qvatuor, nigris; alis cinereo-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$ fere $1\frac{1}{3}$ lin.).

Var. a. ♂♀. (long. 1—$1\frac{1}{8}$ lin.), pedibus flavis, femoribus præsertim anticis superne vitta longitudinali, tarsisque apice nigricantibus.

Fabr. Antl. 216. 6. Fall. Oscinid. 7. 11. ♂♀. Dahlb. Scand. Ins. 325. 223. *Musca pumilionis* Bjerkander Act. Reg. Acad. Scient. Holm. 1778. p. 240—241. *Chlorops variegata* Stæger in litt. 4. April 1846.

Var. b. ♂. (long. $\frac{3}{4}$ fere 1 lin.), pedibus flavis, femoribus in primis anticis superne vitta longitudinali nigricante.

Var. c. ♂♀. (long. $\frac{1}{2}$ vix $\frac{3}{4}$ lin.), pedibus flavis immaculatis.

Fall. l. c. var.

Hab. in Scandinavia meridionali & media per agros & prata passim minus frequens, Jun. Jul. mihi obvia; scilicet in Scania ad Esperöd (in litore maris) &c.; in Ostrogothia ad Gusum & Wadstena; in Gottlandiæ pratis ex. gr. ad Nähbrs-holme (iteratis vicibus 1819 & 1841 eodem loco, a me lecta); ad Holmiam, D. *Wahlberg*; e Dania in utroque sexu a D. *Stæger* var. a. communicata. A. D. *Bjerkander* l. c., ubi etiam larva alba, 10-annulata, capitis apice nigro, & pupa flavida nitens plana & annulata describuntur, *Rågdvergs-mask*, *Rågdvergs-fluga* vocatur; & larva culmos Secalis habitare & destruere dicitur. Sed certe etiam larvæ *Osc. Pumilionis* in culmis segetum & graminum aliorum generum communiter cum larvis diversarum *Oscinis* specierum hospitantur.

♂♀. Magnitudine variat. Opaca flava. Frons lata, tenuissime nigro-puberula, puncto verticis (loco ocellorum) parvo libero nigro. Antennæ minusculæ rotundæ luteæ, superne ad originem setæ macula obscura. Seta fusca. Epistoma infra oculos nonnihil descendens, albido-flavum, apice leniter prominente emarginato. Palpi flavi. Haustellum capite longius, tenue, filiforme, medio geniculatum, ut in *Madizæ* genere; totum flavum. Oculi mediocres. Thorax flavo-testaceus, dorso vittis 3 latis subconfluentibus cinereo-nigris, tantum per lineas 2 tenuissimas flavas separatis, adjecta (ante alas) utrinque lineola tenui brevissima nigricante. Punctum humerale minutum, strigula pectoris & macula supra coxas posteriores, nigra. Scutellum convexum flavum. Metathorax ater nitidus. Abdomen ovatum subnitens flavum, supra normaliter fasciis 4 latiusculis

brunneis & linea media interrupta ejusdem coloris. Sed variat abdomen his fasciis plus minus perspicuis & posterius interdum subconfluentibus; in uno specimine dorso toto nigricans. Ad incisuram 1:mam punctum utrinque nigrum adest plerumque perspicuum. Venter pallidus. Alæ abdomine paullo longiores, cinereo-hyalinæ. Nervi: longitudinales 1:mus (auxiliaris) non ad medium costæ extensus, 2:dus apice lenissime versus costam flexus, reliqui recti, 4:tus in summo apice, nec mox pone apicem, alæ excurrens, 5:tus minus perspicuus; transversi modice approximati, horum ordinarius suboblique ductus. Halteres albi. Pedes ut in diagnosi.

Obs. E speciminibus pluribus in museo Falleni sub nomine: *O. Pumilionis*, asservatis, non nisi 2 genuina sunt & cum beati auctoris descriptione data convenientia; reliqua aut ad *Osc. lineellam* (46), aut ad nostras novas species rectius sunt referenda.

Obs. Nomen: *Pumilionis* forsan melius in: *Pumilio* mutandum.

54. *O. Ephippium:* flava, verticis puncto parvo, thoracis disco dorsali, pectoris sternique maculis, abdomineque supra, nigris; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori. ♂. (Long. vix ½ lin.).

Hab. in Svecia media rarissime; in Ostrogothia ad villam Lärketorp in paroecia Mjölby semel inveni.

♂. Flava subopaca. Frons pallide flava, puncto ocellorum nigro. Antennæ mediocres, rotundatæ, pallide flavæ, seta pallida. Epistoma infra oculos mediocres nonnihil descendens, flavo-albidum. Os non mystacinum. Instrumenta cibaria occulta. Thorax fulvo-flavus, dorso vittis tribus ita latis & confluentibus, ut maculam discoidalem magnam atram nitidam antice integram ad caput productam postice tridendatam forment. Striga pectoris & maculæ ordinariæ supra coxas posteriores

atræ. Scutellum convexum citrinum, vestigio puncti basalis brunnei utrinque. Metathorax ater nitidus. Abdomen ovatum, dorso nigricans nitidum, ventre pallescente. Alæ abdomine paullo longiores, latiusculæ, hyalinæ, immaculatæ. Nervi fere ut in priori directi, sed quintus quidem, uti reliqui, tenuis, tamen perspicuus; 4:tus longitudinalis in apice l. mox pone summum apicem alæ excurrens. Halteres albidi. Pedes toti pallide flavi immaculati. — *Oscin. dubiæ* Macq. Buff. 2. 604. 36. affinis videtur, sed forte alia.

Obs. Similis *Chlor. confluenti* Meig. 6. 141. 3., sed magnitudine minori, abdomine supra obscuro & nervis aliter directis, abunde differt.

55. *O. maculipennis:* flava, verticis puncto parvo, thoracis disco dorsali, pectoris strigula, abdomineque supra, nigris; alis hyalinis, macula costali ante apicem dilatata fuscana, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo briviori. ♂. (Long. vix $\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in Scania ad Fogelsång prope Lund specimen descriptum mense Julio deprehendi.

♂. Magnitudo, forma, color & summa affinitas prioris, a qua vix nisi alarum macula costali versus apicem langvide fuscana & defectu macularum nigrarum supra coxas posteriores, dignoscitur. Flava. Caput omnino ut in præcedente. Antennæ majusculæ rotundatæ pallide flavæ, seta concolore. Palpi & proboscis flava. Thoracis macula dorsalis atra nitida ut in priori, sed postice fere integra, vix tridentata. Strigula pectoris media parva nigra adest. Scutellum convexum flavidum. Metathorax ater. Abdomen ovatum, dorso nitidum fuscum, basi (segmento 1:mo) ventreque testaceis. Alæ ut in priori, sed ad costam in regione apicis nervorum longitudinalium 2:di & 3:tii macula dilatata fusca obsoleta. Nervus transver-

sus ordinarius obliquus. Halteres albidi. Pedes toti pallide flavi. — An varietas præcedentis?

56. *O. flavella:* testacea, capite, scutello pedibusque pallide flavis; verticis puncto minuto nigro; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio quadruplo breviori. ♂♀. (Long. $\frac{1}{3}$ lin.).

Hab. in Svecia media rarius; in Ostrogothia ad Lärketorp in truncis putridis d. 20 Jul. 2 mares & 3 feminas inveni.

♂♀. Duabus proxime præcedentibus iterum valde similis, sed ab *O. Ephippium* defectu macularum sterni, a *maculipenni* defectu maculæ alarum, & ab utraque magnitudine adhuc paullo minore, thorace abdomineque testaceis subimmacalatis ut & nervis transversis magis approximatis satis superque diversa. Valde minuta. Testacea opaca. Frons pallide flava, puncto ocellorum minutissimo nigro. Antennæ mediocres rotundæ intense flavæ (nec pallide flavæ) superne ad basin setæ umbra fusca. Seta flava. Epistoma infra oculos nonnihil descendens, albidum, nudum, apice leniter prominulum. Palpi & proboscis retracta flava. Oculi mediocres. Thorax testaceus, dorso interdum vestigio obsoleto linearum brunnearum. Pectus rudimento strigulæ fuscæ. Scutellum flavum. Metathorax testaceus l. fuscus. Abdomen ovatum testaceum l. fusco-testaceum, nitidum. Alæ ut in priori, sed nervis magis approximatis. Nervus longitudinalis 4:tus in apice l. fere mox ante summum apicem rectus, 2:dus longe ante apicem alæ curvatus, excurrentes. Halteres albidi. Pedes toti pallide flavi. — Caveas ne hanc cum *Anthophilina flavella* gen. 195 n:o 11 confundas.

Obs. In Catalogo Insectorum a D. *Stæger* ante aliqvot annos mihi communicato inter Diptera Danica enumerantur etiam *Chlor. anthracina* Meig. Dipt. 6. 156. 40. & *Chl. aprica*

ejusdem 6. 158. 46., sed hæ species mihi neque obviæ fuerunt, neque rite cognitæ.

---

189. MADIZA Fall.

Corpus parvum l. minutum, oblongo-ovatum, subdepressum, glabriculum, scutelli apice setuloso. Caput rotundatum, fronte anterius sensim decliva. Antennæ prope os insertæ, oblique deflexæ, epistomate duplo breviores, rotundatæ, articulis basalibus brevissimis, ultimo compresso, basi seta dorsali antennis longiori, nitida. Frons lata subdepressa lenissime prominula, plerumque brevissime & gracillime puberula, vertice sæpe setulis aliquot munito, postice macula trigona, majori vel minori, nitida (in *M. annulitarsi* n:o 5 opaca), glaberrima, ocellos tres congestos (in vertice) includente. Epistoma latum, brevissimum, infra oculos parum descendens, subimpressum, apice leniter prominens emarginatum, nudum mystacibus destitum (in *M. glabra* & *annulitarsi* setulis aliquot minutissimis munitum). Apertura oris (peristomium) magna. Haustellum elongatum, in medio geniculatum. Palpi sæpe elongati porrecti. Oculi magni, rotundi, sæpissime nudi, in viva nigro-brunnei. Thorax robustus absque sutura transversa, glaber, ad latera setulis aliquot exiguis instructus. Scutellum trigono-semiorbiculare, margine apicali setuloso, setis 2 in summo apice majoribus. Abdomen oblongo-ovatum l. ovatum, subdepressum, 5-annulatum. Alæ abdomine paullo longiores, incumbentes, modice latæ, cinereo-hyalinæ, immaculatæ. Nervi ut in Sectione Secunda *Oscinis* directi; nempe transversi modice approximati, longitudinales recti, horum 4:tus aut in apice aut mox pone summum apicem alæ cum costali desinente connexus. Halteres nudi. Pedes simplices validi inermes. *Color* niger l. metallicus, rarissime griseus. *Motu* reptans aut lente volans; *M. glabra*

agilis. *Habitatio* in graminosis, floribus, fenestris, interdum in ipsa terra. *Differentia sexus; mas:* ano obtuso; *femina:* ano acutiori, oviductu 5-articulato, interdum erumpente. Ab *Oscine* haustello elongato hamato, capite superne subdepresso & situ antennarum propius ad os, distingvitur *Madiza*. *Typi* generis: *M. oscinina* n:o 1 & *lævigata* n:o 3.

1 *oscinina* Fall. (*Siphonella* eadem Macqv. — *Chlorops nitida* Meig. — *Siphonella ruficornis* Macqv. forte hujus varietas juvenilis?) ♂♀. 2 *palposa* Zett. (*Oscinis* eadem Fall. — *Chlorops* eadem Meig.) ♂♀. 3 *lævigata* Fall. (*Chlorops* eadem Meig.) ♂♀. 4 *glabra* Fall. (*Gymnopa* eadem Meig.) ♂♀. 5 *annulitarsis* Zett. n. sp. (vix *Chlorops trilineata* Meig.) ♀. — *Madiza pingvis* & *sordida* Fall. in genere *Agromyza* nobis quærendæ).

1. *M. oscinina:* nigra punctulata subpuberula; antennis intus obscure ferrugineis; tarsis flavidis; capite atro opaco, verticis macula majuscula trigona nigra nitidissima; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio 3 $\frac{1}{2}$ breviori; halteribus fuscis. ♂♀. (Long. 1—1$\frac{1}{4}$ lin.).

Fall. Oscinid. 9. 2. ♂♀. typica. — Zett. Ins. Lapp. 782. 1. ♂♀. *Siphonella oscinina* Macq. Buff. 2. 585. 1. ♂♀. *Chlorops nitida* Meig. Dipt. 6. 161. 55.

Hab. in Scandinaviæ floribus & foliis fruticum, per hortos, prata & silvas Aug. Sept., passim; scilicet in Scania ad Lund (feminæ in floribus Solidaginis Canadensis in horto botanico Sept. copiose), Kjeflinge, Fliinge (*Dahlbom*), Silfåkra, Björnstorp, Tranås (♀ in floribus Chrysanthemi), Esperöd (in parietibus, teste *Fallèn*), &c., vulgaris; in fenestra cubiculi mei Lundæ feminam 20

Dec. etiam legi; in Smolandia: ad Skärsjö, D. *Ljungh*, ad Anneberg, D. *Boheman;* in Ostrogothia ad Lärketorp (in Pinu Abiete), Gusum & Wadstena, frequens; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg;* in Lapponiæ graminosis passim ex. gr. ad Wilhelmina Lapponiæ Umensis & Karesuando Lapp. Tornensis; in Norwegia ad Christianiam, D. Hortulan. *Moë;* in Dania, D. *Stæger.* (E Finlandia a Prof. *Sahlberg* in pluribus exemplis communicata).

♂♀. Statura *Oscin. nasutæ* n:o 1, sed color longe alius. Nigra, subnitida. Caput atrum opacum. Frons modice depressa, tenuissime nigro-puberula, macula verticis majuscula trigona ad medium extensa, postice ad oculos non dilatata, tota nigra nitidissima. Antennæ sub prominentia frontali insertæ, mediocres, in ♂ plerumque fere totæ nigræ, intus macula obscure ferruginea, in ♀ sæpissime ferrugineæ extus & apice plus minus late nigræ. Epistoma breve infra oculos haud descendens, apice productum. Genæ modice longæ. Haustellum capite duplo longius, in medio geniculatum, cum proboscide hamum subulatum formans; nigrum. Palpi plerumque intra os retracti, elongati filiformes lividi. Oculi magni, in non detritis brevissime puberuli, in vivis obscure ferruginei. Thorax dorso punctatus brevissime puberulus, minus nitidus. Scutellum majusculum, obtuse trigonum punctatum, subconvexum. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis omnibus perspicuis. Nervi: longitudinales omnes recti, horum 4:tus in summo apice alæ excurrens, 5:tus fere ad marginem continuatus; transversi approximati, horum medius apici auxiliaris oppositus, ordinarius oblique ductus. Squamarum rudimentum. Halteres jam sordide albidi, jam plus minus fusci. Pedes nigri, geniculis summis plerumque, tarsisque præsertim posticis rufo- l. fusco-flavis, articulo ultimo fusco. Variat junior an-

tennis totis, palpis, genubus, tibiis tarsisque flavis, epistomate rufescente. Forte *Siphonella ruficornis* Macq. Buff. 2. 585. 2?

Obs. 1. Sub nomine: *Mad. frontella,* hanc speciem inter Amicos entomologicos olim divulgavi.

Obs. 2. Sub nomine: *Siphonella Nucis* Perris e St. Sever Galliæ plura specimina utriusque sexus a nobilis. D. *Leon Dufour* obtinui, quæ varietati a. nostræ *Mad. Oscininæ* similia sunt, sed epistomate rufescente, fronte æneo- seu metallice nitente, macula verticis ordinaria subimmersa (in exsiccatis) nitidissima, scutello plano, ut & alis albo-hyalinis, specifice certe distincta. Nec talis apud nos occurrit.

2. *M. palposa:* nigra nitida punctulata, tenuissime puberula; antennis luteis, superne & seta obscuris; frontis margine prominulo fulvescente; verticis macula majuscula trigona nigra nitida; epistomate flavo-albo; palpis exsertis, coxis anticis, trochanteribus geniculisque omnibus flavis; alis subhyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori; halteribus albis. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Oscinis palposa Fall. Oscinid. 6. 7. ♂♀. typica. — Macq. Buff. 2. 598. 1. *Chlorops* Meig. Dipt. 6. 152. 28.

Hab. in graminosis per hortos, campos, agros, prata & litora maris Scandinaviæ meridionalis & mediæ a medio mensis Junii usque ad medium Septembris, passim, mihi in campis aridis & arenosis sæpe in vicinitate maris & lacuum præsertim obvia: scilicet in Scania ad Lomma, Blekmåsa, Esperöd, Widtsköfle (von *Borck),* &c., non parce; in Smolandiâ, D. *Boheman;* in Ostrogothia ad Gusum & in Wadstena-Löt (campo arido prope lacum Wettern) Julio copiose; in Gottlandia ad Nähr, Ö-

ja, Wamlingbo & aliis locis litoralibus, sat frequens; in Bahusia ad Marstrand, D. *Wahlberg*; in Helsingia ad diversorium Ytter-Hogdal haud raro, D. *Dahlbom*; in Norwegia, D. *Rosenschöld*; e Dania in unico exemplo a D. *Stæger* communicata.

♂♀. Per frontem magis depressam, ænescentem & subnitentem (nec atram opacam), antice flavam, epistoma albidum, haustellum paullo brevius & validius, coxas anticas flavas, tarsos nigros, halteres albos &c., a priori, cui affinis & similis, distincte recedit. Crassiuscula subobtusa nigra nitida tenuissime puberula. Frons latissima subtiliter punctulata subvirescenti-nigra l. metallice nitens, margine antico plerumque auguste, raro latius, fulvo-flavo; macula verticis trigona lævi nigra nitida, angulo antico ad medium producta, basi non ad oculos extensa. Antennæ sub prominentia frontis insertæ, mediocres rotundæ luteæ, articulo ultimo margine supero nigricante, seta obscura l. fusca. Epistoma infra oculos majusculos nudos leniter descendens, album, apice (capite a latere inspecto) paullo prominens, antice emarginatum, prælabro (*) nigro. Genæ mediocres nigræ. Palpi extra os paullo exserti, porrecti subcylindrici nudi flavi, raro apice obscuri. Haustellum longitudine saltem capitis, in medio geniculatum, cum proboscide oblonga subcylindrica hamatum, raro extensum, plerumque in mortuis intra aperturam oris amplam complicatum; obscurum. Thorax & scutellum subplanum punctulata, ille dorso tenuissime puberulo, lineis 2 impressis remotis. Abdomen ovatum læve. Alæ hyalinæ l. leniter subfuscanæ. Nervi ut in præcedente directi. Halteres albi. Pedes robusti nitidi, normaliter nigri, coxis anticis jam totis jam basi, omnium trochanteribus, femorum ima basi, geniculisque, flavis, tarsis posticis fusco-flavidis; sed variat pedibus nigris, coxis anticis apice, trochanteribus geniculisque omnibus flavis.

---

*) Cfr. nota sub p. 1803 hujus operis.

3. *M. lævigata:* nigra nitida lævis glaberrima; genubus tarsisque flavis; verticis macula maxima trigona nigra nitida; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio $2\frac{1}{2}$ breviori; halteribus albis; ♂♀. (Long. $\frac{3}{4}$ lin.).

Fall. Oscin. 9. 1. ♀. typica. — *Chlorops* eadem Meig. Dipt. 6. 156. 41.

Hab. in Svecia meridionali rarissime; femina in Scania semel capta, marem e Finlandia in unico individuo obtinui.

♂♀. Prioribus minor, multo angustior, lævior, glabrior. Nigra nitida. Caput subrotundatum nigrum opacum, omnino nudum. Frons lata. Macula verticis maxima totam fere frontem occupans, antice ad summum frontis marginem extensa & postice utrinque ad oculos dilatata; nitida nigra l. subcærulescenti-atra. Antennæ mediocres rotundatæ nigræ, seta fusca, alio situ albida. Epistoma infra oculos non descendens, brevissimum. Palpi nonnihil exserti, nigri. Haustellum intra os complicatum. Genæ brevissimæ. Oculi magni nudi. Thorax niger nitidus lævis glaber. Scutellum mediocre, semiorbiculare, convexum nigrum nitidum, margine apicali setulis ordinariis munitum. Abdomen oblongum nigrum nitidum glabrum. Alæ abdomine paullo longiores, modice latæ, hyalinæ. Nervi: longitudinales recti, 1:mus (auxiliaris) ad tertiam partem costæ extensus, 3:tius mox ante, & 4:tus obsoletus mox pone summum apicem alæ excurrentes, 5:tus tenuis fere ad marginem productus; transversi modice remoti (non approximati), perpendiculares, horum medius mox ante apicem auxiliaris ductus, ordinarius in medio alæ situs. Halteres albidi. Pedes nigri, geniculis, tibiarum apice tarsisque totis flavis.

Obs. Feminam descripsi secundum specimen, quod *Fallèn* ante oculos habuit, & Marem secundum exemplum Finlandicum.

4. *M. glabra:* nigra nitidissima subtilissime punctulata glabra, vertice, thoracis lateribus anoque parce pilosulis; tarsis posterioribus flavis; alis albido-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio 2 ½ breviori; halteribus nigris. ♂♀. (Long. ¾ lin.).

Fall. Oscinid. 9. 3. ♂♀. Zett. Ins. Lapp. 782. 2. ♂♀. *Gymnopa* Meig. Dipt. 6. 137. 4. Macq. Buff. 2. 584. 4.

Hab. in floribus, parietibus, fenestris &c. a mense Martio usque ad Octobrem, per Scandinaviam meridionalem vulgaris, borealem rarius; valde agilis; scilicet occurrit in Scania ad Lund (in Gagea lutea & Ranunculo Ficaria, verno tempore sæpe copiose, deinde mense Aug. in fenestris æque abundanter), Abusa, Esperöd &c. frequens; in Smolandia ad Skärsjö non parce, D. *Ljungh*; in Ostrogothia ad Gusum & Lärketorp; in Westrogothia, D. *Dalman;* in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg;* in Norwegia ad Björkvik Nordlandiæ rarissime; in Dania, D. *Stæger.* In fenestra cubiculi mei jam 18 Januar., & in herbario meo 3 Febr. exempla quoque deprehendi. (E Finlandia a D. *Sahlberg*, & e Glogavia a D. *Zeller* communicata).

♂♀. Præcedenti proxima, sed adhuc magis nitida, & fronte tota nitida, vertice thoraceque pilis aliquot munitis, tantum tarsis posterioribus flavis & halteribus atris, nec albis, abunde recedit. Frons paullo decliva subcærulescenti-nigra, glabra, lævis l. striis aliquot tenuibus locum verticis maculæ trigonæ indicantibus impressa. Vertex parce setulosus. Antennæ prope os insertæ, mediocres rotundatæ nigræ opacæ, seta nigra. Epistoma breve, infra oculos magnos nudos leniter descendens, nigrum, apice nonnihil prominulum, setulis aliquot valde exiguis munitum. Palpi paullo exserti atri. Hau-

stellum capite fere duplo longius, in medio geniculatum, tenue filiforme nigrum. Thorax nitidissimus niger, parum æneo-seu metallice micans, subtilissime punctulatum glabrum, ad latera parce setulosum. Scutellum parvum subconvexum subtilissime punctulatum nigrum glabrum, margine apicali setulis ordinariis. Abdomen oblongum nitidissimum nigrum læve glabrum, ano in ♂ pilosulo. Alæ ut in priori constructæ, albo-hyalinæ. Nervi tenues albidi: auxiliaris breviusculus vix ultra 4:tam partem costæ extensus; longitudinales omnes recti, horum 2:dus mox ante apicem, 3:tius in summo apice, & 4:tus mox pone apicem alæ excurrentes, paralleli & æque distantes, 5:tus brevis sub transverso ordinario deflexus & ad marginem fere continuatus; transversi perpendiculares, modice remoti, horum ordinarius ad marginem paullo propius quam in prioribus retractus, medius mox pone apicem auxiliaris situs. Halteres atri. Pedes nigri, tarsis posterioribus flavis, apice sæpe langvide fuscis. Femora præsertim antica valida.

Var. b. ♂. tarsis posticis nigricantibus l. piceis. Cum var. a. rarius.

Obs. Valde affinis *Gymnopæ*, cum qua etiam sæpe habitat, sed ob antennarum situm prope os, *Madizæ* generi characteristicum, &c., hanc speciem in eo retinui.

= Desmometopa latipes p. 2746.

5. *M. annulitarsis:* grisea opaca, abdomine æneo-nitente; antennis, vittis verticis duabus & haustello nigris; fronte antice palpisque flavis; epistomate albido; thoracis dorso lineolis 3 tenuibus fuscis; pedibus nigricantibus, tibiis tarsisque anguste pallido-annulatis; alis albido-hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio $2\frac{1}{2}$ breviori. ♀. (Long. $\frac{3}{4}$ lin.).

Vix *Chlorops trilineata* Meig. Dipt. 6. 162. 57, quæ antennis intus, tibiarum apice tarsisque totis flavis, a nostra discrepat.

Hab. in Scandinavia meridionali rarissime; Lundæ in fenestra cubiculi mei 8 Jul. specimen descriptum detegi; alterum e Dania sub nomine: "*Chlorops trilineata Meig.*" a D. *Stæger* pro comparatione missum vidi.

♀. Species colore thoracis griseo, tibiarum tarsorumque annulis pallidis, ab aliis hujus generis distinctissima. Priori accedit ejusque magnitudine & statura. Caput subrotundatum. Frons subconvexa, lata, parum prominula, opaca, margine antico vix ad medium flavo, postice juxta oculos vittis 2 nonnihil ultra medium extensis atris, intra quas macula trigona ad medium frontis producta cinerea opaca. Vertex parce nigro-setulosus. Antennæ minusculæ rotundatæ, totæ nigricantes, seta obscura. Epistoma infra oculos nonnihil descendens, brevissimum, a latere inspectum antice subprominulum, totum albidum, setula mystacina utrinque valde exigua. Palpi parum exserti flavi. Haustellum capite paullo longius, in medio geniculatum; filiforme, proboscidis hamo subulato; totum nigricans l. nigro-piceum. Oculi majusculi nudi, in viva ænei, linea media transversa purpurea. Thorax supra griseo-cinereus opacus, lineolis 3 angustis dilute ferrugineis; ad latera parce nigro-setulosus; subtus niger nitidus. Scutellum parvum obtuse trigonum cinereum, margine apicali setis ordinariis. Abdomen ovatum æneo-nigrum nitidum, apice acutum. Alæ omnino ut in priori etiam quoad nervorum directionem, sed nervus 5:tus longitudinalis infra transv. ordinarium forte minus flexus. Halteres albidi. Pedes simplices nudi nigri, coxis anticis sordide flavescentibus. Tibiæ omnes annulis duobus (uno basi altero apici), tarsorumque annulis totidem, angustissimis, flavis.

Obs. Falleni *Madizam pingvem* & *sordidam*, seta mystacina etsi minuta gaudentes, ad *Agromyzam* retuli, præeunte *Meigen.*

190. LEIOMYZA Macq.

Corpus minutum, oblongum glabrum, vertice parce setuloso. Caput rotundatum. Antennæ medio faciei insertæ, epistomate duplo breviores, rotundatæ, articulis basalibus brevissimis, ultimo compresso, basi seta dorsali antennis longiori nuda. Frons latiuscula, subconvexa lenissime prominula lævis glabra, macula verticis distincta nulla. Epistoma modice breve, infra oculos haud descendens, subperpendiculare, leniter impressum, nudum. Instrumenta cibaria intra aperturam oris parvam retracta. Genæ breves. Oculi magni nudi. Thorax lævissimus glaber. Scutellum parvum læve. Abdomen oblongum subdepressum 5-annulatum lævissimum glabrum. Alæ abdomine paullo longiores, modice latæ, hyalinæ, immaculatæ. Nervi: auxiliaris (1:mus longitudinalis) brevis vix ultra 5:tam costæ partem extensus, 2:dus longitudinalis longe ante apicem exit rectus, 3:tius in summo apice etiam rectus, & 4:tus mox pone summum apicem alæ leniter curvatus & cum costali ibi desinente connexus, excurrentes, ita nempe ut hi nervi longitudinales 3 & 4 ad apicem paullulum convergant; 5:tus longe remotus & infra nervum transv. ordinarium sat longus ad marginem interiorem continuatus; transversi ante medium alæ collocati, inter se modice remoti. Halteres nudi. Pedes mediocres inermes nudi. *Color* in hactenus cognitis niger. *Motus*..... *Habitatio* in foliis frutieum & Fungis putridis. *Differentia sexus; mas:* ano obtuso; *femina:* ano acuto. *Typus* generis; *L. scatophagina.*

1. *L. scatophagina:* nigra nitidissima; capite rufo-flavo, antennis luteis; pedibus flavis; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio fere quadruplo breviori; halteribus albidis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Heteroneura Scatophagina Fall. Agromyzid. 3. 3. ♂♀. verissima. *Agromyza* eadem Meig. Dipl. 6. 181. 46.

e descriptione Falleni transcripta. *Agromyza flavipes* Fall. Agromyz. 5. 6. ♂♀. certe. *Oscinis ænea* mihi olim. *Anthophilina curvipennis* Zett. Ins. Lapp. 785. 2. ♂.

Hab. in graminosis, foliis fruticum, Fungis &c., per hortos, prata & agros præsertim Sveciæ meridionalis & mediæ, passim, a 24 Jun. usque ad 15 Sept. mihi obvia; in copula etiam ter visa; in Lapponia rarissime; scilicet in Scania: ad Esperöd (Fungo insidens in copula capta), *Fallèn*, ad Tranås ipse; in Ostrogothia ad Lärketorp & Wadstena in fungis putridis 1—12 Sept. frequentem inveni ibidemque par in copula junctum quoque observavi, ad Gusum, D. *Wahlberg;* in Jemtlandia ad diversorium Åsarne 3 specimina legit D. *Dahlbom;* in Lapponia Umensi ad Lycksele 22 Aug. 1832 semel.

♂♀. Angusta, tota nitidissima, glaberrima. Frons rufo-flava, absque macula verticis. Antennæ mediocres rotundatæ luteæ l. flavæ, superne interdum leniter fuscanæ, seta fusca. Epistoma pallide flavum, nudum. Palpi flavi. Oculi in viva ænei. Thorax, scutellum & abdomen tota nigra l. piceo-nigra. Alæ cinereo-hyalinæ pulchre irisantes. Nervi tenues pallidi, ut in descriptione generis directi. Segmentum costæ 1:mum breve, 2:dum 1:mo saltem duplo longius, 3:tium 2:do $1\frac{1}{2}$ brevius, 4:tum 3:tio $2\frac{1}{2}$ brevius, & 5:tum longissimum 4:to fere sextuplo longius. Nervi longitudinales 3 & 4 ad apicem convergentes (nota generis), sed in hac specie tantum lenissime. Nervi transversi perpendiculares, horum medius mox ante apicem auxiliaris, ordinarius paullo ante medium alæ, situs. Halteres albidi. Pedes haud validi, toti cum coxis pallide flavi immaculati. Pedes antici reliquis nonnihil longiores.

Obs. 1. ***Leiomyza glabricula*** Meig. Dipt. 7. 395. 1. T. 74. f. 45. mihi de cetero ignota, a nostra specie discernitur per frontem nigram & nervum 4:tum longitudinalem distincte curvatum, ita ut hic & 3:tius longitudinalis ad apicem aperte convergant.

Obs. 2. Cum ***Anthophilina gracili*** magnitudine, statura, colore corporis partiumque simili, sed directione nervorum in alis & ore nudo, nec mystacino, dissimili, caveas ne nostram ***Leiomyz. seatophaginam*** confundas.

---

191. GYMNOPA Fall.

Corpus parvum late ovatum obtusum nitidum glaberrimum, duriusculum. Caput transversum. Antennæ medio faciei insertæ, incumbentes, parvæ, oblongo-rotundatæ, articulo ultimo compresso, basi seta dorsali nuda. Frons lata, convexa, (in nostra) nuda. Vertex nudus. Epistoma infra oculos descendens, inferne coarctatum, apice antice tuberculatum, absque seta mystacina. Proboscis elongata, retractilis, crassa, in medio geniculata, inde hamata, hamo seu capitulo carnoso extus puberulo. Palpi parvi, leniter clavati, pilosuli. Prælabrum distinctum. Genæ elongatæ. Oculi mediocres rotundi nudi. Thorax robustus convexus, supra subtiliter punctulatus, ad latera triangulariter impressus. Scutellum mediocre, semiorbiculatum, convexum, subtiliter punctulatum, margine parce setulosum. Abdomen late ovatum, depressum, læve, 5-annulatum. Segmentum 1:mum brevissimum, 2:dum 1:mo duplo, & singulo reliquorum paullulum latius, 3, 4 & 5 æque lata. Alæ abdomine nonnihil longiores, in qviete incumbentes; latiusculæ, hyalinæ. Nervi: longitudinales recti, horum 1:mus (auxiliaris) simplex vix ultra 4:tam costæ partem extensus, 2·dus elongatus, sed distincte ante apicem,

3:tius in summo apice, & 4:tus mox pone apicem alæ ibique cum costali desinente conjunctus, excurrentes, paralleli; 5:tus infra transversum ordinarium deflexus ad marginem non omnino continuatus (non vero ita abbreviatus ut in figura *Meigeni*); transversi sat late remoti, horum medius apici auxiliaris præcise oppositus, ordinarius fere pone medium alæ situs propius ad marginem interiorem retractus, oblique ductus. Halteres nudi. Squamæ vix ullæ. Pedes simplices haud validi, inermes, puberuli. *Color* niger l. ænescens. *Motu* nisi sole urente parum vivida; tarde & breviter volat, lente ambulat. *Habitatio* in floribus, foliis plantarum & graminosis; in fenestris & parietibus sæpe insidens. *Metamorphosis* ignota. Parasitice in *Pentatoma* vivere dicitur. *Differentia sexus; mas:* ano obtuso; *femina:* ano acutiori, vagina articulata brevi, vix erumpente. *Typus* generis: *Gymnopa ænea.*

1. *G. ænea:* obscure ænea nitida, capite pedibusque nigris; tarsis flavis; alis hyalinis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio fere $1\frac{1}{2}$ breviori; halteribus albis. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$ lin.).

Fall. Oscinid. 10. 1. ♂♀. verissima. — Meig. Dipt. 6. 137. 2? (*Gymn. subsultans* Ejusdem 6. 132. 1. potius huc refertur). — *Gymn. ænea* Macq. Buff. 2. 584. 2. *Musca subsultans* Fabr. Ent. Syst. 4. 304. 96. *Eristalis* eadem Fabr. Antl. 246. 68. *Gymnopa* eadem Macq. Buff. 2. 584. 1. Tab. 23. f. 6. (caput).

Hab. in floribus præsertim hortensibus, foliis plantarum, sed etiam in parietibus argillaceis soli expositis, in fenestris quoque interdum repens, per Scandinaviam meridionalem & mediam, ad domos, per hortos & prata, a primo vere (initio Aprilis), sub tota æstate ad se-

rum autumnum (finem Novembris), vulgatissima, in copula quoque deprehensa; scilicet in Scaniæ hortis ex. gr. ad Lund (in floribus Solidaginis canadensis, Gnaphalii margaritacei, Astrantiæ majoris, Umbellatarum, &c., sæpe abundans), Abusa, Esperöd & aliis locis longe frequentissima; in Smolandia ad Skärsjö, D. *Ljungh*; in Ostrogothiæ hortis ad Gusum, Wadstena, Lärketorp &c., copiose; in Ölandia ad Ottenby; in Uplandia ad Holmiam, Prof. *Wahlberg*; in provinciis borealibus mihi ipsi non obvia, sed e Christiania Norwegiæ communicata ab Hortulano *Moë*, qui eam sub lapidibus locis arenosis jam mense Martio invenerit; e Dania etiam nuper indicio: "*Gymn. ænea* Fall." a D. *Stæger* mihi donata, sed eandem omnino sub nomine: "*Gymn. subsultans* Meig." olim ab Eodem quoque obtinui. (E Gryphia, ubi in horto Kreyi capta, a D. *Dahlbom*, & sub nomine: "*Gymnopa ænea* Macq." e St. Sever Galliæ in pluribus exemplis a D. *Leon Dufour*, missa. E Melita (Malta) specimen femineum a D. *Schembri* 1847 obtinui).

♂♀. **Descriptio insecti vivi.** Late ovalis nuda glabra nitida, ænescens. Frons latissima, lævis, nuda, obscure metallice nitens, macula verticis oblongo-trigona parum determinata nitida ænea, interdum cuprea. Vertex absque setis. Antennæ nigræ, seta nigra. Epistoma validum infra oculos distincte descendens, perpendiculare, apice paullo coarctatum, infra medium unituberculatum, totum nigrum nitidum inæquale, nudum. Proboscis crassa livida. Palpi breves nigri. Prælabrum ("mundrand" Meigen.) quando proboscis retracta plerumque parum & in ♂ & in ♀ conspiciendum, sed cum proboscis extenditur & pendula prælabrum (ad basin haustelli) longe in utroque sexu prominulum & perspicuum, nigrum.

Oculi mediocres, rotundi, exserti, nudi, obscure ferruginei, leniter æneo-micantes, in mortua obscuri. Thorax convexus punctulatus nudus nitidus æneus, in mortuis interdum nigrescens, unde Auctorum descriptiones variæ. Scutellum convexum punctulatum nitidum æneum, margine setis 4 nigris brevibus, quarum una ad basin utrinque, & duo versus apicem remotæ. Abdomen late ovatum, depressum, lævissimum glaberrimum nitidum æneum, raro cærulescenti-æneum. Venter niger, sed succo repletus pallescens, linea media punctorum 5 nigrorum. Alæ albido-hyalinæ, nervis tenuibus pallidis. Segmentum costæ 1:mum breviusculum, 2:dum duplo longius, 3:tium 2:do saltem duplo brevius, 4:tum præcedente iterum 1½ brevius, 5:tum longitudine fere 2:di. Halteres flavo-albi. Pedes non validi, nigri nitidi, tarsorum posteriorum articulis tribus basalibus ferrugineis l. rufo-flavis, interdum luteis, subtus in ♂ brevissime ferrugineo-barbatis. Tarsi antici basi picei l. fusci, in exsiccatis sæpe nigri. Femora subtus & tibiæ extus breviter pubescentia.

Obs. Hæc species in Scandinavia meridionali frequentissima, sine dubio est *Fabricii Eristalis subsultans:* "antennis setariis niger nitidus alis albis immaculatis; Hafniæ habitans"; nec repugnat *Meigeni* diagnosis suæ *Gymnopæ subsultantis:* "obscure ænea, capite pedibusque nigris". Nota autem in *Gymnopa ænea* Meig. "thorace nigro", in nostra specimina, quæ thorace *æneo* gaudent, non nisi in quædam mortua quadrat.

Famil. 36. AGROMYZIDES Fall.

192 a). MACROCHIRA Zett. Ins. Lapp. (*Therina* Dipt. Scand. Dispos. p. 78).

Corpus mediæ l. minoris magnitudinis elongatum angustum, te-

nuiter puberulum, parce setosum, molliculum. Caput rotundatum. Antennæ sub prominentia frontis insertæ suboblique porrectæ, sessiles orbiculares, articulo ultimo compresso, seta dorsali (in medio dorsi nec basi) capillari elongata nuda. Frons lata, utrinque setosa, antice lenissime prominula. Ocelli 3 in vertice setoso conglomerati. Epistoma infra oculos nonnihil descendens subperpendiculare seu leniter subdecliva, in medio longitudinaliter impressum, seta utrinque mystacina elongata rigida. Palpi magni compressi. Proboscis saccata parum prominens, pilosula. Genæ elongatæ. Oculi magni rotundi nudi. Thorax oblongus lævis, lateribus impressus, absque sutura transversa, ad latera & postice rigide setosus. Metathorax longus. Scutellum mediocre obtuse triangulare convexum, setis marginalibus 6, quarum 4 validis. Abdomen elongatum 6-annulatum. Alæ elongatæ latiusculæ. Nervi perspicui: longitudinales omnes recti, horum 1:mus (auxiliaris) ad tertiam costæ partem extensus, duplex, 2:dus elongatus paullo ante apicem, 3:tius in summo apice, 4:tus mox pone apicem rotundatum alæ (ubi nervus costalis desinit), excurrentes, paralleli, 5:tus nonnihil pone medium marginis interioris & ad marginem usque descendens, 6:tus evanidus; transversi perpendiculares modice remoti, horum medius mox pone apicem auxiliaris situs, ordinarius rectus nonnihil pone medium alæ ductus & a margine modice distans. Nervus costalis usque ad apicem 2:di longitudinalis crassiusculus breviter pubescens. Alulæ mediocres inflexæ. Halteres nudi. Squamarum rudimentum. Pedes elongati, femoribus anticis validis, coxis anticis longiusculis; inermes (præter calcaria 2 in apice tibiarum intermediarum), puberuli, femoribus subtus præsertim in ♂ breviter ciliatis. *Color* pallidus. *Motu* non agilis. *Habitatio* in graminosis & foliis fruticum. *Differentia sexus; mas:* abdomine lineari, apice rotundato; *femina:* abdomine lanceolato. *Typus* generis: *M. flava.* (Os mystacinum, antennæ porrectæ orbiculares, palpi magni, genæ longæ, abdomen 6-annulatum, nervi transversi remoti, ordinarius a margine sat longe distans,

auxiliaris geminus, pedes elongati, femora valida, coxæ anticæ longiusculæ, corpus majusculum, sunt notæ, quæ simul sumtæ hoc genus a sequentibus Familiæ distingvunt.)

1. *M. flava:* rufo-flava, capite pedibusque pallidioribus; antennis superne macula nigra; alis hyalinis, nervo 2:do longitudinali ad apicem fuscedine cincto, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio fere duplo breviori. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{2}$ fere $2\frac{1}{4}$ lin.)

Mas: abdomen lineare subdepressum, ano rotundato, palpi & pedes pallide flavi immaculati, alarum macula costalis ad apicem fusca obsoleta;

Fem.: abdomen lanceolatum, ano longe acuminato, palpi apice nigri, tarsi antici fere toti nigricantes, postici langvide fusci. alarum macula costalis ad apicem fusca distincta; in copula.

Zett. Ins. Lapp. 784. 1. ♂. (exclusa ♀, quæ ad genus sequens pertinet). *Therina* Zett. Dipt. Scand. Disposit. p. 78. n:o 192. e parte (exclus. syn. Meig. & Macq.).

Hab. in Scandinavia valde rara, tantum 4 mares & 2 feminas lustravi. Certe a me inventa est in Scania ad Esperöd & Abusa mensib. Julio & Aug.; sub nomine: "*Heteroneura lutea* n. sp." e pupis cylindricis lævibus nudis nitidis flavo-brunneis in truncis putridis mense Majo deprehensis uterque sexus d. 6 sequentis Junii egressus, a D. *Stæger* missus, & alia vice par in copula junctum in foliis Coryli Daniæ in horto Frederiksberg prope Hafniam ab Eodem captum mecumque pro comparatione communicatum. Cetera loca natalia

mihi enarrata ex. gr. Blekingia & Smolandia, adhuc dubia existimo.

♂♀. Inter nostrates hujus Familiæ maxima. Tota flava nitida. Frons intense flava glabra, setis utrinque ad oculos 4 nigris rigidis. Vertex puncto ocellorum & setis aliquot fortibus nigris. Antennæ majusculæ rotundatæ flavæ, articulo ultimo superne nigricante, seta medio dorsi inserta elongata nuda nigra. Epistoma & genæ albida. Seta mystacina nigra. Palpi nudi, in ♂ magni, albido-flavi, immaculati, in ♀ paullo majores, flavi, apice ad 3:tiam totius partem nigri. Proboscis in utroque sexu pallide flava. Oculi obscure ferruginei. Thorax supra intense flavus puberulus, vestigio vittarum ferrugineArum præsertim in ♀, setis rigidis nigris in limbo laterali & postico simul circiter 14; subtus pallide flavus lævissimus nudus, sterno parce nigro-piloso. Scutellum flavum, setis 6 nigris. Metathorax flavus. Abdomen flavum, parce nigro-pilosulum, in singulo segmento vestigio punctorum 2 fuscorum in primis in ♀. Alæ abdomine nonnihil longiores, nervis perspicuis. Segmentum costæ 2:dum 1:mo $1\frac{3}{4}$ longius, 3:tium 2:do $2\frac{1}{2}$ brevius, 4:tum antecedente iterum $1\frac{1}{2}$ brevius, & 5:tum longitudine 1:mi. Pedes pallide flavi, puberuli, in ♂ immaculati, in ♀ tarsis anticis nigris. Coxæ anticæ albo-subpellucidæ. Femora in ♂ subtus nigro-ciliata.

Obs. Ad *Therinam* Meig. hæc species minime referri potest.

---

192 b). AMPHIPOGON Wahlb. nov. gen.

Corpus minoris magnitudinis, elongatum, angustum, tenuiter puberulum, parce setosum. Caput rotundatum. Antennæ sessiles, orbiculares, articulo ultimo compresso, basi seta dorsali e-

longata nuda. Frons lata convexa haud prominens, glabra. Ocelli 3 in vertice convexo setoso conglomerati. Epistoma infra oculos paullo descendens breviusculum perpendiculare, inferne in ♂ barbatum, in ♀ seta mystacina elongata rigida. Apertura oris pro receptione haustelli rotundato-oblonga. Haustellum longitudine dimidii capitis, basi angustum, versus apicem crassiusculum, proboscide apicali mediocri l. minuscula puberula clavatum. Palpi breves filiformes. Genæ longiusculæ. Oculi mediocres rotundi nudi. Thorax oblongus lævis, lateribus impressus, absque sutura transversa, callis humeralibus sat distinctis; dorso tenuissime puberulus, ad latera & postice parce rigide setosus. Scutellum mediocre, obtuse triangulare, convexum, margine setis 4 validis. Metathorax longiusculus. Abdomen elongatum, segmentis 6 (anali non computato) subæque longis. Alæ longiusculæ modice latæ, incumbentes, nervis omnino ut in *Macrochira* directis, sed transverso ordinario propius ad marginem interiorem retracto, ita ut 5:tus longitudinalis infra illum brevior evadat. Alulæ, halteres & squamæ ut in præcedente. Pedes quoque ut in priori constructi, sed femora postica basi in ♂ longe & dense pilosa. *Color* ferrugineus, abdominis niger. *Motu* non agilis, volatus brevis. *Habitatio* in foliis fruticum & Fungis. *Differentia sexus* evidens; *mas:* epistomate, ano femoribusque posticis subtus, barbatis; *femina:* epistomate utrinque seta unica, ano acuto femoribusque nudis. — Genus hoc Wahlbergianum priori proximum & affine, sed oculis & palpis minoribus, antennarum seta basi, nec medio dorsi, articuli ultimi sita, alarum nervo transverso ordinario ad marginem propius retracto, in ♂ epistomate vel genis, ano femoribusque longe barbatis, &c., vere & sufficienter distinctum.

1. *A. Spectrum:* ferrugineus nitidus, epistomate albido; thoracis lineis, abdomine, pedum anticorum posticorumque femoribus tibiisque apice tarsisque totis ni-

gricantibus; alis hyalinis, nervo costali obscuro, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio $1\frac{1}{2}$ breviori. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{2}$ fere 2 lin.).

Mas: epistoma inferne utrinque seu latera aperturæ oris serie pilorum longorum nigrorum dense ornatum; abdomen lineare subdepressum pubescens, dorso postice elevato, segmentis 2 analibus rotundatis subdeflexis, horum ultimo appendiculato & biseriatim longe fusco-barbato; femora antica subtus longe ciliata, postica subtus a basi & fere ad medium longe ferrugineo-barbata, tibiæ intermediæ extus breviter setulosæ; coxæ intermediæ prope apicem latere interiori spina elongata truncata nigra munitæ;

Fem: epistoma utrinque seta mystacina solitaria; abdomen lanceolatum subdepressum glabrum, apice sensim acuminatum; femora nuda; tibiæ inermes.

Wahlb. in Conspectu Actor. Holm. 1844. n:o 10. p. 217. 7. ♂♀. Tab. 4. A. ♂. (figura fidelis). Bohem. Entomologisk Årsberättelse 1844. p. 198. *Macrochira flava* Zett. Ins. Lapp. 784. 1. ♀ (exclus. ♂, qui ad genus antecedens pertinet).

Hab. in Bottniæ occidentalis & Lapponiæ fruticibus & fungis versus autumnum, minus frequens; scilicet a Prof. *Wahlberg* sub itinere 1843 capta in Lapponiæ Lulensis Salicetis locis humidis umbrosis ad radicem alpis Snjerak prope templum Qvickjock d. 23 Jul.—8 Aug., nec non in Agarico ad inferiorem (meridionalem) partem lacus Saggat haud procul a novacculo Niavi ejusdem paroeciæ 14. Aug., semper rarior; deinde seriori vice ad Abborträsk ad Arjeploug Lapponiæ

Pitensis, & ad Kåge in parœcia Skellefteå Bottniæ 23 Aug. — 6 Sept. ab Eodem deprehensa; mihi jam sub itinere meo primo Lapponico 1821 obvia in Ångermannia 15 Sept. rarissime, sed femina in pluribus individuis in fungis terrestribus ad Officinam ferrariam Kengis Lapponiæ Tornensis d. 22 Aug. ejusdem anni detecta.

♂♀. Species insignis & vestitu maris valde singularis; ♀ *Scatophagæ bicolori* p. 2394 primo adspectu haud absimilis, ♂ *Cordyluras* e subdivisione *Okeniæ* mihi, mentiens. *Heteroneuræ albimanæ* & *geomyzinæ* infra quoque accedit & similis, sed fronte antice nuda, nec setosa, coxis longioribus & nervis transversis magis remotis, marem barbatum ut taceam, generice certe discedit. Frons ferruginea, antice pallidior, glabra, postice & in vertice setis circiter 10 validis curvatis nigris. Punctum ocellorum obscurum. Antennæ mediocres flavæ rufæ, seta concolore. Epistoma albidum, in medio carinatum, apice non reflexum; barba maris fusca, seta mystacina feminæ nigra. Palpi & proboscis saltem apice fusca. Occiput convexum rufum. Thorax ferrugineus nitidus, lineis dorsalibus 4 brunneis vel obscuris (in ♂ perspicuioribus), mediis approximatis postice abbreviatis, lateralibus latiusculis utrinque abbreviatis. Setæ laterales nigræ. Pectus in ♂ nigro-maculatum. Scutellum ferrugineum, setis nigris. Metathorax rufus, in ♂ obscurior. Abdomen nigrum nitidum. Alæ abdomine nonnihil longiores, cinereo-hyalinæ, certo situ irisantes, nervo costali crassiori obscuro, interstitio hujus & 2:di longitudinalis langvide fuscano. Nervi præterea ut in *Macrochira* directi, præter transversum ordinarium paullo magis ad marginem retractum. Halteres, & squamæ rudimentariæ, albida. Pedes pallide flavi nitidi subpellucidi, antici: coxis elongatis albidis, femoribus in ♂ nigris basi flavis, in ♀ rufis apice nigris, tibiis rufis l. in ♂ apice nigris, tarsis totis

atris; intermedii immaculati; postici: tibiarumque apice brunneo l. nigro, tarsis nigris.

---

193. CNEMACANTHA Macq. (*Heteroneura* Zett. Ins. Lapp. p. 784 & Dipt. Scand. Dispos. p. 78. 193).

Corpus parvum oblongo-ovatum puberulum parce setosum opacum. Caput rotundatum l. subtransversum. Antennæ epistomate fere duplo breviores, ovales, articulis basalibus brevibus, ultimo compesso, basi seta dorsali nuda seu sub lente brevissime puberula. Frons lata breviuscula opaca & vertex parce setosa. Epistoma infra oculos non descendens, latitudine frontis, perpendiculare, nudum, apice non reflexum. Palpi & proboscis intra aperturam oris sat magnam retracta. Genæ breves. Oculi magni tota capitis latera implentes. Thorax latitudine capitis, modice longus, tenuiter pubescens, setis lateralibus & posticis paucis, sed distinctis. Scutellum mediocre, trigonum, margine 4:setosum. Abdomen oblongo-ovatum pubescens, apice (in ♀) acutum; 5:annulatum, vel, si 1:mum segmentum brevissimum parum observandum numeres, 6:annulatum. Alæ abdomine nonnihil longiores, modice latæ, nervis ut in *Macrochira* directis, sed transversis forte paullulum magis approximatis. Halteres nudi. Squamæ incompletæ. Pedes mediocres, pubescentes, femoribus tenuiter pilosis. Coxæ anticæ modice longæ. *Color* niger. *Motu* sat agilis. *Habitatio* in graminosis. *Differentia sexus; mas:* ignotus; *femina:* ano acuto.

1. *C. muscaria:* nigra opaca, fronte atra; alis leniter fuscanis, costa nigriori; segmento nervi 4:ti longi-

tudinalis 2:do tertio duplo breviori. ♀. (Long. $\frac{3}{4}$ vix 1 lin.).

Macq. Buff. 2. 587. 1. T. 23. f. 9. (antennarum seta supra modum plumata, epistoma nimis longe descendens, oculi justo minores, & nervi transversi nimis approximati exhibentur). — *Heteroneura muscaria* Fall. Agromyzid. 2. 1. ♀. Zett. Ins. Lapp. 384. 1. ♀.

Hab. in Scandinavia valde rara; scilicet in Scania in pratis ad Esperöd semel, beat. *Fallén*; in Smolandia, D. *Boheman*; in Ostrogothia ad Gusum, & in Uplandia ad Holmiam in Berberide, teste D. *Wahlberg*; in Lapponia Norwegica in Dyrön Nordlandiæ unicum specimen 21 Jul. 1821 inveni.

♀. Statura & facies *Muscæ* minutæ, *Agromyza reptante* vix robustior & longior. Tota nigra opaca. Frons atra, setis juxta oculos ab antennis ad verticem utrinque circiter 4, sat validis. Vertex parce setosus. Antennæ mediocres subporrectæ nigræ. Epistoma nigro-cinereum. Thorax opacus. Abdomen subdepressum nitens. Alæ sub-hyalinæ, costa interstitio nervorum costalis & longitudinalis 2:di nigricante, fuscedine ad apicem extensa. Nervus longitudinalis 6:tus omnino nullus. Nervi præterea ut in *Macrochira* directi, transversis modice approximatis. Halteres & squamæ rudimentariæ obscura. Pedes tenuiter setulosi nigricantes l. nigro-picei.

---

194. EAROMYIA Zett. Dipt. Scand. Dispos. p. 78.

Corpus parvum ovatum pubescens setulosum subnitidum. Caput subtransversum, postice truncatum. Antennæ deflexæ, epistomate dimidio breviores, angustatæ, articulis basalibus bre-

vibus, ultimo lineari apice obtuso, basi seta dorsali elongata, (antenna triplo longiori) nuda. Frons lata, latitudine tamen paullo longior, convexa pubescens. In vertice parce setoso ocelli 3 conglomerati. Epistoma modice longum, infra oculos paullulum descendens, perpendiculare, apice non reflexum, circa os pilosulum, sed vix mystacinum. Proboscis fere ut in *Amphipogone.* Palpi parvi filiformes pilosuli. Genæ mediocres. Oculi mediocres l. proportione majusculi, rotundati nudi. Thorax subquadratus, dorso convexus, pubescens, lateribus & postice parce setulosus, utrinque impressus, absque sutura transversa. Scutellum majusculum trigonum convexum pubescens, margine setis 4 distinctioribus. Metathorax brevis. Abdomen ovatum pilosulum. Alæ incumbentes, abdomine nonnihil longiores, latiusculæ, hyalinæ. Nervi perspicui; longitudinales: recti, horum 1:mus (auxiliaris) fere ad medium costæ extensus, duplicatus, 2:dus elongatus paullo ante apicem, 3:tius in apice & 4:tus paullo pone apicem alæ (ubi costalis desinit) excurrentes, paralleli, 5:tus pone medium marginis interioris & usque ad summum marginem descendens, 6:tus evanescens; segmenta nervi 4:ti 1 & 2 subæque longa, 2:dum seu intermedium paullo brevius; transversi perpendiculares recti modice remoti, horum medius apici auxiliaris oppositus, ordinarius pone medium alæ ad marginem paullulum retractus. Costa omnino nuda & spinula nulla. Halteres nudi, capitulo majusculo. Squamæ spuriæ. Pedes mediocres pubescentes vix pilosi. Coxæ mediocres. *Color* niger. *Motu* tarda. *Habitatio* in fruticetis. *Differentia sexus; mas:* ano obtuso; *femina:* ano acuminato. (Genus valde affine & simile *Lonchææ* (p. 2345), sed facie ante oculos leniter prominente, antennis nonnihil brevioribus & præcipue oculis aperte minoribus, distinctum videtur). Nomen generis ab ἔαρ, ver, mutuavi, quia insectum vernale.

1. *E. Lonchæoides:* nigra subnitida, subsetosa, undique pubescens; epistomate cinerascente; segmento ner-

vi 4:ti longitudinalis 2:do tertio $1\frac{1}{3}$ breviori; halteribus nigris. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{3}$ lin.).

Hab. in Svecia verno tempore rarius; feminam in fruticibus prati Krogarängen prope Wadstena Ostrogothiæ die 13 April. 1832 detegit *Dahlbom;* utrumque sexum in floribus Salicis Caprææ in Uplandia ad Holmiam invenerit D. *Wahlberg.*

♂♀. Statura, habitus atque affinitas *Lonchææ,* & *Lonchæam Deutschi* imprimis mentit; sed facie leniter, tamen paullo, ante oculos prominula, antennis nonnihil gracilioribus & oculis perspicue minoribus a *Lonchæa* distincta. Frons pubescens, sed non setulosa, nigra opaca, orbita oculorum tenui cinerea. Vertex setis mediocribus parce armatus. Antennæ nigræ, seta nigra, basi subincrassata. Epistoma latum glaucescens, inferne pilis pluribus brevibus, sed setis mystacinis vix ullis, munitum. Palpi & proboscis nigra. Genæ pubescentes. Oculi mediocres, rotundati, parum perpendiculariter oblongi. Thorax & scutellum nigra subnitida pubescentia, setis ordinariis vestita. Abdomen nigrum nitidum setulosum, oviductu ♀ ad 5:tam abdominis partem erumpente subulato ferrugineo. Alæ subalbido-hyalinæ. Nervi: auxiliaris & secundarius modice approximati; costalis ab apice auxiliaris ad apicem 2:di longitudinalis crassiusculus niger. Interstitium nervorum costalis & secundarii (ad basin alæ) ut in *Lonchæa* sat magnum. Segmenta alarum marginis: 2:dum 1:mo $1\frac{1}{4}$ longius, 3:tium 2:do fere quadruplo brevius, 4:tum antecedente fere æque longum, 5:tum longitudine 1:mi (ad basin costæ), & 6:tum longitudine circiter 2:di. Squamæ sordide albidæ. Halterum clava nigra, petiolo flavo. Pedes picei, pubescentes, femoribus anticis subtus distincte setulosis.

Obs. 1. Hæc species olim *Earomyia fuscipes* in manuscr. a me vocata.

Obs. 2. Affinis est ***Lobiopteræ ludenti*** Wahlb. infra sub genere 197 b.) descriptæ.

---

195 a). ANTHOPHILINA Zett. Ins. Lapp.

Corpus minutum aut minutissimum, oblongum aut subovatum, parvum, pubescens, parce setosum, molle. Caput rotundatum. Antennæ epistomate fere duplo breviores, oblique perrectæ, sessiles orbiculatæ, articulis basalibus brevissimis, ultimo compresso, basi seta dorsali elongata nuda. Frons latiuscula, parum prominens, opaca, utrinque, ut & vertex, parce setosa. Epistoma infra oculos leniter descendens, subperpendiculare seu lenissime declive, parum impressum, utrinque seta mystacina plerumque distincta, raro spuria. Palpi & proboscis retracta, hæc sæpe hamata. Genæ mediocres. Oculi mediocres, l. proportione corporis, majusculi, nudi. Thorax latitudine capitis, absque & impressionibus lateralibus & sutura transversa; ad latera parce setulosus. Scutellum margine setis ordinariis. Metathorax brevis. Abdomen oblongum 5:annulatum (segmento anali non computato), nudiusculum. Alæ incumbentes, abdomine paullo longiores, subangustatæ, hyalinæ. Nervi: longitudinales recti, horum 1:mus (auxiliaris) breviusculus ad 4:tam l. 5:tam costæ partem vix extensus, simplex (secundario nullo), 2:dus paullo ante, & 3:tius in apice, 4:tusque paullo pone apicem alæ (ubi desinit costalis) excurrentes, paralleli, 5:tus in medio marginis interioris & fere ad summum marginem extensus, 6:tus abrupte abbreviatus; transversi perpendiculares recti modice remoti, horum medius mox pone apicem auxiliaris ductus, ordinarius modice a margine distans, fere in medio alæ situs. Squamæ rudimentariæ. Halteres nudi. Pedes simplices, parce & tenuissime puberuli, inermes, præter calcaria minuta in apice tibiarum anteriorum. *Color* obscurus, griseus, cinereus, pallescens. *Mo-*

tu agilis. *Habitatio* in floribus, foliis fruticum & graminosis. *Discrimen sexus; mas:* abdomine lineari, ano obtuso subrotundato; *femina:* abdomine anguste lanceolato, ano acuto, & vix aliter discrepat sexus. *Typus* generis: *A. gracilis.* Hoc genus ab *Agromyza* nervis transversis paullo magis remotis imprimis dignoscitur. Antennarum seta nuda, nec plumata, a *Geomyza* & *Drosophila* aperte distingvitur.

a) corpore nigricante vel cinerascente.

1 *gracilis* Fall. (*Geomyza socculata* Stenh. Zett. Dipt. Scand. Tom. 6. p. 2534 n:o 9) ♂♀. 2 *sordidella* Zett. n. sp. ♂♀. 3 *flavipes* Stæg. (*Anthomyz. gracilis* Fall. var. in descript.) ♂♀. 4 *puberula* Zett. Ins. Lapp. ♂. 5 *nigrina* Zett. n. sp. ♂♀. 6 *frontalis* Fall. ♂♀. 7 *grisea* Fall. ♂♀. 8 *bicolor* Zett. n. sp. ♀.

b) corpore pallescente.

9 *pallida* Zett. Ins. Lapp. (an *Agromyza flava* Meig.?) ♂♀. 10 *læta* Meig. ♀. 11 *flavella* Zett. n. sp. ♀?

Anthophilina.

1. *A. gracilis:* nigricans, fronte, antennis pedibusque pallide flavis; tarsis apice fuscis; vertice obscuro; epistomate albido; alis flavido-hyalinis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 785. 1. ♂♀. *Anthomyza* Fall. (*) Agromyzid. 8. 3. ♂♀. vera. — *Opomyza* Meig. Dipt. 6. 112. 25. *Leptomyza* Macq. Buff. 2. 581. 3.

*) *Anthomyza* est nomen generis in Familia Muscidum ut jam in Dispositione admonui.

Hab. in floribus & graminosis, & locis aridis & humidis, 20 Jun.—15 Sept., sat vulgaris; scilicet in Scania ad Lomma, Esperöd (locis aridis in litore maris), &c., passim; in Ostrogothia ad Gusum, Wadstena &c. frequens; in Gottlandia pluribus locis; in Uplandia ad Stockholmiam, D. D. *Wahlberg* & *Boheman;* in Bottnia boreali ad Johannis Ro; in Jemtlandia boreali ad radicem alpium Åreskutan & Mulfjellen, nec non ad diversorium Skalstugan, minime rara; in Lapponia Tornensi ad Kengis & Karesuando; e Dania a D. *Stæger* communicata. (E Finlandia a Prof. *Sahlberg*, & ex Eldena prope Gryphiam jam 28 Maj 1842 capta a D. *Dahlbom*, mihique missa).

♂♀. Parva elongata linearis. Frons antice ultra medium pallide flava, postice leviter fusca, tota opaca, utrinque ad oculos setulis 3—4 remotis. Vertex fuscus, macula trigona fusca opaca; parce setulosus. Antennæ mediocres, totæ læte flavæ l. citrinæ, seta obscura. Epistoma infra oculos parum descendens, flavo-albidum, orbitis oculorum albis; seta mystacina minuta & setulis oris exiguis. Palpi parvi, & proboscis hamata, flava. Thorax & scutellum nigricantia seu obscure cinerea, parum nitida. Abdomen glabriculum nigrum subnitidum. Venter niger. Alæ subangustatæ subflavidæ, nervis pallidis. Segmentum costæ 2:dum 1:mo quadruplo longius, 3:tium 2:do sextuplo brevius, 4:tum 3:tio æquale. Segmentum vero nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio circiter $1\frac{3}{4}$, vel duplo, brevius. Squamæ sordide albidæ. Halteres flavidi. Pedes toti cum coxis pallide flavi, tenuissime pallide puberuli, tarsorum articulo ultimo fuscano.

Obs. 1. Cfr. quod dicitur de *Leiomyza scatophagina* antea pag.2678.

Obs. 2. Insectum, quod in Tomo 6:to hujus operis p. 2534 n:o 9 sub nomine: *Geomyza socculata* Stenh., descripsi, jam denuo revisum & comparatum deprehenditur tantum esse indi-

viduum *Anthophilinæ gracilis*. E serie specierum deleatur igitur *Geomyza socculata*.

2. *A. sordidella:* thorace griseo, abdomine nigro; fronte antice, antennis pedibusque flavis; tarsis apice nigris; fronte postice verticeque obscuris; epistomate flavo-albido; alis subhyalinis. ♂♀. (Long. ♂ $\frac{1}{2}$, ♀ $\frac{3}{4}$ fere 1 lin.).

Hab. in Scandinavia meridionali rarius; in Scania: ad Björnstorp 26 Jun. 1838 ♀, D. Dahlbom, & ad Abusa & Skarhult mense Augusto utrumque sexum inveni, individuum masculum in graminosis ad Kjellby prope Lund 30 Aug. 1817 quoque legit Studiosus *Segrell*; marem in unico exemplo a D. *Stæger* e Dania obtinui. (Ad Eldena prope Gryphiam unam feminam 28 Maj 1842 & ad Elisenheine etiam prope Gryphiam 2 feminas die 6 Sept. ejusdem anni quoque deprehendit D. *Dahlbom* mihique communicavit. E Finlandia a D. *Sahlberg* missa).

♂♀. Priori similis, sed thorace griseo, nec cinereo, fronte tantum antice flava, nec ultra medium pallide flava, antennis pedibusque saturate flavis l. luteis, nec læte & pure flavis, sine dubio & vere distincta. Frons obscura, antice flava, macula verticis mediocri subtrigona subelevata grisea antice ad medium frontis extensa. Antennæ ut in præcedente, sed intensius flavæ l. fulvæ, superne sæpe leniter subfuscanæ. Proboscis hamata & palpi testaceo-flava. Thorax & scutellum sordide cinerea l. grisea. Abdomen nigrum nitidum, ano ♀ acuto subexserto. Ventrem in ♂ vivo albidum vidi. Alæ sordide flavido-hyalinæ, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio duplo breviori. Halteres pallidi. Pedes toti cum coxis saturate flavi l. fulvi, articulo tantum ultimo tarsorum nigro. Reliqua omnia exacte ut in priori.

= Paranthomyza nitidula. [Czerny 1902

3. *A. flavipes*: nigra nitida, abdominis basi flavo-picea, ventre pallescente; fronte antice, antennis, pedibusque immaculatis, flavis; fronte postice verticeque nigris; epistomate flavo-albido; alis subhyalinis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ lin.).

~ Stæg. in litt. 5 Aug. 1843. *Anthomyza gracilis* Fall. Agromyz. 8. 3. Descript.: "thorace toto, abdominisque dorso nigris, ventre pallido".

Hab. in Scandinavia meridionali & media minus frequens; scilicet in Scania ad Esperöd 1820 primum detecta, sed cum *A. gracili* commixta, deinde ad Lund in plantatione Paradislyckan plures feminas d. 15 Sept. 1838 collegi & in collectione nomine: *Anthophilina pallipes* impositas servavi; in Gottlandia ad Fardhem tres mares 2 Jul. 1841 legi; e Dania sub nomine supra despripto in utroque sexu a D. *Stæger* communicata.

♂♀. A priori, cui simillima, thorace abdominisque dorso nigris nitidissimis, ventre pallido, abdominis basi flavo-picea, ut & tarsis immaculatis, specifice distincta. Nervi transversi quoque in *A. flavipede* magis approximati, ita ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio fere triplo brevius evadat. Caput cum fronte, vertice, epistomate, palpis & proboscide, ut in præcedente constructum & coloratum. Antennæ flavæ l. fulvæ, seta, sub lente puberula, jam fusca jam testacea. Oculi in viva rufi unicolores. Abdominis dorsum basi macula majori l. minori flava l. picea, raro nulla. Venter saltem basi pallidus. Cum segmento anali annulos abdominis 6 numeravi. Halteres albidi. Pedes jam pallide flavi, jam fulvescentes, tarsis semper immaculatis, nec articulo ultimo nigricante. Cetera ut in antecedente.

Obs. Celeberrimum *Fallèn* suam *Anthomyzam gracilem*

describentem, individua nostræ *Anth. flavipedis* etiam ante oculos habuisse, certum est.

Geom. f. Czerny

4. *A. puberula:* cinerea opaca pubescens; fronte antennisque rufescentibus, epistomate pallido, vertice obscuro; ventre pedibusque fusco-testaceis; alis hyalinis. ♂. (Long. vix 1 lin.).

Zett. Ins. Lapp. 785. 2. ♂.

Hab. in Lapponia Tornensi rarissime; ad pagum Muonioniska d. 17 Aug. 1821 specimen descriptum detegi.

♂. Oblonga cinerea opaca pubescens. Caput flavo-ferrugineum. Antennæ rufæ, seta nigra. Setæ verticis sat distinctæ. Setæ mystacinæ paucæ tenues. Thorax distincte pubescens. Abdomen grisescens puberulum, basi & ventre testaceis. Anus obtusus. Alæ albido-hyalinæ, nervis tenuibus, costali crassiori, 6:to longitudinali fere ad marginem alæ ducto, at obsoleto & apice evanescente. Nervus transversus medius apice 1. mox pone apicem auxiliaris ductus. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio tantum $1\frac{1}{2}$ brevius. Pedes rufescenti-testacei subpilosi, lenissime fusco-maculati. Tarsi apice fusci. Proboscis sat magna videtur et fusca; species tamen in hoc genere aptius, quam in ceteris Familiæ locatur.

gen. Acantophthalmus Czerny, 1902, 256. W.e.Z.

5. *A. nigrina:* cinerea opaca puberula, capite concolore; antennis obscuris; pedibus rufo-flavis; alis hyalinis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Svecia media rarissime; in Ostrogothia ad villam Lärketorp in paroecia Mjölby, in fungo putrido 22 Aug. par in copula junctum inveni.

♂♀. Statura *Agromyzæ*, sed nervi transversi *Anthophilinæ*. Opaca. Frons lata cinerea parce setulosa, margine antico angustissime rufescente. Vertex setosus. Antennæ mediocres nigricantes, seta fusca. Epistoma infra oculos paullo descendens, canum, setis mystacinis utrinque tribus distantibus. Instrumenta cibaria retracta. Oculi mediocres rotundi. Thorax cinereus, dorso tenuiter puberulus, ad latera parce setulosus. Scutellum cinereum. Abdomen nigrum l. nigricans subnitidum, in ♂ angustum, in ♀ lanceolatum. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis pallescentibus, costali crassiori obscuro. Nervi transversi remoti: medius auxiliari oppositus, ordinarius subobliquus, paullo pone medium alæ situs, non longe a margine distans. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio tantum $1\frac{1}{2}$ brevius. Halteres albidi. Pedes sordide flavi l. testacei, femoribus tenuiter pilulosis.

6. *A. frontalis:* cinerea opaca pubescens, vertice concolore; fronte, antennis pedibusque pallide flavis, horum anticis nigricantibus coxis pallidis; orbita oculorum epistomateque albidis; alis pallide hyalinis. ♂♀. (Long. fere $\frac{3}{4}$ lin.).

Anthomyza Fall. Agromyz. 7. 1. ♂♀. *Opomyza* Meig. Dipt. 6. 111. 24. *Leptomyza* Macq. Buff. 2. 581. 1. Tab. 23. f. 3.

Hab. in foliis fruticum, floribus Umbellatarum &c. per Sveciam meridionalem & mediam, minus frequens; scilicet in Svecia ad Esperöd, 18 Jul. in copula, & aliis locis capta; in Ostrogothia ad Gusum, D. *Wahlberg*; in Gottlandia semel inveni. (E Finlandia quoque missa).

♂♀. Proxime præcedentibus similis, sed pedibus anticis ob-

scuris mox dignota. Opaca. Frons lata pallide flava, versus posticum utrinque parce setulosa. Vertex cinereus, setulosus. Antennæ mediocres, pallide flavæ, seta sordide testacea. Epistoma infra oculos vix descendens, albo-flavum, orbitis oculorum tenuibus albis. Seta mystacina utrinque vix nisi solitaria, sed setulis sub ore (in genis) aliquot valde exiguis. Apertura oris seu peristomium sat magnum rotundatum, intra quod proboscis & palpi retracta testacea. Oculi mediocres rotundi. Thorax canus, lateribus setulosus. Scutellum obtuse trigonum convexum canum, margine 4-setosum. Abdomen in ♂ angustum subcylindricum cinereum, ano rotundato, in ♀ oblongum cinerascens versus apicem obscurum. Alæ cinereo-l. albido-hyalinæ, nervis tenuibus pallescentibus. Nervi: longitudinales, 2:dus sat longe ab apice alæ excurrens, ad apicem lenissime flexus, 3 & 4 recti paralleli, 6:tus abbreviatus evanescens; transversi modice remoti, perpendiculares. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio circiter $1\frac{3}{4}$ brevius. Halteres albidi. Pedes: antici nigricantes, coxis & femorum ima basi flavo-albis; posteriores toti cum coxis pallide flavi. Femora antica nonnihil crassiora, subtus tenuissime pilosula. Variat rarissime tibiis tarsisque anticis etiam pallidis. Variat quoque rarissime antennis superne (in regione setæ) macula parva fusca.

7. *A. grisea:* cana opaca pubescens, capite subbuccato albicante; antennis & fronte flavis, vertice fusco; pedibus rufo-flavis, femoribus cinereis; alis albido-hyalinis. ♂♀. (Long. vix $\frac{2}{3}$ lin.).

Anthomyza Fall. Agromyz. 7. 2. ♂. genuina. — *Opomyza* Meig. Dipt. 6. 112. 26. (e descriptione Falleni transscripta). — *Leptomyza* Macq. Buff. 2. 581. 2.

Hab. in Svecia meridionali rarissime; scilicet in Scania mas unicus ad Esperöd 20 Jul. 1820 & femina u-

nica in litore maris ad Raflunda (prope Esperöd) d. 27 Jul. ejusdem anni, a me inventi.

Mas: specimen typicum ipsissimum quod ante oculos habuit *Fallèn.* Totus opacus. Caput rotundatum. Frons lata, anterius nonnihil angustior, tota rufo-flava, utrinque parce setulosa. Vertex fuscus vel cinerascens, setulosus. Antennæ parvæ rotundæ rufo-flavæ, seta testacea nuda. Epistoma infra oculos distincte descendens, flavum, seta utrinque mystacina solitaria parva. Proboscis hamata subpendula testacea glabra. Oculi parvi rotundi glabri, orbita tenui alba. Thorax totus canus, puberulus, ad latera setulosus. Scutellum trigonum convexum canum, margine 4:setosum. Abdomen 5:annulatum (segmento anali non computato); canum puberulum subcylindricum, posterius nonnihil angustius, pilosulum, ano rotundato. Incisuræ tenuissime albæ. Venter canus. Alæ albo-hyalinæ, nervis pallescentibus. Nervi: longitudinales recti, 1:mus (auxiliaris) simplex ad 3:tiam costæ partem extensus, 2:dus ante apicem alæ aperte excurrens & 3:tius 4:tusque paralleli æque distantes, 5:tus ad marginem usque descendens, 6:tus nullus; transversi perpendiculares, modice remoti, horum medius auxiliari præcise oppositus, ordinarius in medio alæ situs a margine modice distans. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio duplo brevius. Halteres albi. Squamæ minutæ albæ. Pedes validiusculi tenuiter puberuli rufo-flavi, coxis omnibus cinereis, trochanteribus rufis. Femora antica fere tota cinerea, posteriora in medio late brunneo-cinerea. — Forte caput in vivo pallidius, vel albidum.

Femina: capitis forma, oculi, proboscis, thorax, scutellum, alæ, halteres, squamæ & pedes exacte ut in mare. Frons ut in illo, sed pallidius flava. Antennæ etiam ut in illo, sed pallidiores. Epistoma ut in mare, sed totum album. Abdomen oblongo-ovatum, apice acutum, totum canum, incisuris albidis. — Sine dubio hujus.

Obs. Propter antennarum setam nudam, nec plumatam, hæc species non ad *Geomyzam* vel *Diastatam* referri potest, quod tamen autumavit *Meigen* l. c..

= Op. cad. Mg. Gen. Ama...

8. *A. bicolor:* nigra nitida, pleuris, abdominis disco late, pedibusque totis, flavis; alis cinereo-hyalinis. ♀. (Long. fere $\frac{2}{3}$ lin.).

Hab. in Uplandia ad Holmiam forte rarissime; mihi numquam obvia, sed a Prof. *Boheman* pro describenda in unico exemplo 1842 mutuo benigne communicata.

♀. Per pectoris abdominisque colorem valde distincta. Gracilis. Frons & vertex atra opaca setulosa. Antennæ minores nigræ, seta obscura. Epistoma breve infra oculos haud descendens, nigrum, seta utrinque mystacina unica. Orbita oculorum & genæ breves alba. Instrumenta cibaria retracta. Oculi majusculi rotundi. Thorax nitidissimus niger glaber, ad latera parce setosus. Pleuræ flavæ. Scutellum convexum nigrum nitidum, margine 4:setosum. Abdomen ovale planum glabriculum nitidum flavum, limbo anguste nigro; ano breviter acuto. Venter flavus, limbo laterali nigro. Alæ abdomine paullo longiores, angustatæ (nec ut in *Agromyza* latiusculæ), cinereo-hyalinæ, nervis pallescentibus. Nervi: auxiliaris brevissimus subgeminus (cum secundario approximato ad apicem connexus), longitudinales 2, 3 & 4 recti æque distantes exacte paralleli, 5:tus non ad summum marginem extensus; transversi perpendiculares solito magis approximati, nempe medius mox pone apicem auxiliaris ductus, & ordinarius mox ante medium alæ situs, a margine non multo longe distans. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio saltem triplo brevius. Spinula costæ nulla. Squamæ vix ullæ. Halteres distincti albi. Pedes toti flavi, immaculati.

Obs. *Anthomyza griseola* Fall. generi sequenti inseritur.

b) corpore pallescente.

9. *A. pallida:* testacea opaca, capite, antennis pedibusque pallide flavis, ungvibus nigris; alis pallide hyalinis; abdomine in ♂ fuscano. ♂♀. (Long. ¾ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 785. 4. ♂♀.

Hab. in Scandinavia Jul. Aug. passim, in copula etiam bis deprehensa; scilicet in Scania rarissime; in Ostrogothia ad Gusum & in Westrogothia ad Gothoburgum, D. *Wahlberg;* in Lapponia Umensi ad Wilhelmina, rarius; in Norwegia septentrionali ad Björkvik in Ofodenfjord Nordlandiæ semel; e Dania a D. *Stæger* communicata. (E Finlandia par copulatum misit D. Prof. *Sahlberg).*

♂♀. Genuina *Anthophilina.* Pallescens, elongata angusta tenera opaca. Caput totum pallide flavum, tantum puncto verticis parvo nigro. Frons modice lata, utrinque parce setulosa. Vertex setulosus. Antennæ mediocres ovales pallide flavæ, seta capillari sordida vix nisi nuda. Epistoma infra oculos nonnihil descendens, seta utrinque solitaria. Setulæ sub ore plures valde exiguæ. Apertura oris sat magna. Proboscis hamata testacea. Genæ longiusculæ. Oculi mediocres rotundi nudi, in viva ænei l. virescentes, in mortua ferrugineo-nigri; orbita tenui albida. Thorax testaceus, in bene conservatis leniter albo-micans, ad latera setulosus. Scutellum trigonum convexum testaceum, margine 4:setosum. Metathorax testaceus. Abdomen glabriculum, in ♂ angustum cylindricum testaceum, dorso sæpe (non semper) fuscum l. nigricans, ano rotundato; in ♀ oblongum testaceum, dorso raro infuscatum, ano acuto. Alæ hyalinæ pallescentes, nervis tenuibus pallidis. Nervi: longitudinales recti, horum 1:mus (auxiliaris) simplex brevis, vix 4:tam costæ partem attingens, 2:dus elongatus nonnihil ante apicem, & 3:tius in apice 4:tusque pone apicem

alæ excurrentes, paralleli, æque distantes, 5:tus modice remotus ad marginem continuatus, 6:tus in medio abrupte abbreviatus; transversi perpendiculares mediocriter distantes, horum medius paullo pone apicem auxiliaris situs, ordinarius in medio alæ ductus, a margine modice remotus. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio duplo brevius. Sqamæ rudimentariæ. Halteres albi. Pedes mediocres nudiusculi, toti pallide flavi l. sulphurei, ungvibus solum nigris. Femora præsertim antica subtus pilosula.

Obs. An *Agromyza flava* Meig. Dipt. 177. 31 ("tota flava"), cum nostra identica sit, ob brevem diagnosin dicere non possum. Si fides exactitudini Meigeni figuræ alarum & magnitudinis corporis allatæ ponenda est, differt *Agr. flava* Meig. ab *Anthophilina pallida* nob. alarum nervis transversis paullo magis approximatis & magnitudine (1½ lin. long.) nonnihil majore.

10. *A. læta:* testacea opaca, capite, antennis pedibusque pallide flavis, ungvibus concoloribus; thorace lateribus fusco-lineatis, abdominis dorso nigro; alis pallide hyalinis. ♀. (Long. vix ¾ lin.).

Opomyza læta Meig. Dipt. 6. 111. 23. certe.

Hab. in Scandinavia omnium rarissima, mihi numquam obvia, sed in specimine unico e Dania 1847 a D. *Stæger* pro describenda benigne communicata.

♀. Species pulchra & distincta, Priori proxima, sed vere diversa. Caput transverse rotundatum, totum pallide flavum, puncto verticis minuto nigro. Frons & vertex lata nigro-setosa. Antennæ mediocres ovales pallide flavæ, puncto minuto nigro ad basin setæ. Seta microscopice puberula nigra. Epistoma breve infra oculos non descendens, seta mystacina distincta & setulis oris exiguis. Proboscis testacea. Genæ

breves. Oculi magni tota latera capitis implentes, nudi, in mortua ferrugineo-nigri. Thorax dorso rufo-testaceus, linea utrinque laterali a capite ad abdomen ducta nigricante l. fusca; ad latera parce setulosus. Pleuræ flavæ. Scutellum & metathorax ut in priori. Abdomen oblongum subdepressum feminam prodit; dorso nigrum l. nigricans subnitidum, ventre pallescente. Alæ omnino ut in præcedente, etiam quoad directionem nervorum. Halteres albidi. Pedes mediocres, toti pallide flavi l. sulphurei immaculati, ungvibus certe concoloribus. Femora antica subtus pallide pilosula.

Obs. *Meigen* neque *locum natalem*, neque *magnitudinem*, neque *sexum* pro sua *Opomyza læta* indicavit; quod dolendum, & quantum explorari possit pro *nulla* specie omitendum.

t. Czerny 1902, p. 251 (W. l. 7.) nur Geophila ...

11. *A. flavella:* tota pallide flava opaca; epistomate nudo; alis pallide hyalinis. ♀? (Long. vix ½ lin.).

Hab. in Scandinavia meridionali, mihi in Svecia non obvia, sed in unico exemplo e Dania 1847 missa a D. *Stæger*, simul testante, se in collectione sua pluribus hujus gaudere individuis.

♀? Minuta subopaca. Caput transverse rotundatum. Frons lata depressa inæqualis (an casu?), pallide flava, lateribus & vertice parce pallide setulosis. Punctum ocellorum minutum fuscum. Antennæ minores fulvæ, seta nuda sordida. Epistoma brevissimum infra oculos minime descendens, albidum nudum, absque seta mystacina. Instrumenta cibaria retracta flava. Oculi proportione minores, rotundi nudi, nigro-ferruginei. Thorax supra rufo-flavus impictus, ad latera parce ferrugineo-setulosus. Pleuræ pallide flavæ. Scutellum flavum, margine pallide 4:setosum. Abdomen oblongo-ovatum flavum l. sulphureum, versus apicem paullo angustius, ad latera tenuissime pallide pilosulum. Alæ abdomine paullo longiores;

hyalinæ, subflavidæ, nervis tenuibus pallescentibus. Nervi longitudinales omnino ut in *A. pallida* n:o 9 directi; sed transversi perpendiculares magis approximati, horum medius paullo pone apicem auxiliaris situs, ordinarius in medio alæ ductus, a margine modice distans. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio fere triplo brevius. Halteres albidi. Pedes toti pallide flavi l. sulphurei immaculati. Ungves certo situ fuscescunt. — Ob defectum mystacum genus ambiguum. Statura & habitu *Agromyzæ*, ore nudo *Oscini* accedit, sed fronte epistomateque recedit. Plerasque tamen notas cum *Anthophilina* communes habere mihi videtur, quare in hoc genere ad ulterius speciem pulchram repono, adsentiente *Stægero*. Cum *Drosophila flava:* seta antennarum plumata; cum *Agromyza flava* Meig.: $1\frac{1}{3}$ lin. longa; cum *Oscine (Chlorope* Meig.) *flava* Macq.: metathorace abdominisque segmento ultimo nigris; & tandem cum *Oscine flavella* mihi n:o 56: alarum nervis longe aliter directis, vix confundi potest hæc species illis in multo similis.

---

195 b). AULACIGASTER Macq. (*Ampycophora* Wahlb.).

Corpus parvum robustum oblongo-ovale, glabriculum nitidum, parce setosum, duriusculum. Caput semirotundatum, postice subconcavum. Antennæ epistomate fere duplo breviores, subsessiles, orbiculatæ, articulo ultimo compresso, basi seta dorsali modice longa (antennis circiter dimidio longiori), capillari, nuda. Frons lata convexa, minime prominula, antice transversim fasciolata; glabra opaca, ad latera utrinque bi-l. tri-setosa. Vertex parce setosus. Epistoma breve, infra oculos parum descendens, non carinatum, margine apicali subrotundato l. subobtuso leniter reflexo; seta utrinque mysta-

cina & setulis aliquot oris munitum. Instrumenta cibaria intra os retracta. Proboscis crassiuscula. Prælabrum subprominulum. Genæ mediocres. Oculi magni exserti rotundi nudi, in utroque sexu late remoti; absque orbitis. Thorax latitudine capitis subquadratus, dorso convexus lævis subglaber, lateribus impressus, absque sutura transversa; ad latera parce setosus. Scutellum mediocre convexulum, margine 4-setosum, setis apicalibus remotis. Abdomen late ovale, 6-annulatum, segmentis: 1:mo longiori, ceteris subæque longis; transversim sulcatum, subdepressum subnudum nitidum. Alæ incumbentes, abdomine paullo longiores, modice latæ, obtusæ, hyalinæ. Nervi perspicui: longitudinales recti, horum 1:mus (auxiliaris) ad 3:tiam costæ partem extensus, cum secundario connexus, apice vero sejunctus, 2:dus elongatus vix leniter curvatus nonnihil ante, & 3:tius rectus in summo apice, 4:tusque iterum in medio subarcuatus apice rectus nonnihil pone apicem alæ (ubi desinit costalis), excurrentes, æque distantes; 5:tus paullo recurvatus in medio marginis interioris & ad summum marginem descendens, 6:tus distinctus, sed ante marginem subito abbreviatus; transversi subperpendiculares recti, aperte remoti, horum medius paullo ante apicem auxiliaris ductus, ordinarius fere in medio l. mox ante medium alæ situs, a margine sat longe distans. Segmentum nervi longitudinalis 4:ti 2:dum seu intermedium 1:mo fere duplo longius, at 3:tio seu ultimo fere duplo brevius. Costa subnuda; spinula nulla. Halteres distincti nudi. Squamæ rudimentariæ. Pedes simplices, glabri inermes, antici præsertim breviusculi. *Color* ænescens. *Motu* tardus. *Volatus* brevis. *Habitatio* in succo exstillante arborum. *Differentia sexus; mas:* abdomine incurvo; segmento qvinto proxime præcedentibus paullo longiori, ano obtuso inflexo; *femina:* mare plerumque paullo major robustior, abdomine subrecto, segmento qvinto proxime præcedentibus subæque longo, ano brevissime acuto. *Character generis:* Antennæ oblique porrectæ, sessiles, orbiculatæ. Epistoma breve parum descendens, apice leniter reflexo. Os seta utrinque mystacina. Frons lata, opaca,

non prominula, posterius & vertex parce setosa. Alarum nervi: auxiliaris geminatus, ad tertiam partem costæ extensus, longitudinalis 4:tus paullo pone apicem alæ cum costali desinente connexus; transversi distincte remoti. Corpus ovale, glabriculum, parce setosum, abdomine latiusculo subplano transverse sulcato.

1. *A. rufitarsis:* obscure olivaceus nitidus, abdomine nigro; antennis subtus, tarsisque basi late, flavorufis; fronte intra marginem anticum fasciola, epistomateque linea, transversis fulvis. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Macq. Buff. 2. 580. 1. Tab. 23. f. 2 (male picta). ♀. — *Notiphila ænea* var. *β.* "linea verticis juxta antennas pulchre ferruginea" Fall. Hydromyzid. 1823, p. 11: n:o 11. *Ampycophora tarsata* Walb. Öfversigt af Kongl. Svenska Vetenskaps-Academiens Förhandlingar 1847 n:o 9. p. 261—263. ♂♀. Tab. 7. f. 2.

Hab. in succo stillante arborum Qvercus, Fagi, Sorbi, Betulæ &c., præsertim tempore vernali, sed etiam post solstitium æstivale (a 23 Maj. ad 12 August.) observatus, passim; in copula quoque pluries deprehensus; scilicet in Scania rarius; in Ostrogothia ad Gusum, Lärketorp, Wadstena &c., non parce; in Uplandia ad Haga & Mariæberg prope Holmiam, D. Prof. *Wahlberg*; e Dania mas in unico individuo a D. *Stæger* communicatus.

♂♀. Habitus *Gymnopæ æneæ* p. 2679, sed duplo major. *Notiphilæ æneæ* p. 1926 quoque admodum affinis & valde similis, sed epistomate breviori aliter constructo, ore distincte mystacino, antennis orbiculatis, abdomine transversim impresso, nervis auxiliari duplici, transverso ordinario paullo longius a margi-

ne remoto, loco natali &c., abunde dignotus. Oblongo-ovatus, glabriculus. Caput semirotundatum. Frons subnitida nigra, mox intra marginem anticum linea transversa integra flava l. fulva & summo margine argenteo-albicante. Setæ verticis nigræ. Antennæ mediocres, rufo-ferrugineæ, superne plerumque indeterminate nigræ, seta nigra. Epistoma transversum convexum, certo luminis situ albidum, lineis 2 transversis nigris, margine apicali flavo. Setæ oris nigræ. Apertura oris sat ampla. Proboscis & palpi testacea. Prælabrum fuscum. Oculi magni exserti, in vivo fusco-purpurei, transversim viridi-æneo-trilineati. Thorax nitidus, dorso convexus olivaceus lævis nitidus glaber, ad latera parce setosus, in bene conservatis lineis 3 longitudinalibus brunneis. Pleuræ nigræ. Scutellum olivaceum. Abdomen nigrum nitidissimum non punctatum, in singulo segmento saltem in exsiccatis sulculo transversim impresso. Genitale maris albidum, interdum exsertum; oviductus feminæ retractus; venter basi in utroque sexu testaceus. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis distinctis, costali ab apice auxiliaris nigro. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio fere duplo brevius. Halteres pallidi vel albidi. Pedes nigri, trochanteribus & sæpe geniculis summis testaceis, tarsorum articulis 2 basalibus in vivo albidis, in mortuo pallidis l. flavo-rufis.

"Varietas b. fusca, femorum posteriorum basi sordide testacea, alis ut videtur longioribus, halteribus albis; nuper exclusa. Ad Gusum capta". *Wahlb.* l. c.

Obs. 1. Species hæc a celeberr. Profess. *Wahlberg* l. c. solita Ejus exactitudine plene descripta figurisque fidelibus, caput & alam repræsentantibus, illustrata fuit.

Obs. 2. Ab *Homalura tarsata* Meig., cui etiam appropinqvans, capite setuloso, nec nudo, corpore lævi, nec punctulato, nervo auxiliari duplicato, nec simplici, præter alias notas, toto cælo diversa. — Cfr. præterea Observatio 3:tia sub *Notiphila ænea* hujus operis tomi 5:ti pag. 1928.

196. LEUCOPIS Meig.

Corpus minutum ovatum opacum tenuissime puberulum subnudum, parcissime setosum. Caput subtransversum, antice rotundatum, postice leniter concavum. Antennæ medio faciei insertæ, subporrectæ, sessiles, exacte orbiculatæ, articulis basalibus brevissimis, ultimo compresso, basi seta dorsali mediocri incurva nuda. Frons lata convexa glaberrima nuda. Vertex setis 2 vel 3 parvis. Epistoma infra oculos distincte descendens, perpendiculare, in medio longitudinaliter obtuse carinatum, apice emarginatum, totum nudum. Apertura oris sat magna rotundata. Instrumenta cibaria retracta. Oculi majusculi rotundi nudi. Thorax latitudine capitis, subqvadratus, dorso convexus, lævis, lateribus impressus, absque sutura transversa; tenuiter puberulus, ad latera & postice parce setosus. Scutellum mediocre, obtuse trigonum, convexulum, margine 4-setosum, setis remotis. Abdomen rotundato-ovatum, subdepressum, 5-annulatum, tenuiter puberulum, ad basin plerumque fusco-bipunctatum. Alæ incumbentes, abdomine nonnihil longiores, ante basin margine interiori paullo dilatato; hyalinæ, sæpissime albidæ. Nervi: longitudinales recti, horum 1:mus (auxiliaris) paullo ultra 3:tiam costæ partem extensus, duplex (ambo vero ante exitum in unicum fere connexi), reliqui ut in *Anthophilina*, sed 6:tus paullo longior obsoletior subcurvatus; transversi in disco modice approximati, horum medius vel apici auxiliaris oppositus vel mox pone hujus apicem ductus, ordinarius leniter obliquus, in medio l. mox pone medium alæ situs, a margine paullo distans. Alulæ distinctæ, ovales. Squamæ duplicatæ, perspicuæ licet parvæ. Halteres nudi, clava globosa. Pedes breviusculi simplices validi, glabri inermes. *Color* canus l. albescens. *Motu* agilis; in foliis sæpe qviescens, at perterrita velociter aufugit. *Habitatio* in foliis fruticum. *Differentia sexus; mas:* ano obtuso; *femina:* ano acutiori. — Corpore ovali eximie albicante, fronte glabriore, ore nudo, nervo auxiliari

longiori & geminato, ab *Anthophilina;* corpore opaco, capite impicto, epistomate descendente, ore non mystacino, fronte glabra, abdomine non sulcato, nervis transversis minus distantibus &c., ab *Aulacigastre;* capite nudiori, palpis minoribus, nervo auxiliari longiori & duplicato, a *Milichia;* setis frontis mystacibusque nullis & nervis transversis minus approximatis, ab *Agromyza,* dignoscitur *Leucopis.* *Typus* generis: *L. griseola.*

1 *griseola* Fall. (*Leuc. lusoria* Meig.? *Agromyza punctella* Zett. Ins. Lapp.) ♂♀. 2 *annulipes* Zett. (*Leucop. griseola* Meig., non Fall.) ♂♀. 3 *puncticornis* Meig.? ♂♀. 4 *albipennis* Meig.? (*Leucop. griseola* Zett. Ins. Lapp. e parte — *Agromyza nudiceps* Zett. Ins. Lapp. ♀.) ♂♀. 5 *argenticollis* Zett. n. sp. ♂♀. 6 *cinerella* Zett. n. sp. ♂? 7 *hyalipennis* Zett. n. sp. ♂♀. — *Leucopis tibialis* Zett. n. sp. ♂?

1. *L. griseola:* albo-cinerea, antennis atris; thoracis dorso vittis 2 lateralibus latiusculis brunneis & lineolis 2 mediis tenuibus fuscis; abdominis segmentis 1:mo & 2:do fusco-micantibus, 3:tio nigro-bipunctato; pedibus nigro-cinereis, omnium geniculis posteriorumque tarsorum articulis 2 basalibus rufo-flavis; alis albis. ♂♀. (Long. vix ½ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 786. 1. ♂♀. e maxima parte (exclus. syn. Meig.). — *Anthomyza griseola* Fall. Agromyzid. 8. 4. certissime secundum specimina typica in collectione Falleni. — An *Leucopis lusoria* Meig. Dipt. .6 135. 3? — *Agromyza punctella* Zett. Ins. Lapp. 789. 8. ♂ specimen detritum nigrum

Hab. in foliis fruticum Pini, Populi, Betulæ, cet.,

etiam in graminosis, per hortos, agros, prata & silvas Scandinaviæ, Jun. — Aug., sat vulgaris; scilicet in Scania ad Lund, Lackalänga (ubi pupa in foliis acerosis Pini sylvestris a D. *Dahlbom* capta, exclusa d. 1 Aug.), Esperöd, Östra-Torp, Sjörup, &c., minime rara; in Smolandia, D. *Ljungh*; in Ostrogothia ad Gusum (*Wahlberg*), Wadstena &c.; in Ölandia, beat. *Fries*!; in Gottlandia ex. gr. ad Gothem; in Dalecarlia; in Lapponiis: Umensi ad Lycksele (in fruticibus Pini sylvestris), Åsele, Wilhelmina, &c., passim; Lulensi, D. *Andersson*; in Norwegia ad Evenäs Nordlandiæ, rarius.

♂♀. Minuta. Cinereo-alba, vel viva glauco-alba. Ovata, opaca. Caput totum nudum, vertice tantum parcissime setuloso. Frons sæpe lineolis 2 longitudinalibus obscuris. Antennæ in lamella subelevata faciei cana insertæ, mediocres, atræ, seta nigra. In genis strigula minuta nigra. Oculi majusculi, perpendiculariter suboblongi, orbita subelevata; in viva brunnei. Thorax dorso brevissime fusco-puberulus, lineis longitudinalibus 4, quarum lateralibus subintegris latis dilute brunneis, mediis tenuibus fuscis sæpe obsoletis; pictura hæc in vetustis plerumque minus perspicua. Abdominis segmentum 1:mum totum griseum l. dilute brunneum, 2:dum in medio punctis 2 parvis rotundis approximatis nigricantibus, interdum parum conspiciendis. Alæ albæ, nervo costali sæpe obscuro. Nervi transversi ita approximati, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio fere triplo brevius evadat. Segmentum costæ 2:dum 1:mo circiter $1\frac{1}{2}$ longius, 3:tium 2:do fere quadruplo brevius, 4:tum 3:tio fere æquale, 5:tum longitudine 1:mi, 6:tum 5:to æquale. Præterea nervi longitudinales ut in descriptione generis. Costa nuda; spinula nulla. Squamæ albæ. Halteres nivei. Pedes nigricantes l. nigro-cinerei, geniculis omnibus ferrugineis. Tarsi posteriores articulo primo longiori toto, & 2:do fere ad apicem, flavis l. rufo-flavis.

2. *L. annulipes:* albo-cinerea, antennis atris; thoracis dorso vittis 2 lateralibus latiusculis brunneis & lineolis 2 mediis tenuibus fuscis; abdominis segmentis 1:mo & 2:do fusco-micantibus, 3:tio nigro-bipunctato; pedibus flavo-rufis, coxis totis, femoribus fere ad apicem, annulisque tibiarum, fuscis; alis albis. ♂♀. (Long. $\frac{3}{4}$ fere 1 lin.).

Leucopis griseola Meig. Dipt. 6. 134. 1. T. 60. f. 28. (exclus. syn. Fall., quod ad sequentem pertinet). — Macqv. Buff. 2. 582. 1. Tab. 23. f. 4.

Hab. in Svecia meridionali Jul. Aug. minus frequens, in boreali rarissime; in Scania ad Sjörup a D. *G. Möller*, & ad Esperöd in paroecia Mellby a me, inventa; in Lapponia Umensi ad Barrsele semel legi & olim ad *L. griseolam* retuli. (Ex Hamburgo a D. *von Winthem* etiam communicata).

♂♀. Priori certe simillima, sed magnitudine duplo majore, tibiis basi apiceque late, tarsisque totis rufo-flavis, sine dubio distincta. Antennæ in bene conservatis latere interiori inferne leniter albo-micantes. Frons plerumque sat perspicue obscure bilineata. Palpi nigri; proboscis testacea? Pedes omnes rufescentes l. rufo-flavi, coxis, trochanteribus, femoribusque fere ad apicem nigro-cinerascentibus. Tibiæ medio annulo fusco, in posticis plerumque latiori. Reliqua ut in præcedente.

3. *L. puncticornis:* albo-cinerea, antennis atris, basi intus puncto albo; thoracis dorso vittis 2 lateralibus latiusculis brunneis & lineolis 2 mediis tenuibus fuscis; abdominis segmentis 1:mo & 2:do fusco-micantibus, 3:tio nigro-bipunctato; pedibus nigro-cinerascentibus, genicu-

lis tarsorumque omnium articulis 3 basalibus rufo-flavis; alis albis. ♂♀. (Long. vix ½ lin.).

Meig. Dipt. 6. 134. 2?

Hab. in Svecia meridionali & media, Jun. Jul., minus frequens; scilicet in Scania ad Fogelsång prope Lund, & ad Esperöd, rarius; in Blekingia parce; in Ostrogothia ad Wadstena in foliis fruticum Qvercus uterque sexus. (Ad Gryphiam a D. *Dahlbom* quoque rarius lecta).

♂♀. A *L. griseola*, cui magnitudine, statura, colore & omnibus simillima, differt solummo puncto ad basin antennarum intus albido, & tarsis omnibus, nec tantum posterioribus, latius rufescentibus. Oculi in viva obscure brunnei. Thoracis lineæ 2 mediæ tenuissimæ. Tarsi omnes rufescentes l. rufo-flavi, articulis apicalibus 2, interdum tantum ultimo, nigricantibus vel fuscis.

Obs. Exemplum simile sub nomine: "*Leuc. puncticornis* Meig." D. *Stæger* Sept. 1838 mihi misit.

4. *L. albipennis:* albo-cinerea, antennis atris; thoracis dorso vittis 2 lateralibus latiusculis brunneis obsoletis & lineolis 2 mediis tenuissimis parum conspiciendis fuscis; abdominis segmentis 2:mo & 2:do dilute fusco-micantibus, 3:tio obsolete nigro-bipunctato; pedibus nigricantibus, geniculis rufis; alis lacteis. ♂♀. (Long. ½ lin. & paullo ultra).

Meig. Dipt. 6. 135. 4? Macqv. Buff. 2. 582. 2? *Leucopis griseola* Zett. Ins. Lapp. 786. 1 (e parte, nempe specimen ♂ e Kengis). *Agromyza nudiceps* Zett. Ins. Lapp. 789. 9 (specimen femineum detritum).

Hab. in fruticibus Sveciæ & Lapponiæ Jun. — Aug. rarius; scilicet in Scania ad Esperöd, parce; in Lapponiis: Umensi ad Lycksele semel; Tornensi ad Kengis & Muonioniska rarissime.

♂♀. Prioribus iterum valde similis & affinis, sed a *L. griseola* tarsis etiam posterioribus nigris; ab *annulipede* magnitudine paullo minore & pedibus maxima ex parte nigris; a *puncticorni* quoque pedum colore nigriore & defectu puncti albidi ad antennarum basin; & ab omnibus pictura thoracis abdominisque obscura obsoletiori, illius interdum tantum vestigio. Frons nigra, linea media & orbitis oculorum albidis. Pedes cinerascenti-nigri, geniculis tantum anguste rufescentibus. Alæ forte nonnihil albidiores quam in antecedentibus.

Obs. Pictura thoracis in nostra specie paullo aliena, quam qualis in descriptione Meigeniana dicatur, excitat dubium de identitate.

5. *L. argenticollis:* cinereo-alba, thorace immaculato; antennis atris; abdominis segmentis 1:mo & 2:do dilute fusco-micantibus, 3:tio obsolete nigro-bipunctato; pedibus nigricantibus, geniculis tarsorumque omnium articulis 3 basalibus rufo-flavis; alis albis. ♂♀. (Long. vix $\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Svecia valde rara; in Scania ad Lund ♂ semel; in Gottlandiæ insula Fårön in Pinu sylvestri 12 Jul. 1819 etiam unicum individuum femineum inveni.

♂♀. Per thoracem insigniter albicantem immaculatum a ceteris dignoscitur. Præterea *L. puncticorni* n:o 3 proxima & similis, sed nullum punctum album ad antennarum basin de-

tegere potui. Frons & corpus eximie alba. Pedes nigro-cinerei, genubus tarsorumque articulis 3 primis pallescentibus, articulis 2 ultimis fuscis. Alæ albæ. Pictura abdominis obsoleta.

6. *L. cinerella:* cinerea, thorace immaculato; antennis atris; abdominis segmentis 1:mo & 2:do dilute fusco-micantibus, 3:tio obsolete nigro-bipunctato; pedibus nigricantibus, geniculis tarsorumque omnium articulis 4 basalibus rufo-flavis; alis albidis. ♂? (Long. $\frac{1}{8}$ lin.).

Hab. in Gottlandia rarissime; individuum unicum tantum lustravi.

♂? Corpore sordide cinereo, parum albicante, & thorace immaculato, a præcedentibus dignoscitur. Frontis lineæ fuscæ rudimentariæ. Thorax sordide cinereus, rudimento linearum fuscarum. Abdomen cinereum, basi pictura ordinaria, sed valde obsoleta; in mortua incurvum. Alæ albo-hyalinæ. Pedes nigro-cinerei, geniculis omnibus & tibiarum anteriorum apice rufescentibus. Tarsi omnes rufo-flavi, articulo ultimo fusco.

7. *L. hyalipennis:* cinerea, thorace immaculato; antennis atris; abdominis segmentis 1:mo & 2:do dilute fusco-micantibus, 3:tio obsolete nigro-bipunctato; pedibus nigricantibus, metatarso flavido; alis hyalinis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{3}$ lin.).

Hab. in Gottlandia: in cumulo illo insigni arenoso, Olle Hau dicto, in insula Fårön 24 Jul. 1841 tres mares totidemque feminas inveni; ad vicum Slitö d. 19

ejusdem mensis unicam feminam quoque legi; nec alibi mihi obvia.

♂♀. Minutissima. Obscure cinerea, alis parum albidis ab aliis mox dignota. Frons modice lata, cinereo-nigricans. Epistoma canum. Antennæ atræ. Thorax puberulus immaculatus. Abdominis pictura basalis ut in prioribus, sed sat evanida. Alæ cinereo-vel sordide hyalinæ, irisantes. Halteres nivei. Pedes nigricantes, tarsorum articulo 1:mo seu metatarso tantum flavido.

Obs. In observationibus meis entomologicis pro anno 1834 annotavi:

"*Leucopis tibialis:* cana l. albo-cinerea; antennis atris; abdomine nigro-bipunctato; pedibus nigricantibus, geniculis, tibiis tarsisque testaceis; alis albis. ♂? (Long. circiter ½ lin.)".

"Hab. in Westrogothia, ubi a D. *Boheman* inventa."

"♂? Simillima *L. griseolæ*, sed fronte thoraceque subimmaculatis, abdominis punctis obsoletis vix conspiciendis & tibiis testaceis, distincta. Reliqua ut in *L. griseola*". — Sed cum specimen, e quo descriptionem confeci, mutuo acceptum, jam remisi, de hac specie, quæ præter tibias totas testaceas *L. argenticolli* valde similis videtur, jam nihil amplius dicere habeo.

---

197. MILICHIA Meig.

Corpus parvum ovatum opacum, undique pubescens & setulosum. Caput transversum, hemisphæricum. Antennæ sub mar-

gine frontis insertæ, epistomate paullo breviores, subporrectæ, remotæ, sessiles, orbiculatæ, articulis basalibus brevissimis, ultimo compresso, basi seta dorsali mediocri nuda. Frons latissima non prominula, glabra fortiter setosa, setis utrinque subquatuor. Vertex setosus. Ocelli 3 conglomerati. Epistoma infra oculos paullo descendens, latum, impressum, margine apicali subreflexo subintegro; setis mystacinis utrinque unica distincta aut subbinis & setulis sub ore pluribus. Apertura oris ampla. Palpi (in nostris) subdilatati compressi. Proboscis retracta crassiuscula. Oculi magni rotundi (in *M. palposa* oblongi). Thorax latitudine capitis, robustus, convexus, pubescens, lateribus & postice valide setosus; ad latera haud impressus, absque sutura transversa; sed in thoracis postico mox ante scutellum interdum lineola transversa parum profunde impressa. Scutellum obtuse trigonum, convexum, margine valide 4:setosum, setis æque remotis. Abdomen breviter ovatum, leniter convexum l. subdepressum, 5-annulatum (nec ut in Dispositione p. 79 4-annulatum), segmento 1:mo brevissimo, reliquis subæque longis; pubescens, parce setulosum. Alæ incumbentes, abdomine longiores, latiusculæ, ante basin margine anteriori subdilatatæ; hyalinæ. Nervi: longitudinales recti, horum 1:mus (auxiliaris) ad 3:tiam partem costæ extensus, simplex, 2:dus elongatus, paullo ante apicem, & 3:tius in summo apice (cum costali ibi desinenti conjunctus), 4:tusque paullo pone apicem alæ, excurrentes, subæque distantes, sed ad apicem sæpe paullo divergentes, nec ut in priori subparalleli, 5:tus in medio marginis interioris & usque ad marginem descendens, 6:tus sæpissime subobsoletus, paullo ante marginem abbreviatus; transversi modice approximati, subperpendiculares, horum medius mox pone apicem auxiliaris ductus, ordinarius fere in medio l. mox pone medium alæ situs, a margine sat longe remotus. Alulæ distinctæ, ovales. Costa nuda, sed segmentum 1:mum lenissime arcuatum ad apicem seu ad anastomosin nervi auxiliaris, sæpe spinula brevi armatum. Squamæ rudimentariæ. Halteres nudi. Pe-

343

des breviusculi validi, præter calcaria parva in apice tibiarum inermes, brevissime & tenuiter pubescentes, femoribus anticis subtus parce pilosulis. *Color* (in nostris) obscurus, cinerascens. *Motu* agilis; reptans. *Habitatio* in foliis fruticum & truncis arborum viventium. *Discrimen sexus; mas:* ano obtuso; *femina* ano acutiori. — Fronte setosa, epistomatis margine antico subelevato, mystacino, nervo auxiliari simplici ad apicem sæpe spinula munito, corpore obscuriore &c., a *Leucopi;* & ore subreflexo, nervis transversis minus ad basin retratis, &c., ab *Agromyza* distingvitur *Milichia. Typus* generis: *M. ornata.* (Pro specie gallica *M. speciosa* Meig. proprium genus nomine *Argyrites* Latr. apte reservandum).

1 *ornata* Zett. Ins. Lapp. (*M. maculata* Meig.?) ♂♀. 2 *formosa* Löw. (*Ochtiphila litorella* Fall. var. b.) ♀. 3 *boletina* Zett. n. sp. ♂♀. 4 *palposa* Zett. n. sp. ♂♀. 5 *tarsuta* Zett. n. sp. ♂♀.

Species dubia:

M. pulchra Walhb. n. sp. (an *M. formosæ* Löw. var,?) ♂♀. = maculata Mg. t. Becker

1. *M. ornata:* cinerea, epistomate toto albo; antennis fulvis, basi & macula supera nigris; palpis pedibusque flavis, his brunneo-maculatis; abdomine punctis 6 brunneis; alis hyalinis, nervis transversis fuscedine cinctis, macula costali ad apicem nervi auxiliaris nigra. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{2}$ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 787. 1. ♂♀. *Milich. maculata* Meig. Dipt. 6. 132. 2?? Macq. Buff. 2. 583. 2?? Löw. Ent. Zeit, 1843. 4. p. 324. 1??

Hab. in foliis Salicum, truncis arborum viventium,

earumque succo exstillante, & fungis arboreis (Boletis), Jul. Aug. passim, mihi in Lapponia & Svecia media tantum obvia, in meridionali non observata, quantum noverim; scilicet in Ostrogothia ad Gusum *(Wahlberg)*, Lärketorp & Wadstena, ipse; in Lapponia Umensi ad Lycksele & Wilhelmina; in Norwegia ad Bossekop Finmarkiæ rarius.

♂♀. Robusta ovata opaca. Frons subdepressa cinerea, vittis 2 latis obscurioribus; seu exactius obscure cinerea, orbitis oculorum & macula in vertice trigona canis; tota opaca, utrinque setis 4 nigris recurvis æquali spatio remotis ornata. Vertex & regio ocellorum parce setosa. Antennæ majusculæ, remotæ, articulis 2 basalibus brevissimis atris, horum 2:do superne setula munito, ultimo flavo, superne ante basin setæ macula nigra, seta obscura articulo 1:mo flavido. Epistoma breve, apice e latere visum leniter prominulum, totum argenteo-album; inferne utrinque setis mystacinis subbinis (nec plures numero). Genæ setulis pluribus erectis munitæ. Palpi subexserti latiusculi flavi, nigro-pilosuli. Proboscis sordide testacea. Oculi rotundi, latere infero subrecto. Thorax læte cinereus, dorso nigro-setoso immaculato, pleuris vittis 2 horizontalibus brunneis, una in medio, altera (superiori) mox sub alis a capite ad metathoracem extensa. Scutellum læte cinereum. Abdomen cinereum pubescens & setulosum, in singulo segmentorum 3, 4 & 5 punctis 2 mediocribus subtriangularibus & ad latera maculis aliquot indeterminatis, brunneis. Alæ latæ, albido-vel cinereo-hyalinæ, nervis distinctis. Nervi transversi fuscedine cincti, horum ordinarius sat longe a margine distans. Ad apicem nervi auxiliaris macula punctiformis nigra. Ad anastomosin nervorum longitudinalium 2 & 3 adest etiam macula parva fusca, & nervus auxiliaris in medio tandem leniter obscure tinctus, sed nullam aliam picturam alarum in novem meis speciminibus observavi. Ner-

vi longitudinales 2, 3 & 4 ad apicem paullo divergentes. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio triplo brevius. Squamæ & halteres albida. Pedes toti luteo-flavi, femoribus plerumque macula superna, tibiis semper annulis 2, uno ad basin altero ad apicem, & tarsis, fuscis, horum articulis basi anguste pallidis.

Obs. Cel. Prof. *Löw* contendit l. c. Meigeni *M. maculatam* & meam *M. ornatam* varietates tantum unius ejusdemque speciei esse; sed in Meigeni descriptione suæ speciei, allatæ notæ: "seta mystacina utrinque *unica*, antennæ *fulvæ*, thorax cinereus *striis* 3 *obscuris*, scutellum *obscure striatum*, abdomen *linea* dorsali *brunnea*, femora *nigra* apice rufo-flava, tibiæ rufo-flavæ annulo *medio* nigro", comparatæ cum nostra specie, ubi: setæ mystacinæ utrinque *duæ*, antennæ basi *atræ*, thorax supra *immaculatus*, scutellum *immaculatum*, abdomen *linea* dorsali *nulla*, femora *rufo-flava* superne macula obsoleta fusca, tibiæ rufo-flavæ annulis *duobus* nigris, describuntur, identitati nimis repugnare videntur. Cel. *Löwii* diagnosin perbrevem, & perdiffusam descriptionem Ejusdem *Milichiæ maculatæ*, quam eandem ac Meigeni esse autumat, equidem perlegi, sed ex his dubia non tolluntur & nullas rationes inveni allatas eam sententiam mutandi, nostram *M. ornatam* a Meigeni *M. maculata* esse distinctam. Præterea in 6 masculis & 3 femineis exemplis, quæ ante oculos habeo, notas allatas ne quidem in puncto variare observavi.

2. *M. formosa:* obscure cinerea, thorace brunneo-lineato; epistomate albo, superne atro; antennis, palpis pedibusque nigris; alis hyalinis, nervis transversis fuscedine cinctis. ♀. (Long. circiter $1\frac{1}{4}$ lin.).

Löw. Ent. Zeit. 1843. 4. p. 328. 2. ♀. — *Ochtiphila litorella* var. b. ♀ Fall. Ochtidiæ p. 10. 3. certe.

Hab. in Svecia rarius; in Scania semel; in Ostrogothia ad Lärketorp, Wadstena & Hagalund mense Julio

5 specimina inveni in truncis vivis Populi tremulæ.

♀. Valde distincta. Obscura opaca. Frons & vertex omnino ut in priori etiam quoad setas. Summus frontis margo sæpe pallidus. Antennæ mediocres nigræ, seta nigra. Epistoma ut in priori constructum, argenteo-album, sub antennis nigrum. Setæ mystacinæ utrinque subtres nigræ, & setulæ oris plures. Palpi subexserti & proboscis crassa, nigra. Oculi rotundi, latere infero subrecto. Thorax cinereus, versus latera & postice nigro-setosus; dorso lineis 3 brunneis subintegris, quarum media tenui, lateralibus ab humeris ad radicem alarum latioribus. Pleuræ canæ, vittis 2 horizontalibus brunneis ut in præcedente. Præterea in interstitiis inter vittas dorsales brunneas vestigium lineolæ tenuis interruptæ dilute brunneæ, in qua series setarum locata. Scutellum parum convexum cinereum, lineola media brunnea ante apicem evanescente; sæpe obsoleta. Abdomen cinereum, segmentorum basi maculis brunneis, in fascias transversas inæquales sæpe dilatatis. Abdomen detritum nigricans subnitidum. Oviductus plerumque ad longitudinem segmenti 5:ti exsertus, crassiusculus niger. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis transversis infuscatis. Puncta fusca ad apicem nervi auxiliaris & anastomosin nervorum longitudinalium 2 & 3 ut in priori, sed minora & multo obsoletiora. Nervi longitudinales 2, 3 & 4 ad apicem minus divergentes & transversus ordinarius minus longe a margine remotus, quam in priori; 6:tus longitudinalis perspicuus fere ad marginem continuatus. Spinula costæ minuta. Halteres & squamæ albida. Pedes nigri, tarsis piceis; in junioribus toti nigro-picei. Femora præsertim antica pilosula.

3. *M. boletina:* cinerea, epistomate toto albo; antennis fulvis, basi & macula supera nigris; palpis pedibusque flavis, his brunneo-maculatis; abdomine punctis 6 brunneis; alis hyalinis immaculatis, puncto costali ad

apicem nervi auxiliaris nigro. ♂♀. (Long. vix $\frac{3}{4}$ lin.).

Hab. in Boletis & truncis arborum viventium Populi tremulæ per Sveciam mediam mense Julio minus frequens; scilicet in Ostrogothia ad Lärketorp & Wadstena 2 mares totidemque feminas inveni; in Gottlandia specimen masculum quoque deprehendi. (E Finlandia a Prof. *Sahlberg* etiam communicata).

♂♀. *M. ornatæ* ut ovum ovo similis, sed magnitudine constanter duplo & ultra minore & nervis transversis non infuscatis differt. Alæ hyalinæ, nervis tenuibus immaculatis, tantum puncto minuto atro in sinu nervi auxiliaris & costalis. Reliqua omnia exacte ut in *M. ornata.* Oculi in viva ferruginei æneo-micantes, linea media transversa purpurea.

= ludens Wahlb.

4. *M. palposa:* nigra, palpis magnis exsertis rotundatis antennisque concoloribus; epistomate cinereo-micante; oculis oblongiusculis; alis hyalinis immaculatis. ♂♀. (Long. 1 fere $1\frac{1}{4}$ lin.).

Hab in Svecia meridionali & media rarius; scilicet in Scania ad Abusa verno tempore semel; in Ostrogothia ad Lärketorp tria specimina mense Julio 1815 inveni; in Uplandia ad Nacka prope Holmiam mense Majo 1834, beat. *B. F. Fries.*

♂♀. Colore corporis partiumque nigro & oculis suboblongis a prioribus recedit, sed statura corporis, fronte setosa, antennarum epistomatisque forma, setis mystacinis, palpis magnis, alarum segmento 1:mo convexo apice spinuloso, structura & pubescentia pedum, &c., illis accedit. Nigra, opaca. Frons subconvexa, ut in præcedentibus setosa. Antennæ omnino ut

in *M. formosa.* Epistoma breve perpendiculare, apice parum reflexo; totum cano-micans, setis utrinque mystacinis subtribus & setulis infra os pluribus exiguis. Palpi magni, magnitudine & forma antennarum, nigri pilosuli. Proboscis nigra. Oculi magni suboblongi (ut in Meigeni Tab. 60. fig. 21), fere tota capitis latera implentes; in mortua nigri. Thorax robustus, ad latera & postice setulosus. Scutellum mediocre subconvexum nigricans. Abdomen ovale subdepressum nitidum pubescens. Alæ latæ, pure hyalinæ. Nervi: longitudinales 2, 3 & 4 paralleli, 6:tus nullus; transversi perpendiculares, distincte remoti, horum medius apici auxiliaris præcise oppositus, ordinarius nonnihil pone medium alæ ductus, a margine non multo longe remotus. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio $1\frac{1}{4}$ vix $1\frac{1}{2}$ brevius. Interstitium nervorum auxiliaris & costalis (segmentum costale 1:mum efficiens) oblongum, angulo antico acuto leniter divulso & spinula parva terminato, ut in figura Meigeni 23 *Milichiæ ornatæ.* Squamæ rudimentariæ fuscæ. Halteres nigricantes. Pedes jam toti nigri, jam nigri tarsis piceis, raro toti picei.

= Phyllomyza securicornis, Fall.

5. *M. tarsata*: nigra, palpis magnis exsertis rotundatis antennisque concoloribus; epistomate cinereo-micante; tarsis pallidis; oculis rotundis; alis hyalinis immaculatis. ♂♀. (Long. $1-1\frac{1}{8}$ lin.).

Hab. in pratis graminosis rarius; scilicet in Ölandia ad Gärdslösa d. 10 Jul. 1819 unicam feminam detegi; in Gottlandia ad Öja 2 mares & 3 feminas d. 7—8 Jul. 1841 inveni.

♂♀. Magnitudo fere, statura, color corporis & structura partium omnino ut in præcedente, sed tarsis flavis, oculis rotundatis & loco natali differt. Frons ut in præcedente. Antennæ proportione paullo majores quam in illa, orbiculares, a-

træ, seta elongata nuda nigra. Epistoma ut in præcedente. Palpi magni exserti oblongi, antennis nonnihil longiores, compressi, atri pilosuli. Proboscis retracta nigra. Genæ longiusculæ. Thorax robustus niger parum nitidus, supra sordide l. leniter obscure cinereo-micans, puberulus, ad latera & postice setosus. Scutellum concolor. Abdomen nigrum subnitidum oblongum, in ♀ distincte acutum. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis tenuibus pallescentibus, costali crassiori obscuriori. Nervi longitudinales ut in priori, sed transversi paullulum magis approximati, ita ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio fere $2\frac{1}{4}$ brevius evadat; horum medius mox pone apicem auxiliaris (nec ejus apici præcise oppositus) ductus, sed ordinarius omnino ut in *M. palposa* situs. Interstitium nervorum auxiliaris & costæ fere paullo brevius & angustius, quam in præcedente, spinula ad apicem auxiliaris valde minuta. Squamæ rudimentariæ fuscæ. Halteres fusci, clava sordide albida. Pedes nigri, tarsis albidis. Variat pedibus nigris, geniculis & saltem tibiis anterioribus sordide albidis.

Obs. Caveas ne hanc cum *Agromyza sordida* n:o 46 confundas.

Species dubia:

M. pulchra: cinerea, epistomate argenteo; palpis nigris; antennis, thoracis lineis, abdominis punctis, pedibusque, fuscis; alis hyalinis, nervis transversis infuscatis. ♂♀. (Long. saltem $1\frac{1}{2}$ lin.).

Wahlb. in litteris 1840. An *M. formosa* Löw. et nob.?

Hab. in Ostrogothia ad Gusum in Polyporis cum *M. ornata*, D. *Wahlberg*.

♂♀. Cum speciem ipsam non vidi & tantum secundum descriptionem a Professore *Wahlberg* datam cognosco, hanc descri-

ptionem, qualem a Cel. Detectore acceperim, intactam reddo. "*M. ornata* fere major, statura & moribus similis. Cinerea. Vertex (frons) macula nigra bipartita, apicibus retro versis. Margo ocularis (orbita oculorum) cinereus. Antennæ rotundatæ nigro-fuscæ, seta nuda basi pallida. Clypeus (epistoma) brevis latissimus argenteus, genis nigris. Setæ mystacinæ utrinque 2. Thorax cinereus, medio linea latiori fusca & utrinque linea punctorum pro setis; & ad latera pectoris lineis utrinque 3 latis nigro-fuscis, lineis 2 ejusdem latitudinis albo-cinereis distinctis. Scutellum cinereum, medio infuscatum vel unicolor. Abdomen nigro-cinereum, macula in segmento 3, 4 & 5 utrinque nigro-fusca marginali basali. Pedes toti nigro-fusci. Alæ nervis transversis & apice secundarii (auxiliaris nobis) infuscatis, interstitio inter costam & nervum secundum dilutius quoque infuscato. Halteres albi. Palpi nigri." *Wahlberg.* — Forte varietas *M. formosæ* n:o 2?

---

197 b). LOBIOPTERA Wahlb.

Corpus parvum robustum obtuse ovatum, postice subdepressum; setulosum subopacum. Caput magnum, thoraci arcte applicatum, subsemiglobosum, occipite concavo. Antennæ epistomate dimidio fere breviores, oblique porrectæ, articulo ultimo rotundato compresso puberulo, seta dorsali antenna saltem triplo longiori, nuda, capillari, basi leniter incrassata. Frons non prominula. Vertex (frons) undique setulosus, setis ad latera & ocellos longioribus munitus. Epistoma vertice brevius, subperpendiculare; area intermedia infra oculos non descendente, modice impressa, medio longitudinaliter carinata, apice haud reflexa, margine apicali subtruncato vix leniter emarginato; inferne carina vibrissata utrinque in genam continuata.

Vibrissæ distinctæ ad medium epistomatis adscendentes, superiores longiores. Genæ infra oculos descendentes setosæ. Apertura oris mediocris. Prælabrum angustissimum prominens. Palpi magni porrecti spathulati setulosi, capitulo proboscidis geniculatæ piloso latiores & fere longiores. Oculi magni tota capitis latera occupantes, elliptici nudi, in utroque sexu sat late remoti. Thorax magnus, abdomine brevior at multo crassior, subquadratus convexus setulosus, postice setosus. Scutellum majusculum, trigonum planiusculum, setis marginalibus 4, quarum 2 apicalibus & una utrinque laterali. Abdomen depressum, 6:annulatum, segmentis 1 & 6 brevibus, 3 & 4 mediocribus, 2 & 5 longioribus. Alæ incumbentes, abdomine paullo longiores, latæ ovatæ, obtusæ. Nervi perspicui. Costa firma, oculo armato tenuiter puberula, basi spinulis paucis; ad exitum nervi secundarii abrupta & cum illo lobulum proprium, ad tertiam fere alæ partem productum, apice omnino liberum, ibique spinula gemina munitum formans; deinde in fundo sinus interlobularis cum nervo auxiliari coalita crassior rursus incipiens & demum inter exitum nervi longitudinalis 2:di & 3:tii paullo ante apicem alæ abrupte desinens. Nervus secundarius obsoletus, ab auxiliari evidentiori separatus & apice sinu lobuli costalis distinctius ab illo remotus. Nervi longitudinales: 2, 3 & 4 recti, subparalleli, apice vix divergentes & æque distantes, horum 3:tius in apice alæ excurrens; 5:tus a 4:to apice late divergens; 6:tus longe remotus, obsoletus, ad marginem non excurrens. Segmenta nervi 4:ti 1:mum & 3:tium subæque longa, 2:dum seu intermedium brevius. Nervi transversi remoti, recti, subobliqui, horum medius lobuli costalis apici fere oppositus, ordinarius nonnihil pone medium alæ ductus, a margine interiori haud longe distans. Alulæ mediocres. Squamæ parvæ, spuriæ. Halteres capitulo majusculo. Pedes firmi, mediocres, simplices, breviter spinulosi; coxis anticis magnis, antice carina in dentem magnum obtusiusculum terminata, anterioribus longius spinosis; tibiis leniter incurvatis; tarsis tibia fere longioribus, articulis sensim decrescentibus. *Color* niger.

Habitatio in ligno cæso & truncis emortuis decorticatis. *Motus & mores:* parum timida, celeriter circumcurrit, sese in rimis interdum occultans, mox vero rursus prospectat iterum revertens, moribus catulo Felis Canisve ludenti haud dissimilis. Invite avolat; manum observatoris adductam adscendit seque hinc inde sub vestimentis condit. *Discrimen sexus; mas:* epistomate longiori quam lato, inferne nonnihil dilatato, oculis minus remotis ita ut frons cum vertice latitudine duplo longior, abdomine subrotundo-elliptico, apice rotundato, setoso, segmentis quinto quam in femina latiori, convexiori, magis rotundato, sexto subtus tuberculo parvo, rotundato, veluti lamellis duabus conniventibus formato; *femina:* epistomate breviter transverse subrectangulo, inferne vix dilatato, oculis late distantibus, fronte cum vertice subquadrata, abdomine ovato, leniter acuto, setuloso, segmento sexto subtus convexo, vagina articulata, retracta. — *Milichiæ* & *Agromyzæ* proxima, epistomatis carinis vibrissatis, alarum lobulo costali, costa inter exitum nervorum longitudinalium 2:di & 3:tii desinente &c., facile dignota. Affinis & in variis similis quoque generi *Earomyiæ* nobis n:o 194. p. 2689, sed antennarum forma, oculis minoribus, epistomatis carinis vix vibrissatis, palpis minusculis subfiliformibus, nec magnis porrectis spathulatis, scutello subconvexo, nec planiusculo, pedibus pubescentibus, nec spinulosis, coxis anticis mediocribus, nec magnis, alarum costa nuda mutica, *lobulo proprio* omnino destituta, nervis transversis perpendicularibus, nec subobliquis, corpore subnitido, nec subopaco, &c., *Earomyia* a *Lobioptera*, aperte differt.

Specie a me non deprehensa neque visa, Celeberrimi Detectoris diagnosin & descriptionem intactas afferre liceat:

1. ”*L. ludens:* late ovata nigra leviter cinerascens subopaca, epistomate plumbeo, abdomine depresso, api-

ce nitidiore, halteribus squamisque subalaribus fuscis. ♂♀. Long. 1 lin."

Wahlb. Öfversigt af Kongl. Vetenskaps-Akademiens Förhandlingar 1847. n:o 9. p. 259—261. Tab. 7. f. 1. ala.

"Habitat rarius in ligno Populi cæso & truncis Betulæ deustis ad Gusum Ostrogothiæ. Ter capta, scilicet in pascuo Ålängshagen 29 Jun. & 5 Jul. 1840, nec non 26 Maj 1842 loco deusto prope Lillsjön".

"♂♀. Statura fere *Lonchææ* minoris, præsertim mas, nigra, certo situ leviter obscure cinerascens, abdomine apicem versus nigriori & nitidiori. Epistoma plumbeo-nitens. Oculi brunnei. Femora & tibiæ extus crebre spinulosa. Pulvilli albidi. Alæ sordide hyalinæ, costa nigra, nervis fuscis, secundario pallido". *Wahlb.*

---

198 a). AGROMYZA Fall.

Corpus minutum aut minutissimum, ovatum aut oblongum, sæpe opacum, pubescens & setulosum; molliculum. Caput hemisphæricum. Antennæ oblique porrectæ, epistomate paullo breviores, subsessiles orbiculatæ, articulis basalibus brevissimis, ultimo compresso, basi seta dorsali elongata nuda aut microscopice puberula. Frons (in utroque sexu) lata, non l. parum prominula, antice decliva, in medio glabra ad latera setosa, setis utrinque subquatuor validis. Vertex fortiter, sed parce, setosus. Ocelli 3 in vertice conglomerati. Epistoma infra oculos leniter descendens, ante oculos plerumque vix prominulum, latum perpendiculare, parum retusum, sed pro singula antenna paullo impressum, apice non reflexo (excipe

in *A. sordida* n:o 46), nec emarginato; seta mystacina utrinque subsolitaria; setulis oris pluribus. Apertura oris mediocris l. parva. Proboscis geniculata & palpi mediocres pilosuli plerumque retracta. Genæ sæpe longiusculæ. Oculi majusculi rotundati nudi, in viva ferruginei unicolores. Thorax robustus, dorso convexus pubescens ad latera & postice setosus, lateribus impressus absque sutura transversa. Scutellum semiorbiculare, convexum, margine 4:setosum. Abdomen ovatum, aut longiusculum; subpubescens, lateribus & apice tenuiter pilosulum, 5:annulatum (segmento basali brevissimo vix distingvendo non computato). Alæ in quiete incumbentes; abdomine longiores, sæpissime sat latæ, hyalinæ. Nervi: longitudinales recti integri, horum 1:mus (auxiliaris) circiter ad 3:tiam costæ partem extensus, aut subsimplex, aut in speciebus totis nigris subduplex h. e. secundario valde approximatus & ambo ante exitum in unum confluentes, & 2:dus elongatus paullo ante, 3:tius plerumque in ipso apice, 4:tusque paullo pone apicem alæ (cum costali ibi desinente conjunctus), excurrentes, subæque distantes, atque ad apicem plus minus divergentes, 5:tus in medio marginis interioris & usque ad marginem descendens, 6:tus subobsoletus nonnihil ante marginem abbreviatus; transversi plus minus approximati, semper vero ita, ut ordinarius non l. vix pone medium alæ ducatur; medius aut auxiliari oppositus aut ante apicem ejus situs. Interstitium nervorum costalis & auxiliaris per nervulum transversum perpendicularem in 2 areas divisum, quarum exterior major longior. Nervus costalis omnium brevissime puberulus, sed spinula sæpissime nulla. Alulæ distinctæ, ovales. Squamæ minutæ. Halteres nudi. Pedes mediocres simplices (in *A. latipede* n:o 12 tibiæ posticæ dilatatæ), pubescentes, femoribus validiusculis, anticis subtus pilosulis. *Color* niger, cinereus, raro pallidus. *Motu* valde agilis, inqvieta, per folia fere in circulo currens. *Habitatio* in foliis fruticum & herbarum, graminosis & agris, raro in floribus. *Metamorphosis* non plene cognita. *Larva A. æneiventris* n:o 39 in caulibus plantarum degere fertur. *Diffe*-

rentia sexus; mas: ano obtusiori; *femina:* ano acuto. A *Diastata* nervis transversis magis approximatis, a *Geomyza* & *Drosophila* antennis nudis, nec plumatis, ab *Oscine, Madiza* & *Leiomyza* fronte setosa, a *Milichia* palpis minoribus, retractis, & spinula costæ nulla, ab *Heteroneura* antennarum articulo 2:do breviori & seta basi, nec medio, dorsi articuli ultimi sita, & alis immaculatis, a *Chlorope* antennis apice muticis, & a *Phytomyzidibus* nervis transversis minus approximatis, ordinario scilicet plus minus longe pone, nec ante, apicem auxiliaris ducto. *Typi* generis: *A. reptans* (1), *flaveola* (27) & *gyrans* (28). Vasti hujus generis species sequenti modo dispescendæ:

Subd. 1:*ma:* balteribus albis vel læte flavis.

*. Nervus transversus ordinarius in medio vel mox pone medium alæ situs (in speciebus 3, 8, 11, 14, 15, 16 & 18 fere mox ante medium alæ insertus). Vide Meigeni Tab. 61. f. 33.

a). Frons tota nigra; raro cinerascens nigrostriata.

† pedibus ad partem pallidis (interdum solum geniculis albidis).

1 *reptans* Fall. var. a. b. (an *Agr. mobilis* Meig. var.?) ♂♀. 2 *albitarsis* Zett. n. sp. var. a. b. ♂♀. 3 *nana* Meig.? ♂. 4 *coxata* Zett. n. sp. ♂♀.

†† pedibus totis nigris (interdum nigro-piceis).

5 *nigripes* Meig. (*Agr. reptans* var. d. *ambigua* Fall. & Zett. Ins. Lapp. var.) var. a. b. ♂♀. 6 *carbonaria* Zett. n. sp. (*Agr. nigra* Zett. Ins. Lapp., non Macqv.) ♂♀. 7 *posticata* Macqv. ♂. 8 *niveipennis* Zett. n. sp. (*Agr.*

reptans var. d. *ambigua* Fall. etiam sub hac latet) ♂♀. 9 *albo-hyalinata* Zett. n. sp. ♂♀. 10 M *nigrum* Zett. n. sp. ♂♀. 11 *laterella* Zett. Ins. Lapp. (*Agr. bimaculata* Meig.? *Agr. reptans* var. c. Fall. — *Agr. atricornis* Meig.? *Agr. atra* Meig.? *Agr. nigra* Macqv.?) var. a. b. c. ♂♀. 12 *latipes* Zett. n. sp. ♂♀.

b). Frons vel tota vel e maxima parte flava.

α. corpore nigricante l. cinerascente.

13 *abiens* Zett. n. sp. (*Agr. reptans* var. b. Fall. — *Agr. fulvipes* Meig.?) var. a. b. ♂♀. 14 *eleguntula* Zett. n. sp. ♂♀. 15 *capitata* Zett. n. sp. (*Agr. geniculata* Meig., nec Falleni *geniculata* eadem, quæ infra sub n:o 24 quærenda) ♂♀. 16 *lineella* Zett. Ins. Lapp. ♂♀. 17 *hæmorrhoidalis* Zett. n. sp. ♀. 18 *cingulata* Zett. n. sp. ♀. 19 *limbatella* Zett. n. sp. ♂.

β. corpore pallescente.

20 *flava* Meig.? ♂.

**. Nervus transversus ordinarius aut mox, aut tantum paullo, ante medium alæ situs. (Conferantur species 3, 8, 11, 14, 15, 16 & 18 in subdivisione præcedente.). Vide Meigeni Tab. 61. fig. 36.

a). Frons tota nigra (in *A. vittigera* n:o 23 postice flavo-irrorata).

21 *tibialis* Fall. ♂♀. 22 *luctuosa* Meig. ♂♀. 23 *vittigera* Zett. Ins. Lapp. ♂♀.

b). Frons tota flava.

24 *geniculata* Fall. (non Meig.) ♂♀. 25 *flavipes* Fall.

♂. 26 *tarsella* Zett. n. sp. ♀. 27 *flaveola* Fall. (an *Agr. variegata* Meig.??) ♂♀.

***. Nervi transversi valde approximati & ita ad basin alæ retracti, ut medius semper mox ante apicem auxiliaris brevis situs, ordinarius vero aut apici auxiliaris oppositus aut mox pone ejus apicem ductus, nec versus medium alæ insertus (*). Vide Meigeni Tab. 61. f. 35.

a). Frons tota nigra (in varietatibus junioribus *Agr. vagantis* (29) & *lacteipennis* (30) margine antico anguste obscure ferrugineo).

28 *gyrans* Fall. ♂♀. 29 *vagans* Fall. ♂♀. 30 *lacteipennis* Fall. ♂♀. 31 *flavo-scutellaris* Zett. Ins. Lapp. (*Agr. scutellata* Fall. e parte) ♂♀.

b). Frons nigra, antice ferruginea. (Varietates juveniles *Agr. vagantis* & *lacteipennis* frontis margine antico anguste obscure ferrugineo in subdivisione antecedente litt. a) signata sub n:ris 29 & 30 quærendæ).

32 *obscurella* Fall. ♂♀. 33 *infuscata* Meig. ♂♀.

c). Frons tota flava.

34 *scutellata* Fall. e parte; Zett. Ins. Lapp. (*Agr. fla-*

---

*) Hæc nervorum directio prope quidem accedit illi, quæ in *Phytomyzidibus* obtinet; in his (Phytomyzidibus) autem nervi transversi in ima alarum basi ita congesti, ut horum exterior seu ordinarius *ante* apicem auxiliaris sit locatus. — *Agrom. luctuosa* n:o 22, ad subdivisionem * * * non inepte referri posset.

veola Fall. e parte. — *Agr. pusilla* Meig.? — An quoque *Agr. strigata* Meig.?) var. a. b. ♂♀. 35 *exigua* Meig. ♀. 36 *orbona* Meig. ♂♀. 37 *Virgo* Zett. Ins. Lapp. ♀. 38 *hilarella* Zett. n. sp. ♂♀.

Subd. 2:*da:* halteribus nigris l. brunneis.

A. alarum nervis longitudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus, conspicuis (in *A. elongella* n:o 42 horum 4:to obsoleto).

*). nervis transversis modice approximatis (ut in Meigeni Tab. 61. f. 33).

39 *ænei-ventris* Fall. (*A. ænea* Meig.) ♂♀. 40 *pulicaria* Meig.? ♀. 41 *pingvis* Fall. (*Madiza pingvis*. — An *Agr. pulicaria* Meig.? Vix *Agr. maura* Meig.?) ♂♀. 42 *elongella* Zett. Ins. Lapp. ♀.

**). nervis transversis distincte approximatis (ut in Meigeni Tab. 61 f. 36).

43 *maura* Meig. (*Agr. pulicaria* Zett. *Agr. reptans* var. d. Fall. e parte. — *Agr. cunctans* collection. Svec. —) ♂♀. 44 *curvipalpis* Zett. n. sp. ♀. 45 *morionella* Zett. n. sp. ♀.

B. alarum nervis longitudinalibus 2, 3 & 4 parallelis, conspicuis.

46 *sordida* Fall. (Madiza sordida. — An *Agr.* M *atrum* Meig.?) ♀.

Agromyza.

Subd. 1:*ma:* halteribus albis l. læte flavis.

*. Nervus transversus ordinarius in medio l. mox pone medium alæ situs (in speciebus 3, 8, 11, 14, 15, 16 & 18 fere mox ante medium alæ insertus). Vide Meigeni Tab. 61. fig. 33.

a). Frons tota nigra; raro cinerascens nigro-striata.

†. pedibus ad partem pallidis l. albidis *).

1. *A. reptans:* nigra subnitida; capite antennisque atris opacis; tibiis tarsisque dilute testaceis; alis pallide hyalinis, nervis: transversis modice approximatis subperpendicularibus, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario mox pone medium alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus. ♂♀. (Long. circiter $1\frac{1}{4}$ lin.).

Fall. Agromyzid. 3. 1. var. a. ♂♀. typica. — Meig Dipt. 6. 168. 1. Macq. Buff. 2. 606. 1. Zett. Ins. Lapp. 787. 1. ♂♀.

Hab. in foliis plantarum, libenter locis humidiusculis, per hortos, agros, prata & silvas Scandinaviæ præsertim meridionalis & mediæ, ab initio Maji usque ad finem Septembris, sat vulgaris, in copula sæpe deprehensa; scilicet in Scania ubique frequentissima; in Smolandia; in Ostrogothia ad Gusum, Lärketorp, Wadstena, Hagalund&c., minime parce; in Gottlandia ad Sproge, Nähr &c., non raro; in Nericia ad villam Kärr; in Westrogo-

*) interdum geniculis solum albidis.

thia ad Gothoburgum; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg;* in Dalecarlia ad Rörshyttan, D. *Dahlbom;* in Dania, D. *Stæger.* (E Glogavia a D. *Zeller* communicata).

♂♀. Maxima l. inter maximas sui generis. Nigricans, minus nitida. Frons lata nigra opaca, puncto ocellorum nitente. Antennæ mediocres l. minores, nigræ, seta fusca. Epistoma nigrum opacum, seta mystacina utrinque una, at setulis sub ore pluribus exiguis. Palpi cylindrici nigri. Proboscis pallida. Oculi magni fere tota capitis implentes, oblongo-rotundati, in viva rufo-ferruginei. Thorax & scutellum nigricantia subnitida, certo situ obscure cinereo-submicantia. Abdomen ovatum nigrum nitidum, ano in ♀ acuminato. Alæ latæ, hyalinæ, basi præsertim leniter pallescentes, nervis pallidis, costali obscuriori. Nervus auxiliaris geminus; 6:tus longitudinalis evanidus. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum ultimo fere triplo brevius. Squamæ, & halteres distincti, alba. Pedes nigri, pubescentes, geniculis, tibiis sordide, & tarsis pallidius, testaceis. [Variat pedibus piceis, tibiis tarsisque dilutioribus; an *Agr. rufipes* Meig. 6. 169. 3: "nigra nitida; halteribus albis, tibiis tarsisque rufis."?

Var. b. ♂♀. Simillima var. a., at fronte forsitan leniter angustiori. Ut "*Agr. mobilis* Meig". adjecto signo interrogationis a D. *Stæger* communicata. — Si vero hæc sit *A. mobilis* Meig. vera, tunc sane *mobilis* non nisi est varietas *reptantis,* nam nervi transversi ordinarii situs, qui diversus diversam formaret speciem, simillimus mihi videtur in ambabus.

2. *A. albitarsis:* nigra subnitida; capite antennisque atris opacis; tibiis tarsisque albidis; thorace plumbeo; alis pallide hyalinis, nervis: transversis modice approximatis perpendicularibus, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario in medio alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus. ♂♀. (Long. 1—1⅛ lin.).

Hab. in Scandinavia mense Julio & Aug. mihi parce obvia; scilicet in Scania rarius; in Jemtlandia ad radicem alpis Åreskutan utrumque sexum inveni; e Dania sub nomine: "*Agr. rufipes* Meig." mas in unico individuo a D. *Stæger* missus.

♂♀. Simillima priori, sed thorace glauco, & tibiis tarsisque albidis, nec rufo-flavis l. testaceis, distincta. Caput nigrum. Epistoma certo situ cinereo-micans. Antennæ minores. Oculi magni. Thorax plumbeus parum nitens. Scutellum plumbeum. Abdomen ovatum nigrum nitidulum. Alæ cum nervis ut in præcedente, at segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio circiter duplo brevius. Squamæ & halteres alba. Pedes albidi, coxis femoribusque nigris, horum apice anguste albido.

Var. b. ♀. duplo minor, femoribus præsertim anticis dilute brunneis, alias var. a. similis. In Gottlandia ad Nähr semel.

3. *A. nana:* nigra, epistomate canescente; pedum geniculis albidis; thorace plumbeo; alis hyalinis, nervis: transversis approximatis subperpendicularibus, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario fere ante medium alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice parum divergentibus. ♂. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Meig. Dipt. 6. 170. 9?.

Hab. in Scania rarissime; circa Lund semel deprehensa.

♂. Parva. Pedibus nigris, geniculis summis tantum albis a prioribus mox dignota. Caput nigrum opacum, epistomate canescente. Frons & vertex setosa. Antennæ minores nigræ. Oculi magni. Thorax cinereus, setosus. Scutellum concolor.

Abdomen nigrum nitidum. Alæ cinereo-hyalinæ, irisantes, nervis fere ut in præcedentibus directis, sed transversis magis approximatis, horum ordinario fere mox ante medium ducto, lenissime obliquo, nec exacte perpendiculari, & longitudinalibus 3 & 4 parallelis, nec apice divergentibus. Nervus auxiliaris subsimplex, interstitio per nervum transversum in 2 areas diviso, quarum basalis brevissima. Costa tota nuda. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio saltem triplo brevius. Halteres & squamæ alba. Pedes nigri, geniculis summis albidis.

Obs. Omnes notæ præter magnitudinem cum descriptione Meigeniana optime quadrant.

4. *A. coxata:* nigra, epistomate cinerascente; pedibus fuscis, coxis anticis flavis; thorace cinereo; alis hyalinis, nervis: transversis remotis perpendicularibus, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario in medio alæ sito, longitudinalibus 3 & 4 parallelis. ♂♀. (Long. ½ lin.)

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in Scania ad Lund utrumque sexum semel inveni.

♂♀. Parva, oblonga, opaca. Caput nigrum. Frons & vertex lata setosa. Antennæ minores nigræ, seta mediocri. Epistoma fuscum. Seta mystacina utrinque unica, sub qua vero setulæ plures minores. Instrumenta cibaria retracta nigra. Genæ longiusculæ. Oculi majusculi rotundi. Thorax cinereus, pubescens & ad latera setulosus. Scutellum concolor. Abdomen oblongum nigrum nitidulum, apice in ♀ acutum. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis tenuibus pallidis, costali obscuriori. Nervi: longitudinales, 1:mus (auxiliaris) breviusculus, secundario ad apicem remoto, 3:tius & 4:tus paralleli, 6:tus nullus; transversi modice remoti, horum ordinarius paullo, sed tamen minus longe a margine distans quam in præcedente. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio 1½ brevius.

Pedes sordide pallescentes l. fusco-flavidi, coxis anticis purius flavis.

†† pedibus totis nigris (interdum nigro-piceis).

5. *A. nigripes:* nigra subnitida; capite antennisque atris opacis; pedibus nigris l. brunnescenti-nigris; alis cinereo-hyalinis, nervis: transversis distincte approximatis subperpendicularibus, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario in medio alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus. ♂♀. (Long. $\frac{2}{3}$—$\frac{3}{4}$—1 lin.).

Meig. Dipt. 6. 170. 6. Macq. Buff. 2. 607. 8. Zett. Ins. Lapp. 788. 2. ♀. — *Agr. reptans* var. d. *ambigua* Fall. Agromyzid. p. 4. & *Agr. ambigua* Zett. Ins. Lapp. 788. 4. ♂♀. sunt hujus varietates.

Hab. in Scandinavia vulgaris Jun.—Sept.; in copula sæpe capta; scilicet in Scania in foliis fruticum & graminosis per hortos Lundenses, prata, pascua & silvas ubique frequens; in Ostrogothia ad Gusum, Wadstena &c. non parce; in Westrog. ad Gothoburgum, D. *Wahlberg*; in Gottlandia ad Furillen & Garde; in Jemtlandia boreali in summitate alpis Åreskutan, ubi in ipsa nive 1 Aug. deprehensa; in Lapponiis: Umensi ad Barrsele, & Tornensi ad Muonioniska, rarissime; in Lapponia Norwegica ad Thynäs & Kong Carl Johans Klev Værdaliæ passim, & ad Bossekop Finmarkiæ semel; e Dania a D. *Stæger* communicata. (E Germania, ad Trawemundiam, Gryphiam & Reinberg in Umbellatis jam fine mensis Maji a D. *Dahlbom* capta, etiam reportata).

♂♀. In hoc genere media l. major. Caput nigrum opacum.

Frons & vertex setosa. Antennæ mediocres l. proportione minusculæ, seta microscopice puberula obscura. Epistoma cano-nitens, seta mystacina ut in priori. Palpi filiformes & proboscis retracta nigra, hac capitulo ferrugineo. Oculi magni, oblongo-rotundati, in viva obscure ferruginei parum æneo-micantes. Thorax & scutellum nigra nitida, setis ordinariis instructa. Abdomen oblongo-ovatum nigrum nitidum pilosulum, ano in ♂ inflexo, in ♀ acuto compresso. Alæ sordide hyalinæ, basi subalbicantes, nervis perspicuis fuscis, costali crassiori nudo obscuriori, cum nervo longit. 3:tio in apice alæ conjuncto ibique cessante. Nervi: auxiliaris ad 3:tiam costæ partem & ultra extensus, geminus, 5:tus longitudinalis ad marginem productus, 6:tus valde obsoletus; transversi perspicue approximati & ita, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio triplo brevius evadat; ordinarius lenissime obliquus, a margine sat longe remotus. Squamæ parvæ & halteres alba. Pedes simplices, aut toti nigri, aut toti brunneo-nigri, aut tandem piceo-nigri, tibiis tarsisque piceis.

Var. b. ♀. antennis apice oblique subtruncatis, alias var. a. simillima; e Dania a D. *Stæger* missa.

6. *A. carbonaria:* tota nigra opaca pubescens; capite antennisque atris; alis hyalinis, nervis: transversis modice approximatis, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario in medio alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{2}$ lin.).

Agrom. nigra Zett. Ins. Lapp. 788. 5. ♂♀.

Hab. in Scandinavia a medio mensis Maji ad finem Julii rarius, in copula ter capta; scilicet in Scania ad Lund; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg;* in Jemtlandia ad Skalstugan prope Jugum alpinum semel; in Norwegiæ alpe Dowre, D. *Boheman.*

♂♀. Inter nostrates maxima, *A. reptante* fere major, eique sat similis, præter pedes totos nigros & alas purius, nec pallide, hyalinas. Certe distincta species. Magnitudine duplo majore, corpore magis opaco, nervis transversis minus approximatis, ab *Agr. nigripede* facile dignoscitur. Tota nigra. Frons & vertex lata, fortiter setosa. Antennæ mediocres rotundæ, seta nuda nigra. Epistoma cinereo-micans. Palpi filiformes nigri. Proboscidis capitulum luteum. Oculi magni rotundati. Thorax robustus, in bene conservatis obscure cinerascens, dorso pubescens & setosus. Scutellum concolor. Abdomen ovatum, nitidum nigrum, postice pilosulum, ano in ♀ compresso. Alæ hyalinæ, basi leviter pallescentes, nervis perspicuis fuscis, costali crassiori obscuriori, cum nervo longitud. 4:to mox pone apicem conjuncto ibique cessante. Nervi præterea ut in *A. reptante* (1) directi. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio circiter $2\frac{1}{2}$ l. $2\frac{3}{4}$ brevius. Squamæ parvæ & halteres albida. Pedes toti nigri, vix umquam picei.

Obs. Nomen specificum in *carbonariam* mutavi, ne cum *Agrom. nigra* Macqv. commiscenda.

7. *A. posticata:* nigra subnitida; capite atro antennisque brunneis, opacis; abdominis postico flavo-albido; alis cinereo-hyalinis, nervis: transversis paullo approximatis, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario in medio alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus. ♂. (Long. circiter 1 lin.).

Meig. Dipt. 6. 172. 16. ♀. Macq. Buff. 2. 608. 13. ♀. Zett. Ins. Lapp. 788. 3. ♂.

Hab. in Scandinavia valde rara, mihi tantum in Svecia boreali & Lapponia Norwegica obvia; scilicet in Jemtlandia ad diversorium Forsa juxta radicem Mulfjel-

let 24 Jul. 1840 in unico specimine capta; in Norwegia ad Bossekop Finmarkiæ 8 Aug. 1821 etiam semel inventa.

♂. Abdomine a medio ad apicem pallido ab omnibus conspeciebus distincta. Magnitudo & statura *A. nigripedis.* Frons modice lata atra fortiter setosa, setis recurvis; puncto mox supra antennas in altero individuo albo. Antennæ minusculæ rotundatæ subbrunnescentes, seta nuda fusca. Epistoma breve, obscure cinereo-micans, setis mystacinis utrinque subbinis & setulis oris pluribus exiguis. Palpi pilosi nigri. Proboscidis capitulum ferrugineum. Oculi magni subrotundati, in viva rufo-brunnei. Thorax pubescens & scutellum nigra nitida, setis ordinariis munita. Abdomen ovatum pubescens & setulosum, segmentis 2 basalibus, sordide nigricantibus nitidis, reliquis sensim angustioribus, (in mortuis) deflexis, horum 3:tio & 4:to basi anguste brunneis, margine apicali late albidis, 5:to toto anoque rotundato subinflexo albidis. Venter niger, postice albidus. Alæ cinereo-hyalinæ, basi albescentes. Nervi ut in priori directi, sed transversi nonnihil magis approximati, ita ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio fere triplo brevius evadat. Nervus auxiliaris subsimplex seu secundario valde approximatus. Squamæ distinctæ, niveæ. Halteres albi. Pedes toti nigri l. nigro-picei, geniculis summis albicantibus.

Obs. Femina a D. D. *Meigen* & *Macqvart* descripta, mihi ignota.

8. *A. niveipennis:* nigra nitida puberula; capite antennisque atris opacis; alis niveis, nervis albis, costali fusco: transversis valde approximatis, horum medio apici

auxiliaris opposito, ordinario fere mox ante medium alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus. ♂♀. (Long. $\frac{2}{3}$—$\frac{3}{4}$ lin.).

Agrom. reptans var. d. *ambigua* Fall. Agromyzid. p. 4. etiam sub hac latet.

Hab. in plantis litoralibus locis arenosis Sveciæ meridionalis & mediæ, mense Julio, minus frequens; in copula; scilicet in Scania ad Raflunda prope Kivik non parce lecta; in Gottlandia ad Furillen semel deprehensa.

♂♀. Per corpus cærulescenti-nigrum nitidum, alas albas & nervos transversos distincte approximatos, a reliquis statim dignoscitur. Media l. minor. Frons modice lata, nigra opaca, puncto verticis nitido; tenuiter setulosa. Antennæ mediocres subrotundatæ nigræ, seta nuda nigra. Epistoma obscure cinerascens, seta mystacina & setulis oris parvis. Instrumenta cibaria retracta nigra, proboscidis capitulo luteo. Oculi majusculi rotundi. Thorax & scutellum nigra nitidissima pubescentia & setulosa. Abdomen ovatum concolor nitidissimum pubescens, ano in ♀ compresso. Alæ niveæ, nervis ut in *A. nigripede* (5) directis, at transversis adhuc paullo magis approximatis, ita ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio saltem quadruplo brevius; ordinarius paullo obliquus, a margine longe distans. Nervus costalis dilute fuscus. Squamæ & halteres alba. Pedes toti nigri, tarsis interdum nigro-piceis.

Obs. A Meigeni *Agr. albipenni* & *lacteipenni* certe diversa.

9. *A. albo-hyalinata:* nigra nitida puberula; capite antennisque atris opacis; alis albo-hyalinis, nervis pallescentibus, costali nigro, transversis modice approxima-

tis, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario in medio alæ sito, longitudinalibus 3 & 4 subparallelis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Scandinavia rarissime; marem in pascuo Qvasa ad Esperöd Scaniæ 16 Sept. 1817 inveni, feminam sub nomine: "*Agr. albipennis* Meig." a D. *Stæger* pro descriptione e Dania obtinui.

♂♀. Ab *Agr. albipenni* Meig. Dipt. 6. 171. 12, cui proxima videtur, corpore cærulescente, nec nigro-æneo, & antennis mediocribus, nec majusculis, differt. A priori, cui etiam similis, magnitudine paullo minore, angustiore, nervis transversis minus approximatis, longitudinalibus 2 & 3 apice tantum lenissime subdivergentibus, ut & loco natali, discrepat. Frons nigra opaca setulosa. Antennæ, epistoma, organa oris & oculi ut in præcedente. Thorax & scutellum nigra nitida puberula & setulosa. Abdomen oblongo-ovatum nigrum nitidum puberulum, ano in ♀ brevi compresso. Alæ albo-hyalinæ, nervis, prout dictum, ut in *A. niveipenni* directis, exceptis transversis, qui paullo magis distant, ita ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio tantum duplo (nec quadruplo) l. $2\frac{1}{2}$ brevius evadat. Nervi longitudinales 2 & 3 apice quoque nonnihil minus divergentes videntur. Squamæ & halteres alba. Pedes nigri vel nigro-fusci.

10. *A.* M *nigrum:* nigra subopaca puberula, antennis concoloribus; capite thoraceque cinerascentibus, fronte M atro notata; alis halteribusque niveis, nervis albis, costali nigro, transversis sat approximatis, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario in medio alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 parallelis. ♂♀. (Long. vix $\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Svecia media, ibique in Ostrogothia ad

Wadstena in floribus Umbellatarum versus finem mensis Augusti certis annis copiose legi, nec alibi mihi obvia. In Gottlandia ad Läderbro ♀ a D. *Boheman* 8 Aug. 1847 rarius lecta. (E Melita (Maltha) specimen masculum certissime hujus a D. Doct. *A. Schembri* 1847 etiam obtinui).

♂♀. Per signum frontis atrum literam romanam M referens ab aliis dignota; & ab *A. M atrum* Meig. (Dipt. 6. p. 170. n:o 6.), ubi frons similiter picta, halteribus albis, nec nigris, alis albis, thorace cinereo &c., distincta. Opaca. Frons lata setulosa obscure cinerea, ut in diagnosi picta. Antennæ mediocres rotundæ nigræ, seta elongata obscura. Epistoma breve impressum cinereo-l. argenteo-micans, apice leniter reflexo, seta mystacina & setulis oris parvis. Palpi flavi. Haustellum elongatum in medio geniculatum; tenue, proboscide subulata, plerumque intra os occultum, nigrum. Oculi magni rotundi. Thorax & scutellum obscure cinerea puberula, setis ordinariis vestita. In bene conservatis exemplis thoracis dorsum brunneo-lineatum. Pleuræ nigræ. Abdomen oblongum subdepressum sordide nigricans, haud nisi apice nitidum. Alæ cum nervis albæ, costali tantum nigro. Nervi: longitudinales 2, 3 & 4 exacte paralleli & æque distantes, horum 4:tus mox pone apicem alæ excurrens & cum costali desinente connexus; transversi perpendiculares, horum ordinarius non multo longe a margine remotus. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio triplo brevius. Squamæ & halteres alba. Pedes nigri l. plerumque nigro-fusci, coxis anticis piceis. Tibiæ & tarsi omnes in bene conservatis speciminibus annulis angustissimis testaceis.

11. *A. laterella:* nigra nitida; capite, antennisque magnis, atris opacis; abdominis basi lateribus plerumque flavis; alis cinereo-hyalinis, nervis pallescentibus, costali

obscuro, transversis distincte approximatis subperpendicularibus, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario paullo ante medium alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus. ♂♀. (Long. vix vel circiter ½ lin.).

Var. a. ♂♀. abdomine nigro, segmentis lateribus 1:mo late, 2:do & 3:tio anguste, flavis l. rufo-flavis, incisuris mediis sæpe tenuissime albidis.

Zett. Ins. Lapp. 788. 7. ♂. An *Agrom. bimaculata* Meig. Dipt. 6. 172. 15? *Agr. reptans* var. c. Fall. Agromyz. p. 4. An *Agrom. atricornis* Meig. Dipt. 7. 390. 84? Nec *Agr. basilaris* Meig. Dipt. 7. 401. 94. ab hac multum differre videtur.

Var. b. ♂. abdomine nigro, segmento tantum 1:mo lateribus rufo-flavo.

Var. c. ♂. abdomine nigro, incisuris mediis tenuissime albidis.

Agr. atra Meig. Dipt. 6. 178. 37? *Agr. nigra* Macq. Buff. 2. 610. 24?

Hab. in graminosis & fruticibus per hortos & prata Scandinaviæ, Jul. Aug., passim; scilicet var. a. & b. in Scania rarissime; in Gottlandia ad Öja semel; in Ostrogothia ad Wadstena; in Lapponia Umensi ad Lycksele d. 16 Aug. 1832 in unico individuo deprehensa. (E Finlandia a D. *Sahlberg* missa); — var. c. in Scania ad Östra Ljungby; in Ostrogothia ad Wadstena; in Jemtlandia ad diversorium Faxelfven; mihi semper parce & solitarie obvia. Sub nomine *Agr. magnicornis* olim vendita.

♂♀. Abdomine antice lateribus flavidis & antennis insolito ma-

gnis in hac subdivisione ab aliis facile dignoscenda. Minuta nigra nitida, setis frontis, thoracis scutellique ordinariis vestita. Frons lata nigra opaca. Antennæ magnæ rotundæ nigræ, subtus puberulæ. Epistoma breve, certo situ cinereo-micans, medio carinatum, seta mystacina & setulis oris ordinariis exiguis munitum. Palpi nigri. Proboscis albida. Oculi mediocres rotundi, in viva ferruginei. Thorax & scutellum nigricantia parum cinereo-micantia. Abdomen oblongum nigrum nitidum, segmentis 1, 2 & 3 in var. a. lateribus flavis; in var. c. totum nigrum, incisuris mediis angustissime albidis. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis pallescentibus, costali paullo obscuriore mox pone apicem alæ desinente, ibique cum 4:to longitudinali connexo. Nervi: auxiliaris brevis subsimplex; transversi perspicue approximati, horum ordinarius nonnihil obliquus, a margine longe remotus, paullo ante medium alæ ductus & ita situs, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio fere qvadruplo brevius evadat. Squamæ & halteres alba. Pedes simplices toti nigri, solum geniculis anticis pallidis.

Obs. 1. Var. c. ab *Agr. luctuosa* infra n:o 22 antennis aperte majoribus distingvitur.

Obs. 2. *Agr. bimaculata* Meig. Dipt. 6. 172. 15: "nigra nitida; abdominis basi macula laterali flava", huic similis videtur; sed cum neque directionem nervorum in alis, neque sexum determinare placuit clar. Auctori, identitatem speciei affirmare non audeo. Hoc quoque de ceteris *Meigeni* & *Macqvarti* synomymis dubitanter a me allatis valet.

12. *A. latipes:* nigra subopaca; capite thoraceque cinereis nigro-striatis; alis cinereo-hyalinis, nervis pallescentibus, transversis modice approximatis, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario in medio alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 parallelis; tibiis posticis dilatatis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ lin.).

Hab. in Scandinavia, certe rarissime, mihi numquam

obvia; sed marem in Ostrogothia ad Gusum invenerit D. *Wahlberg*, feminam? in Dania lectam in unico exemplo pro descriptione misit D. *Stæger.*

♀? Structura pedum singulari ab omnibus distincta. Opaca. Frons lata, setosa, cinerea, nigro-bistriata. Antennæ brunnescentes. Epistoma albidum. Haustellum (in specimine mortuo) pendulum, in medio geniculatum, proboscide tenui; totum nigrum. Oculi majusculi rotundi. Thorax puberulus cinereus, lineola media tenuissima obscura; lateribus setulosus. Scutellum concolor, margine 4-setosum. Abdomen oblongo-ovatum subdepressum nigrum subnitidum. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis tenuibus albidis. Nervi: auxiliaris brevis, longitudinales 2:dus mox ante apicem, 3:tius in apice, & 4:tus mox pone apicem alæ, excurrentes, æque remoti, paralleli, 6:tus (ad basin) nullus; transversi modice approximati, horum ordinarius non exacte perpendicularis, a margine sat longe distans & in medio alæ ita situs, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio saltem triplo brevius evadat. Squamæ incompletæ. Halteres albi. Pedes nigri, anticorum coxis apice, trochanteribus femorumque ima basi flavidis, tibiis in medio annulo angusto flavo. Tibiæ posticæ valde compressæ & extus arcuatim dilatatæ.

b). Frons l. tota l. e maxima parte flava.

α. corpore nigricante l. cinerascente.

13. *A. abiens:* nigricans subnitida; antennis luteis; fronte fulva; pedibus sordide albido-flavis, femoribus brunnescentibus; alis cinereo-hyalinis, nervis pallescentibus, transversis modice remotis, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario mox pone medium alæ sito, longitu-

dinalibus 2, 3 & 4 leniter divergentibus. ♂♀. (Long. 1—1⅓ lin.).

Var. a. ♂♀. antennis totis luteis, femoribus plus minus dilute brunneis, genubus, tibiis tarsisque aut flavo-albidis, aut sordide albido-flavis.

Agr. reptans var. b. Fall. Agromyz. pag. 4. certe qualis in museo ejus asservatur.

Var. b. ♂♀. antennis luteis, apice obscuris, femoribus fuscis, genubus, tibiis tarsisque pallescentibus aut sordide rufescenti-testaceis.

An *Agr. fulvipes* Meig. Dipt. 6. 174. 23. ♂♀. ("nigra nitida; capite flavo; antennarum basi pedibusque rufis. ¾ lin. long.")?

Hab. var. a. in foliis fruticum Alni &c. in Svecia meridionali & media, Jul. Aug. & initio Sept., passim; scilicet in Scania ad Tranås, Esperöd, Östra Torp (promontorium meridionale Sveciæ extremum), &c., frequens; in Ostrogothia ad Wadstena, non parce; in Gottlandia, D. *Wahlberg;* — var b. rarius occurrit, nempe in Scania ad Silfåkra semel inveni; sub indicio: "*A. fulvipes* Meig.? *A. reptans* Fall. var. b." e Dania a D. *Slæger* communicata. (Ad Neuenkirchen prope Gryphiam in Pinetis mens. Septembri 1847 a D. *Dahlbom* quoque lecta).

♂♀. Simillima *A. reptanti*, qua jam major jam minor, sed differt constanter fronte tota fulva & antennis saltem basi luteis. Frons fulva opaca glabra, ad latera setosa. Vertex setosus, puncto ocellorum nigro. Occiput nigrum. Antennæ proportione minusculæ, luteæ, apice in var. b. fusco, seta semper testacea, nuda. Epistoma breve infra oculos non de-

scendens, in fundo nigrum, sed leniter cano-micans, peristomio antice albo, setis mystacinis paucis & setulis oris exiguis; apice non reflexum. Genæ ferrugineæ, postice nigræ. Palpi parvi nigri. Proboscis lutea. Oculi maximi tota capitis latera implentes. Thorax robustus & scutellum nigra subnitida, leviter cinereo-micantia, setis ordinariis vestita. Abdomen ovatum versus apicem angustum, totum nigricans nitidum pilosulum, ano in ♂ rotundato, in ♀ compresso. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis præsertim basi albis. Nervi: auxiliaris fere ultra tertiam costæ partem extensus, duplex, longitudinales 2, 3 & 4 apice nonnihil divergentes, 6:tus obsoletus; transversi modice distantes, horum ordinarius leniter obliquus, a margine modice longe remotus. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio circiter $2\frac{1}{2}$ brevius, sed in varietate b. forte adhuc nonnihil brevius. Squamæ & halteres alba. Pedes simplices, femoribus validis; præterea colore ut in var. a. & b. variantes, coxis semper obscuris.

14. *A. elegantula:* nigra subnitida; capite nigro-bipunctato, antennis, pleuris, scutello nigro-bipunctato, femoribus tibiisque, citrinis; alis hyalinis, nervis perspicuis, transversis modice approximatis, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario mox ante medium alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice nonnihil divergentibus. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in graminosis & plantis aqvaticis, per hortos Lundenses, Jul. Aug., minus frequens, in horto proprio aliquoties etiam in copula deprehensa.

♂♀. Similis videtur Meigeni *Agr. ornatæ* & *signatæ*, sed ab illa scutello basi nigro-bipunctato, nec immaculato, & ab hac magnitudine majore & fronte nigro-bipunctata, nec immacu-

lata, differt. Oblonga, nec ovata. Caput opacum. Frons & vertex modice lata, lateribus setosa, tota colore citrino, macula ante antennas lunata & in vertice puncto ocellorum rotundo distincto, nigris. Antennæ majusculæ rotundæ flavæ, articulo ultimo superne (ad basin setæ) umbra fusca, seta testacea basi nigra. Epistoma infra oculos nonnihil descendens, flavum, in medio carinatum, seta mystacina utrinque unica nigra. Palpi & proboscis flava. Prælabrum parum prominulum nigrum. Genæ longiusculæ flavæ. Oculi majusculi rotundi, in viva pulchre virides unicolores, in exsiccata nigro-brunnei. Thorax setis ordinariis vestitus, niger subnitidus, limbo laterali & postico citrinis h. e. vitta utrinque laterali ab humeris ad radicem alarum & margine postico in maculam subqvadratam ante scutellum dilatato colore citrino. Pleuræ citrinæ, seu plaga pectorali e tribus maculis subtrigonis flavis composita coloratæ. Sternum nigrum. Scutellum majusculum citrinum, basi utrinque puncto magno nigro nitido. Metathorax niger. Abdomen oblongum glabriculum parum nitidum nigrum, incisuris dorso tenuiter, sub margine laterali inflexo latius, citrinis. Anus ater, in ♂ brevis rotundatus, in ♀ paullo longior crassiusculus tubulosus. Alæ elongatæ, modice latæ, hyalinæ. Nervi (in viva) obscuri: auxiliaris paullo ultra tertiam costæ partem extensus, basi citrinus; longitudinales 2:dus distincte ante apicem, 3:tius mox ante apicem & 4:tus fere in apice alæ, ubi desinit costalis, excurrentes, ad apicem subdivergentes, 6:tus obsoletus; transversus ordinarius in medio l. mox ante medium alæ situs, perpendicularis, a margine longe remotus. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio fere quadruplo brevius. Squamæ rudimentariæ. Halteres citrini. Pedes citrini, coxis nigro-maculatis, tibiis testaceis posterioribus extus fuscis, tarsis fusco-testaceis, versus apicem obscurioribus.

<u>nicht</u> = geniculata Fall. N:o 24.

15. *A. capitata:* nigra nitida; capite genubusque flavis; antennis, frontis macula ante medium lunata ver-

ticisque puncto atris; alis hyalinis, nervis perspicuis, transversis distincte approximatis, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario nonnihil ante medium alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice subdivergentibus. ♂♀. (Long. fere 1½ lin.).

Mas: abdomine nigro, cauda exserta, longitudine segmenti ultimi, rotundata, genitali subulato sæpe erumpente;
Fem.: abdomine nigro, segmento ultimo tenuiter flavo-marginato, cauda exserta, longitudine segmenti ultimi, crassa tubulosa; in copula.

Agrom. geniculata Meig. Dipt. 6. 181. 45. ♂♀. certe (excluso syn. Falleni, quod ad longe aliam speciem infra sub n:o 24 descriptam pertinet). — Macq. Buff. 2. 611. 31. ♂♀. (exclus. syn. Fall.).

Hab. in Svecia meridionali, Julio, passim, in copula quoque interdum visa; scilicet in Scania: ad Esperöd in paroecia Tranås, rarius; ad Westra Ahlstad *(Möller)* parce; sed in campo arido in plantis ad lacum Yddinge Scaniæ campestris 10 Jul. 1836 sat copiose ex utroque sexu a me lecta.

♂♀. Magna præcedentis affinitas, sed antennis, scutello, pleuris & pedibus nigris, nec flavis, abunde dignota. Elongata, priori paullo longior. Caput exacte ut in priori constructum & setosum; opacum. Frons saturate flava, macula statim ante medium transversa lunata, & puncto in vertice rotundo nigris. Antennæ mediocres rotundæ, totæ nigræ, seta nigra. Epistoma pallide flavum. Proboscis flava. Palpi nigri? Oculi majusculi, in viva ænei. Thorax, scutellum & abdomen oblongum glabriculum, nigra nitida. Venter niger, basi pallidus, margine laterali in medio interdum etiam (in ♀) flavo. Alæ hyalinæ, nervis omnino ut in *A. elegantula* directis, ex-

cepto quod transversi paullo magis & ita approximati, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio fere qvintuplo brevius evadat. Squamæ parvæ albidæ. Halteres flavi. Pedes nigri, geniculis omnibus solum flavis.

16. *A. lineella:* nigricans subopaca; capite nigro-bipunctato, antennis genubusque flavis; tarsis fuscis; alis cinereo-hyalinis, nervis transversis sat approximatis, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario mox ante medium alæ sito, longitudinalibus 3 & 4 parallelis. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 790. 16. ♂♀.

Hab in Lapponia Tornensi passim; ad Kengis & Muonioniska 17—22 Aug. 1821 in copula deprehensa.

♂♀. *A. capitatæ* proxima & valde similis, sed magnitudine nonnihil minore, thorace minus nitido, antennis flavis, nec nigris, &c., vere diversa. Angusta opaca. Frons fulvo-flava, setosa, macula ante antennas majuscula flavo-albida, pone quam alia transversa lunata atra. Punctum verticis rotundum atrum. Antennæ majusculæ rotundæ luteo-flavæ, articulo ultimo basi superne macula indeterminata obscura plus minus perspicua; seta obscura. Epistoma infra oculos mediocres nonnihil descendens, flavo-albidum, seta mystacina utrinque unica. Palpi & proboscis flava. Genæ longiusculæ. Thorax & scutellum nigricantia, cinereo-micantia, setis ordinariis munita. Abdomen elongatum angustum brunneo-nigrum glabriculum subnitidum, differentia sexus ut in 2 proxime præcedentibus. Alæ angustatæ, cinereo-hyalinæ, nervis subpallescentibus, ut in *A. capitata* directis, at longitudinalibus 3 & 4 forte magis parallelis & transversis paullulum minus approximatis, ita ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio quadruplo (nec quintuplo) brevius evadat. Squamæ minutæ & halteres albida. Pedes nigricantes, tro-

chanteribus anticis genubusque omnibus albo-flavis. Sed variat etiam sæpe pedibus brunneis, geniculis albidis, tibiis fuscis & tarsis testaceis, apice fuscis.

Obs. Species sub n:ris 14, 15 & 16 descriptæ statura corporis elongata angusta & nervo transverso ordinario mox ante medium alæ ducto, a reliqvis dignotæ.

17. *A. hæmorrhoidalis:* cinerea opaca; capite flavido; antennis luteis apice fuscis; ano rufo; pedibus sordide testaceis; alis cinereo-hyalinis, nervis transversis distincte remotis, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario paullo pone medium alæ sito, longitudinalibus 3 & 4 parallelis. ♀. (Long. fere $1\frac{1}{8}$ lin.)

Hab. in Svecia boreali rarissime; in Jemtlandia ad diversorium Forsa juxta radicem alpis Mulfjellet mense Julio 1840 semel inveni.

♀. Corpore angusto cinereo, abdominis apice rufo & nervis transversis aperte distantibus, ab aliis affinibus distincta. Opaca, setis ordinariis munita. Elongata, angusta, subcylindrica. Caput minusculum. Frons sordide straminea. Antennæ mediocres rotundæ lividæ, apice indeterminate fuscæ, seta fusca. Epistoma infra oculos nonnihil descendens, subdeclivum, albidum, seta utrinque mystacina parva. Instrumenta cibaria retracta, pallida? Genæ longiusculæ subbuccatæ albidæ. Oculi minores rotundi. Thorax & scutellum læte cinerea. Abdomen elongatum versus apicem sensim angustatum; obscure cinereum subnitens, segmentis 2 ultimis rufo-flavis. Alæ elongatæ subangustatæ cinereo-hyalinæ, nervis pallescentibus. Nervi: auxiliaris fere ultra tertiam costæ partem extensus, geminatus; longitudinales 2:dus perspicue ante apicem, 3:tius in apice, & 4:tus mox pone apicem alæ, ubi etiam desinit nervus costalis, excurrentes; 5:tus paullo ante medium

marginis interioris & 6:tus sat conspicuus usque ad marginem producti; transversus ordinarius perpendicularis, paullo pone medium alæ situs, a margine breviter remotus. Segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio tantum $1\frac{1}{2}$ brevius. Costa pubescens. Squamæ incompletæ. Halteres albidi, clava longiuscula. Pedes sordide testacei, tarsis parum fuscioribus.

18. *A. cingulata:* cinerea opaca; capite, thoracis striola laterali femoribusque flavis; antennarum articulo ultimo, frontis macula antica, verticis puncto, tibiis tarsisque, nigris; abdomine nigricante, apicis cingulo flavo; alis cinereo-hyalinis, nervis transversis distincte remotis, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario paullo pone medium alæ sito, longitudinalibus 3 & 4 parallelis. ♀. (Long. circiter $1\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in Bottnia septentrionali, ubi ad Råbäcken in paroecia Öfver-Luleå inter urbem Luleå & limitem Lapponiæ, 6—13 Jun. 1844 a Cel. Prof. *Boheman* detecta, mihique in 2 individuis pro descriptione communicata.

♀. Eximie distincta. Suboblonga opaca. Frons lata flava, macula antica indeterminata nigricante; lateribus setosa. Vertex puncto ocellorum nigro. Occiput nigrum. Antennæ mediocres orbiculares, articulis basalibus flavis, ultimo atro, seta obscura. Epistoma infra oculos paullo descendens, flavo-albidum, seta utrinque mystacina & setulis oris pluribus distinctis. Proboscis flava. Palpi nigri. Genæ longiusculæ flavæ. Oculi mediocres l. minusculi, rotundi. Thorax cinereus, lineola laterali angusta ab humeris ad radicem alarum ducta flava; ad latera setis ordinariis munitus. Scutellum

cinereum, margine 4-setosum. Abdomen oblongo-ovatum subnitens nigro-puberulum nigricans, incisuris omnium tenuissime flavidis. Segmentum ultimum margine apicali flavo. Venter basi pallescens. Anus longitudine segmenti ultimi, crassus compressus ater nitidus. Alæ elongatæ angustatæ hyalinæ, basi concolores, nervis omnibus perspicuis obscuris. Nervi: auxiliaris parum ultra 3:tiam costæ partem extensus, subsimplex; longitudinales recti, horum 2:dus paullo ante, 3:tius mox ante, & 4:tus mox pone apicem alæ, ubi desinit costalis, excurrentes; 5:tus nonnihil pone medium marginis interioris & usque ad summum marginem productus; 6:tus valde obsoletus; transversi aperte distantes, horum ordinarius lenissime obliquus, a margine modice remotus & in medio alæ ita locatus, ut segmentum costæ nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio vix duplo brevius evadat. Costa nuda; spinula nulla. Squamæ rudimentariæ. Halteres citrini. Pedes mediocres simplices. Coxæ posteriores cinerascentes. Coxæ anticæ, trochanteres omnes & femora omnia læte flava. Tibiæ fuscæ, anticæ in altero specimine testaceæ. Tarsi omnes nigricantes vel fusci. Femora antica subtus pilosula.

19. *A. limbatella:* nigra subnitida; capite, antennis, thoracis vitta laterali lata & limbo postice tenuiter, pleurarum macula, scutello, abdominis incisuris anguste, femoribusque, flavis; verticis macula, scutello puncto utrinque, tibiis tarsisque nigris; alis hyalinis, nervis transversis modice remotis, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario in medio alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus. ♂. (Long. $1\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in Arundinetis in Uplandia ad Holmiam, ubi specimen descriptum a Prof. *Boheman* d. 23 Jun. 1847 detectum fuit, mihique missum.

♂. Affinis priori, sed antennis scutelloque flavis &c. abunde

diversa. *A. ornatæ* Meig. Dipt. 6. 176. 29. quoque accedere videtur, scutello flavo distincte nigro-bipunctato, nec flavo immaculato, recedens. Caput flavum opacum, puncto verticis nigro. In fronte supra antennas macula transversa dilute fusca obsoleta certo situ apparet. Antennæ orbiculares fulvæ, seta fusca, basi obscura. Epistoma infra oculos paullo descendens, seta mystacina utrinque unica nigra. Proboscis flava. Oculi majusculi rotundi. Occiput nigrum. Thorax niger, vitta laterali lata & margine postico anguste flavis; macula ante scutellum minuscula trigona ejusdem coloris. Macula pectoralis majuscula trigona ante radicem alarum flava. Scutellum flavum, basi puncto utrinque majusculo nigro. Abdomen nigrum, incisuris anguste flavis. Segmentum ultimum margine apicali albido. Alarum nervus transversus ordinarius in centro alæ situs. Segmentum nervi longitudinalis 4:ti 2:dum tertio triplo brevius. Halteres flavi. Pedes simplices, coxis obscuris, anticis apice flavis; femoribus omnibus flavis; tibiis fusco-nigris; tarsis atris.

β. corpore pallescente.

20. *A. flava:* tota ochraceo-flava; antennis fulvis; orbitis oculorum albis; puncto verticis ungvibusque nigris; alis cinereo-hyalinis, nervis pallescentibus, transversis modice approximatis, horum medio apici auxiliaris opposito, ordinario mox ante medium alæ sito, longitudinalibus 3 & 4 parallelis. ♂. (Long. vix 1 lin.).

Meig. Dipt. 6. 177. 31? Macqv. Buff. 2. 609. 18?

Hab. in graminosis Sveciæ meridionalis rarissime; in Scania ad Lund in horto proprio d. 17 Jul. 1847 specimen descriptum detegi.

♂. Angusta tenera, habitu *Opomyzæ;* flava opaca, setis fron-

tis, thoracis scutellique ordinariis vestita. Frons lata flava, puncto verticis parvo, nigro. Antennæ mediocres fulvæ, seta testacea. Epistoma brevissimum infra oculos minime descendens, albidum, in medio flavum, seta mystacina utrinque unica parva. Palpi & proboscis intra os retracta flava. Genæ breves, albidæ. Oculi majusculi rotundati exserti, in viva ferruginei æneo-micantes, in mortua obscure ferruginei. Thorax & scutellum ochracea immaculata. Abdomen elongatum angustum subcylindricum flavum, dorso ante apicem macula fusca. Anus (in ♂) longitudine & latitudine segmenti ultimi, globosus exsertus nudus pallidus. Alæ abdomine paullo longiores, angustatæ, cinereo-hyalinæ, nervis pallescentibus. Nervi: auxiliaris brevis vix ultra quintam costæ partem extensus, longitudinales 2:dus nonnihil ante apicem, 3:tius in ipso apice, & 4:tus nonnihil pone apicem alæ ubi desinit costalis, excurrentes, exacte paralleli, æqvali spatio remoti; transversi perpendiculares, modice approximati & ita distantes, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio circiter $2\frac{1}{2}$ brevius evadat; horum ordinarius ad marginem retractus. Costa nuda. Squamæ rudimentariæ & halteres albida. Pedes simplices, toti pallide flavi, ungvibus solum nigris.

Obs. *Meigen* & *Macqvart* pro sua *Agr. flava* longitudinem $1\frac{1}{3}$ lineæ determinant; nostra autem parum ultra $\frac{3}{4}$ lin. longitudinem attingit; ceteræ notæ optime quadrant.

**. Nervus transversus ordinarius aut mox, aut tantum paullo, ante medium alæ situs. (Conferantur species 3, 8, 11, 14, 15, 16 & 18 in subdivisione præcedente). Vide Meigeni Tab. 61. fig. 36.

a). Frons tota nigra (in *A. vittigera* n:o 23 postice flavo-irrorata).

21. *A. tibialis:* piceo-nigra parum nitida; epistomate sordide albicante; genubus, tibiis tarsisque testaceis; alis cinereo-hyalinis, nervis pallescentibus, transversis valde approximatis, horum ordinario distincte ante medium alæ & mox pone apicem auxiliaris sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus. ♂♀. (Long. $\frac{1}{3}$ vix $\frac{1}{2}$ lin.).

Fall. Agromyzid. 5. 5. ♂. Meig. Dipt. 6. 179. 38 (e descriptione Fall. transscripta).

Hab. in foliis fruticum præsertim Alni, per hortos, prata & silvas Sveciæ meridionalis & mediæ, Jun.—Sept., passim, in copula aliquoties deprehensa, & in fenestris cubiculorum interdum etiam lecta; nempe in Scania ad Esperöd & alios locos parce; in Ostrogothia ad Wadstena Aug. sat frequens; in Gottlandia ad Garde rarius.

♂♀. Magnitudo pusilla, color corporis niger in brunneum eximie vergens, pedes præter femora nigro-picea pallescentes, ut & statura corporis ovata, speciem designant. Frons opaca nigricans, sæpe picea; distincte setosa. Antennæ minusculæ, rotundæ nigricantes l. brunneæ, seta picea. Epistoma breve infra oculos haud descendens, lividum, in bene conservatis albicans, seta mystacina utrinque unica parva. Os & palpi intra os retracta. Genæ longiusculæ lividæ. Oculi magni rotundi. Thorax & scutellum nigricantia, sæpe brunnea, parum nitida, setis ordinariis vestita. Abdomen ovatum nigro-brunneum subnitidum pilosulum. Alæ abdomine longiores, modice latæ, cinereo-hyalinæ. Nervi: pallescentes, costalis obscurior, auxiliaris brevis, longitudinales 2:dus paullo ante apicem, 3:tius in apice & 4:tus mox pone apicem alæ ubi desinit costalis, excurrentes, non exacte paralleli, 6:tus obsoletus; transversi ita approximati, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio quadruplo brevius evadat; horum medius apici auxili-

aris oppositus, ordinarius paullo pone apicem auxiliaris situs, aperte ante medium alæ retractus & a margine longe remotus. Squamæ parvæ. Halteres albi, clava rotunda. Pedes jam nigricantes, geniculis, tibiis tarsisque pallidis, jam brunnei, tibiis tarsisque dilutioribus, jam toti dilute brunnei l. lividi.

22. *A. luctuosa:* nigra nitida; epistomale cinereo-micante; proboscide, macula parva sub radice alarum, abdominis incisuris angustissime, genubusque, albidis; alis hyalinis, nervis perspicuis, transversis valde approximatis, horum ordinario obliquo distincte ante medium alæ & mox pone apicem auxiliaris sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ lin.).

Var. a. ♂♀. abdomine toto nigro, incisuris mediis angustissime albis.

Meig. Dipt. 6. 182. 49. Macqv. Buff. 2. 612. 34.

Var. b. ♀. abdomine nigro, segmentis 1 & 2 lateribus, illo late, hoc anguste incisurisque mediis angustissime, albis.

Hab. in Scandinaviæ graminosis & fruticibus Jul. Aug. passim; in copula etiam deprehensa; scilicet var. a. in Scania ad Lund (in horto proprio), diversorium Röstånga, Sjörup, Esperöd, &c., non raro; in Smolandia ad Skärsjö; in Ostrogothia ad Gusum; in Uplandia ad Holmiam, D. D. *Wahlberg* & *Boheman;* in Helsingia ad Stråtjära, D. *Dahlbom;* in Gottlandia ad Fardhem & Stenkyrka; in Dalecarlia ad Rörshyttan; in Jemtlandia boreali ad radicem alpium Åreskutan & Mulfjellen sat frequens; in Norwegiæ jugo alpino ad Kong Carl Johans

Klev, parce; e Dania a D. *Stæger* communicata. Var. b. tantum ad Åreskutan mihi obvia, rarius.

♂♀. *Agr. laterellæ* var. c. n:o 11 simillima & proxima, sed antennis minoribus & nervis transversis nonnihil magis approximatis, vere distincta. Parva subovata nigra, setis ordinariis vestita. Caput opacum. Frons latissima. Antennæ mediocres rotundæ, seta nigra. Epistoma breve infra oculos parum descendens, nigrum, cinereo-micans, sub antennis impressum, seta mystacina utrinque unica. Palpi nigri. Proboscis albida. Oculi magni rotundi, in viva æenei vel virescentes. Thorax lenissime cinereo-micans; immediate sub basi puncta alba 1 vel 2 elevata, quæ etiam ipsam alæ radicem tangunt. Abdomen nigrum nitidum, incisuris mediis plerumque tenuissime albis; in ♂ oblongum ano rotundato, in ♀ ovatum apice brevi compresso; in var. b. basi lateribus pallide flavum. Alæ latiusculæ, cinereo-hyalinæ, nervis perspicuis, costali obscuriori. Nervi: auxiliaris brevis subsimplex, basi subcrassus flavus, longitudinales 2:dus paullo ante apicem, 3:tius fere in apice & 4:tus mox pone apicem alæ ubi desinit costalis, excurrentes, 6:tus obsoletus; transversi ita approximati, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio circiter quintuplo l. sextuplo brevius evadat, horum ordinarius obliquus ante medium alæ & nonnihil pone apicem auxiliaris ductus, a margine sat longe remotus, & medius fere mox ante apicem auxiliaris insertus. Squamæ parvæ & halteres alba. Pedes nigri, anticorum genubus posteriorumque geniculis summis albidis. In vetustis speciminibus tarsi sæpe picei. — Species ad subdivisionem * * * transiens.

23. *A. vittigera:* nigra nitida; epistomate cinereomicante; vertice flavo-irrorato; proboscide, thoracis vitta laterali, macula parva sub radice alarum genubusque albidis; alis hyalinis, nervis perspicuis, transversis valde

approximatis, horum ordinario obliquo distincte ante medium alæ & mox pone apicem auxiliaris sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 leniter divergentibus. ♂♀. (Long. $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in graminosis Sveciæ meridionalis minus frequens; ad Lund Scaniæ in horto proprio 2 Jul.—10 Aug. 2 mares & 3 feminas inveni.

♂♀. Statura, color & structura partium ut in præcedente, sed magnitudine nonnihil minore & pictura verticis thoracisque, diversa. Frons modice lata setosa nigra, orbita oculorum postica & vertice flavis, puncto ocellorum nigro. Antennæ, epistoma, palpi, proboscis & oculi ut in priori. Thorax ordinarie setosus, niger, vitta laterali a capite ad basin alarum lata & puncto sub basi alarum earumque radicem tangente citrinis. Scutellum nigrum. Abdomen nigrum nitidum, incisuris in medio tenuissime, ad latera præsertim antice paullo latius, albidis. Differentia sexus, alæ (etiam quoad directionem nervorum), squamæ, halteres & pedes omnino ut in priori.

b). Frons tota flava.

24. *A. geniculata:* nigra, antennis concoloribus, thorace obscure cinerascente; fronte flavida, vertice fusco; epistomate, proboscide genubusque albidis; alis hyalinis, nervis transversis sat approximatis, horum ordinario subobliquo distincte ante medium alæ & paullo pone apicem auxiliaris sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Fall. Agromyzid. 6. 10. ♂♀. vera.

Hab in Scandinavia meridionali & media Jul. Aug.

minus frequens; scilicet in Scania ad Lund, Esperöd &c.; in Ostrogothia ad Gusum, D. ***Wahlberg***; e Dania a D. ***Stæger*** communicata.

♂♀. Specimina typica Falleniana ante oculos habeo. Similis priori, sed fronte e maxima parte flava, epistomate albido, thoracis vitta laterali deficiente, &c., dignota. Caput opacum. Frons setosa straminea, vertice fuscescente, puncto ocellorum nigro. Antennæ minusculæ rotundæ nigræ, basi superne sordide flavidæ; seta nigra. Epistoma infra oculos nonnihil descendens, albidum, seta utrinque mystacina parva nigra. Palpi nigri? & proboscis flava, retracta. Oculi mediocres rotundi. Thorax nitidus setosus, niger, leniter obscure cinereo-micans; scutellum concolor. Abdomen nitidum nigrum immaculatum, in ♂ oblongum ano rotundato, in ♀ ovatum ano breviter acuto subcompresso. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis subpallescentibus. Nervi: auxiliaris modice brevis, subsimplex, basi crassiusculus flavus, longitudinales 2:dus perspicue ante apicem, 3:tius mox ante apicem, & 4:tus mox pone apicem alæ ubi desinit costalis, excurrentes; transversi ita approximati, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio saltem qvadruplo brevius evadat; horum ordinarius subperpendicularis longe a margine remotus. Squamæ parvæ & halteres, alba. Pedes nigri, geniculis albidis.

Obs. *Agrom. geniculata* Meig. & Macq. a Falleni & nostra specie toto cœlo diversa, p. 2750 sub n:o 15 nomine *Agrom. capitata* apud nos descripta.

= frontalis Meig.

25. *A. flaviceps:* nigricans, puncto verticis nigro; capite, antennis pedibusque totis pallide flavis; alis cinereo-hyalinis, nervis transversis sat approximatis, horum ordinario subobliquo mox ante medium alæ sito, longi-

tudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus. ♂. (Long. circiter $\frac{2}{3}$ lin.).

Fall. Agromyz. 6. 12. ♂. (exclusa ♀ per errorem allata). Meig. Dipt. 6. 185. 59 (e descriptione Falleni transcripta).

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in pascuo sterili in Scania unicum individuum ante plures annos inveni, pro discriptione Falleniana typicum.

♂. Parva oblonga, setis ordinariis munita. Caput opacum. Frons lata pallide flava, puncto verticis nigro. Occiput obscurum. Antennæ mediocres pallide flavæ, seta obscura. Epistoma infra oculos parum descendens. Proboscis flava. Oculi mediocres rotundi. Thorax & scutellum cinerascenti-nigra, parum nitida. Abdomen oblongum nigrum subnitidum, ano rotundato subinflexo. Alæ latiusculæ cinereo-hyalinæ, nervis omnibus, excepto 6:to longitudinali obsoleto, conspicuis. Nervi: auxiliaris modice brevis, geminatus; longitudinales 2:dus distincte ante apicem, 3:tius mox ante apicem & 4:tus mox pone apicem alæ ubi desinit costalis, excurrentes, ad apicem nonnihil divergentes; transversi ita approximati, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio circiter $3\frac{1}{2}$ brevius evadat; horum medius apici auxiliaris oppositus, ordinarius leniter obliquus mox ante medium alæ situs, a margine longe remotus. Costa nuda. Squamæ parvæ & halteres alba. Pedes simplices toti pallide flavi.

26. *A. tarsella:* cinerea, puncto verticis nigro; capite, antennis, pleuris pedibusque pallide flavis, tarsis fuscis; scutello flavo, puncto laterali brunneo; abdomine nigro, incisuris angustissime fasciolaque ante apicem flavo-albidis; alis cinereo-hyalinis, nervis transversis sat approximatis, horum ordinario lenissime obliquo mox an-

te medium alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 subparallelis. ♀. (Long. fere $\frac{2}{3}$ lin.).

Hab. in Scania rarissime; ad Esperöd mense Aug. semel a me capta.

♀. Similis priori, sed scutello, pleuris abdominisque incisuris & fasciola postica flavis, tarsis fuscis, & nervis longitudinalibus subparallelis, distincta. Subopaca. Frons, antennæ & oculi ut in præcedente. Epistoma infra oculos nonnihil descendens, seta utrinque mystacina. Thoracis discus dorsalis cinereus, pleuris late rufo-flavis. Scutellum flavum, lateribus utrinque puncto brunneo. Abdomen oblongum, parum nitidum, nigrum, incisuris omnibus tenuissime, & segmenti ultimi margine apicali distincte, albido-flavis. Anus longitudine segmenti ultimi, sat magnus ater nitidus, versus apicem compressus. Alæ omnino ut in præcedente, sed nervi longitudinales 2, 3 & 4 fere paralleli, horum 4:tus fere in apice excurrens. Halteres albi. Pedes pallide flavi, tarsis fuscescentibus.

Obs. Similis videtur *A. exili* Meig., sed nervis transversis minus ad basin retractis, & tarsis fuscis, nec pedibus totis rufis, distingvitur.

27. *A. flaveola:* nigricans, puncto verticis nigro; capite, antennis, pleuris, scutello, abdominis limbo antico, & incisuris mediis anguste, geniculisque, pallide flavis; alis cinereo-hyalinis, nervis transversis sat approximatis, horum ordinario lenissime obliquo distincte ante medium alæ sito, longitudinalibus 2, 3 & 4 subparallesis. ♂♀. (Long. circiter $\frac{1}{2}$ lin.).

Fall. Agromyz. 6. 11. ♂♀. Meig. Dipt. 6. 180. 44. Macq. Buff. 2. 611. 30.

Hab. in graminosis locis aridis, & fruticibus, per hor-

tos, prata & campos Scandinaviæ meridionalis & mediæ, Jun. Jul. Aug. Sept. vulgaris; scilicet in Scania ad Lund, Abusa, Lindholmen, Esperöd &c., frequens; in Ostrogothia ad Gusum, Wadstena &c., non parce; in Gottlandia rarius; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg*; in Dania, D. *Stæger*, a quo etiam feminam sub nomine "*A. terminalis* n. sp." 28 Sept. 1838 obtinui.

♂♀. Parva, oblonga, nitida, setis ordinariis vestita. Caput opacum. Frons lata pallida flava, puncto verticis nigro. Antennæ parvæ flavæ, seta pallescente. Epistoma infra oculos breviter descendens, flavo-albidum, seta utrinque mystacina nigra. Proboscis flava. Genæ longiusculæ albidæ. Oculi mediocres rotundi, in viva virescentes l. ænei. Thorax flavus, disco dorsali inæqualiter, sternoque, nigris. Scutellum flavum, basi utrinque puncto minuto brunneo. Metathorax ater nitidus. Abdomen oblongum, posterius angustatum, totum flavum, vitta dorsali nigra l-cinerea in segmento 2:do incipiente ibique angusta, versus apicem sensim dilatata totum apicem occupante, per incisuras anguste albidas interrupta. Anus in ♂ parvus rotundatus obscurus; in ♀ longitudine segmenti ultimi, basi crassiusculus, versus apicem compressus, totus ater nitidus. Alæ omnino ut in præcedente etiam quoad nervorum directionem, sed nervi transversi nonnihil magis approximati. Squamæ rudimentariæ & halteres albida. Pedes plerumque nigricantes l. fusci, trochanteribus geniculisque pallide flavis, sed variant quoque fusci, coxis, genubus tibiisque præsertim anticis flavicantibus.

Obs. Species Meigenianæ: *A. variegata* Dipt. 6. 180. 43., & *A. variegata* Dipt. 7. 402. 97. (quæ, si sunt vere distinctæ, diverso etiam nomine designari debent) ab *A. flaveola* non multum discedere videntur.

***. Nervi transversi valde approximati & ita ad basin alæ retracti, ut medius semper mox ante apicem auxiliaris brevis situs, ordinarius vero aut apici auxiliaris oppositus aut mox pone ejus apicem ductus, nec versus medium alæ insertus. (Vide Meigeni Tab. 61. fig. 35.).

a). Frons tota nigra (in varietatibus junioribus *A. vagantis* & *lacteipennis* margine antico anguste obscure ferrugineo).

28. *A. gyrans:* nigra subnitida; alis cinereo-hyalinis, nervis perspicuis, 4:to longitudinali in apice alæ excurrente. ♂♀. (Long. $\frac{1}{3}$ lin.).

Fall. Agromyz. 4. 3. ♂♀. typica. — Meig. Dipt. 6. 182. 48. T. 61. f. 35. Macq. Buff. 2. 611. 33. Zett. Ins. Lapp. 789. 11. ♂♀.

Hab. in foliis fruticum per Scandinaviam, Jul. Aug., minus frequens, circulatim reptans, in copula aliquoties deprehensa; scilicet in Scania ad Lund, Esperöd *(Fallén)*, &c.; in Ostrogothia ad Wadstena parce; in Lapponia Umensi rarissime, ad novaccolum Umenås semel lecta.

♂♀. Pusilla, setis ordinariis munita. Caput nigrum opacum. Antennæ minores. Epistoma infra oculos parum descendens, cinereo-micans. Oculi majusculi. Thorax & scutellum nigra subnitida. Abdomen ovatum nigrum nitidum. Alæ sordide hyalinæ, latiusculæ. Nervi tenues: auxiliaris brevis; longitudinales 2:dus & 3:tius ante apicem, 4:tusque in apice alæ ubi desinit costalis, excurrentes, subparalleli, fere æquali spatio remoti, 5:tus in medio marginis interioris excurrens, 6:tus abbreviatus; transversi magnopere approximati, perpen-

diculares, horum ordinarius apici auxiliaris oppositus & ita locatus, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio saltem decies brevius evadat. Squamæ incompletæ. Halteres nivei. Pedes nigri, in exsiccatis & diu asservatis sæpe obscure brunnescentes.

29. *A. vagans:* nigra subnitida; alis albido-hyalinis, nervis longitudinalibus 3:tio perspicuo in apice, 4:toque obsoleto pone apicem alæ, excurrentibus. ♂♀. (Long. $\frac{1}{3}$ fere $\frac{1}{2}$ lin.).

Fall. Agromyz. 5. 7. ♂♀. Meig. Dipt. 6. 183. 52.

Hab. in Sveciæ foliis fruticum, agris, fenestris &c., Jul.—Sept., passim, in copula etiam lecta; scilicet in Scania ad utrumque Esperöd; in Ostrogothia ad Gusum; in Gottlandia ad Gothem (5 Jul. in copula); in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg.*

♂♀. Specimina typica Falleniana simul ante oculos habeo. Parva oblonga, setis ordinariis vestita. Caput nigrum opacum, frontis margine antico summo plerumque obscure ferrugineo, seu vestigio ferruginedinis, quæ in affini illa *Agr. obscurella* (32) vivacior & ad medium frontis extenditur. Macula verticis triangularis nigra nitidissima. Antennæ mediocres nigræ, seta nigra. Epistoma infra oculos leniter descendens, seta utrinque mystacina & setulis oris pluribus. Oculi mediocres rotundi. Thorax & scutellum subnitida. Abdomen oblongum nigrum nitidum, apice in ♂ obtusum, in ♀ acutum. Venter basi saltem flavidus. Alæ latiusculæ, albidæ, nervis pallidis, costali obscuriori, basi præsertim setuloso. Nervi: auxiliaris brevis; longitudinales 2:dus lenissime subflexus, ante apicem, 3:tiusque rectissimus in ipso apice alæ, excurrentes, perspicui, 4:tus pone apicem excurrens, valde obsoletus, 5:tus in medio marginis interioris excurrens, 6:tus vix ullus; trans-

versi magnopere approximati perpendiculares, horum medius apici auxiliaris oppositus, ordinarius mox pone ejus apicem ductus & ita locatus, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio fere decies brevius evadat. Squamæ, halteres & pedes ut in priori.

30. *A. lacteipennis:* nigra nitida; alis lacteis, nervis albis, costali obscuro, longitudinalibus 3:tio perspicuo in apice, 4:toque obsoleto pone apicem alæ, excurrentibus. ♂♀. (Long. $\frac{1}{3}$ lin.).

Fall. Agromyz. 4. 4. ♂♀. typica secundum specimina e collectione Falleni. — Meig. Dipt. 6. 183. 53. Macq. Buff. 2. 612. 35. Zett. Ins. Lapp. 789. 12.

Hab. in floribus Umbellatarum, Compositarum ut Cardui Acanthoides, &c., etiam in foliis plantarum, Jul. Aug., passim; scilicet in Scania ex. gr. ad Lund, Skarhult & Esperöd frequenter; in Ostrogothia rarius; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg*; in Lapponiis: Umensi ad Wilhelmina & Tornensi ad Kengis & Karesuando.

♂♀. Valde minuta. Priori similis, sed minor & alis albidioribus, ventre nigro nec pallescente, &c., dignota. Caput nigrum opacum, macula verticis triangulari nigra nitidissima. Frons tenuissime setulosa. Antennæ, epistoma & oculi omnino ut in præcedente. Thorax, scutellum & abdomen oblongum glabriculum, subænescenti-nigra nitida. Alæ lacteæ, nervis, præter costalem obscurum basi puberulum, albis, exacte ut in *A. vagante* directis, tenuibus, omnibus perspicuis, excepto longitudinali 4:to obsoletissimo. Halteres nivei. Pedes simplices nigri.

Var. b. ♂♀. simillima var. a., sed frontis margine antico anguste errugineo l. obscure flavicante; forte juvenilis; cum var. a. habitans.

Obs. 1. Clar. *Meigen* secundum specimen, ut ait, a Prof. *Fallèn* acceptum, hanc speciem describit: "alarum nervo qvarto quintoque longitudinalibus obsoletis"; sed in omnibus nostris individuis (circiter 30), inter quæ Falleniana typica, nervus qvintus æque perspicuus ac 2:dus & 3:tius, & solus qvartus obsoletus.

Obs. 2. *Oscini Frit* & *pusillæ* sat affinis & similis, sed alarum colore & nervorum ratione diversa. Caveas ne *Agromyzam lacteipennem* cum *Phytomyza morione* n:o 5 confundas.

31. *A. flavo-scutellaris:* nigra nitida; scutello flavissimo, puncto laterali brunneo; alis cinereo-hyalinis, nervis perspicuis, 4:to longitudinali in apice alæ excurrente. ♂♀. (Long. ½ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 790. 13. ♀. *Agr. scutellata* Fall. Agromyz. 7. 13. e parte, nempe in descriptione varietas: femoribus nigris & fronte nigra.

Hab. in graminosis mense Julio rarius; scilicet in Scania, ubi feminam ad Esperöd in paroecia Tranås semel inveni; marem unicum in Gottlandia deprehendi; in silva Lapponiæ Umensis ad novaccolum Badstuguträsk specimen typicum femineum 1832 detegi.

♂♀. Similis *A. gyranti* n:o 28, sed scutello determinate flavo statim dignota. Tota de cetero nigra nitida. Caput opacum, fronte setosa. Antennæ minores, seta obscura. Epistoma infra oculos parum descendens, cinereo-micans, seta utrinque mystacina. Palpi nigri. Proboscis sordide testacea. Oculi majusculi. Thorax ad latera setosus. Scutellum pulchre flavum l. citrinum, basi utrinque puncto brunneo. Abdomen oblongum nigrum nitidum. Alæ sordide hyalinæ, latiusculæ. Nervi exacte ut in *A. gyrante* directi. Squamæ, halteres &

pedes quoque omnino ut in illa. Genua & tarsi in specimine masculo albicantia.

b). Frons nigra, antice ferruginea. (Varietates juveniles *Agr. vagantis & lacteipennis* frontis margine antico anguste obscure ferrugineo in subdivisione antecedente a). suis locis quærendæ).

32. *A. obscurella:* nigra parum nitida; fronte antice ferruginea; alis cinereo-hyalinis, nervis longitudinalibus 3:tio perspicuo in apice, 4:toque obsoleto pone apicem alæ, excurrentibus. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ lin.).

Fall. Agromyz. 6. 9. ♂♀. Meig. Dipt. 6. 184. 55. ♂♀. Macq. Buff. 2. 612. 36.

Hab. in graminosis & foliis fruticum, per hortos, agros, prata & pascua Scandinaviæ meridionalis & mediæ versus autumnum, ab initio Julii usque ad finem Octobris, vulgaris, in fenestris cubiculorum sæpe etiam obvia; scilicet in Scania ad Lund, Abusa, Tranås, Esperöd &c., frequens (individua mascula in fenestra cubiculi mei jam mense Aprili deprehendi); in Blekingia, von *Borck;* in Ostrogothia ad Gusum *(Wahlberg)*, Lärketorp, Wadstena, Godegård &c., non parce; ex Holmia Uplandiæ a D. *Boheman* communicata, sed supra hanc provinciam hactenus non observata; ex Hafnia Daniæ a D. *Stæger* missa.

♂♀. Tota nigra subopaca, setis ordinariis vestita. Frons lata nigra, antice ad medium obscure ferruginea l. lutea. Macula verticis triangularis nigra nitidissima. Antennæ minores de-

flexæ nigræ, seta nuda obscura. Epistoma infra oculos parum descendens, leniter cinereo-micans, seta utrinque mystacina & setulis oris pluribus distinctis. Palpi graciles & proboscis nigra. Oculi majusculi, in viva obscure rufo-ferruginei, vix æneo-micantes. Thorax & scutellum nigra, l. obscure cinerea immaculata. Abdomen oblongum nigrum immaculatum subnitidum; segmenta 5 distincta numero, præter maris caudam leniter inflexam fasciculo pilorum exiguorum albidorum subtus utrinque ornatam & hamulis 2 filiformibus parvis incurvatis nigris munitam; anus in ♀ ater nitidus. Alæ cinereo-hyalinæ, latæ, nervis exacte ut in *A. vagante* n:o 29 directi. Costa ad basin puberula. Spinula parva adest. Squamæ incompletæ. Halteres albi. Pedes sat tenues, nigri, in exsiccatis & diu asservatis individuis, ut plerumque, brunnescentes, tarsis in primis rufescentibus.

Obs. Caveas ne hanc cum varietate juniori *Agr. vagantis* confundas. — Ab *A. elongella* n:o 42 vix nisi halteribus albis, nec nigris, & nervis transversis magis approximatis distingvitur.

33. *A. infuscata:* nigra parum nitida; fronte antice ferruginea; alis infuscatis, nervis longitudinalibus 3:tio perspicuo in apice, 4:toque obsoleto pone apicem alæ, excurrentibus. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ lin.).

Meig. Dipt. 6. 184. 56.

Hab. verno tempore in Scania & Ostrogothia haud infrequens; mihi in fenestris cubiculi mei in Lund mense Junio fere quotannis obvia; ad Wadstena quoque serius deprehensa.

♂♀. Priori ut ovum ovo simillima, nec differt ab illa, nisi alis nonnihil magis infuscatis. Magnitudo, structura partium,

color (alarum exepto) & omnia exacte ut in *A. obscurella*, a qua mihi vix distincta videtur.

c). Frons tota flava.

34. *A. scutellata:* nigra nitida; capite, antennis, pleuris, scutello femoribusque flavis; ventre pallescente, alis hyalinis, nervis perspicuis, longitudinali 4:to in apice alæ excurrente. ♂♀. (Long. $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ lin.).

Var. a. ♂♀. abdominis dorso toto nigro, margine apicali segmenti ultimi in ♀ plerumque pallido.

Fall. Agromyz. 7. 13. ♂♀. e parte, nempe in descriptione varietas: femoribus flavis. — Meig. Dipt 6. 183. 54. (e descriptione Falleni transscripta). — Zett. Ins. Lapp. 790. 14. var. b. ♂♀. — *Agrom. flaveola* var.: "abdomine toto nigro", Fall. Agromyz. 6. 11. in descriptione.

Var. b. ♂♀. abdominis dorso nigro, incisuris tenuissime flavis.

Agromyza pusilla Meig. Dipt. 6. 185. 60? ♂♀.

Hab. in graminosis locis aridis, floribus & foliis plantarum Scandinaviæ, Jul.—Sept., passim, in copula quoque observata; scilicet var. a. in Scania ad Lund, Abusa, Ausås, Esperöd &c.; in Smolandia, D. *Boheman;* in Ostrogothia ad Wadstena; in Bahusia ad Lindesnäs prope urbem Uddevalla 1847, D. *Möller;* in Uplandia, D. *Marklin;* in Jemtlandia ad Grimnäs & Farnbyn parce; in Lapponia Tornensi ad Kengis rarius; in Norwegia ad Thynäs rar.; var. b. vix nisi in Scania ad Fogelsång & Esperöd, atque in Norwegia ad Oestre Näs Værdaliæ lecta.

♂♀. Pusilla nitida, setis ordinariis frontis, epistomatis, thoracis scutellique munita. Caput opacum. Frons lata flava, puncto verticis occipiteque nigris. Antennæ mediocres, rotundatæ, pallide flavæ (in viva aurantiacæ), seta fusca. Epistomate infra oculos paullo descendens, albido-flavum, seta utrinque mystacina distincta & setulis oris pluribus exiguis fuscis. Proboscis pallida. Prælabrum nigrum. Genæ subelongatæ flavæ. Oculi mediocres l. minusculi, rotundi, in viva cuprei l. virescentes, in mortua nigro-brunnei. Thorax flavus, disco dorsali & sterno nigris. Scutellum citrinum, puncto laterali nigro. Abdomen ovatum nigrum, in var. a. fere immaculatum, exepto margine segmenti ultimi apicali præsertim in (♀) flavo; in var. b. incisuris simul tenuiter flavis. Venter basi l. lateribus saltem pallescens. Anus seu oviductus in ♀ niger. Alæ latiusculæ, hyalinæ, l. cinereo-hyalinæ, nervis tenuibus, omnibus perspicuis & saltem in vetustis pallescentibus. Nervi præterea exacte ut in *A. gyrante* (28) & *flavo-scutellari* (31) directi. Squamæ incompletæ. Halteres albidi. Pedes mediocres simplices, coxis, trochanteribus femoribusque pallide flavis. Tibiæ plus minus infuscatæ l. nigræ, fuscedine in medio plerumque saturatiori. Tarsi jam dilute fusci, jam testacei, jam nigricantes.

Obs. 1. *A. scutellata* Fall. non est species pura; & in Museo beati Viri individua diversarum specierum sub nomine *A. scutellata* exstant. — *Agr. pusilla* Meig. forsan ut synonymon ad varietatem b. nostram referenda. An quoque *Agr. strigata* Meig. Dipt. 6. 186. 63?

Obs. 2. *Phytomyza flavo-scutellata* n:o 7, huic subsimilis, sed alarum nervis transversis ante apicem auxiliaris congestis, antennis apice nigris &c. diversa, cum *Agr. scutellata* vix commiscenda.

35. *A. exigua:* nigra nitida; antennis pedibusque

concoloribus; capite flavo; alis subhyalinis. ♀. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Meig. Dipt. 6. 184. 58.

Hab. in Scandinavia meridionali rarissime; mihi non obvia, sed ut Daniæ incola a D. *Stæger* sub d. 29 Sept. 1838 annotata.

♀. Simillima fuerit *A. flavifronti* Meig., pedibus totis nigris (nec ut in *flavifronte* pedibus flavis, femoribus nigris geniculis rufo-flavis), solum diversa. Nigra nitida. Caput flavum, puncto verticis nigro. Halteres albi. Alarum nervi omnino ut in Meigeni Tab. 61. fig. 35 directi.

36. *A. orbona:* nigra nitida; capite, antennis, thoracis vitta laterali, scutello genubusque, flavis; ventre nigro; alis hyalinis, nervis perspicuis, longitudinali 4:to in apice alæ excurrente. ♂♀. (Long. $\frac{1}{3}$ lin.).

Meig. Dipt. 6. 186. 65. ♂♀. Macq. Buff. 2. 613. 40. ♂♀.

Hab. in Svecia meridionali valde rara, a me in Scania ante plures annos etiam in copula deprehensa, sed locus specialis non annotatus.

♂♀. *Agr. scutellatæ* n:o 34 simillima, sed thoracis tantum vitta laterali, nec simul pleuris, flavis, & pedibus nigris, geniculis solum flavis, distincta. Pusilla nitida, setis ordinariis vestita. Frons, antennæ, epistoma & oculi omnino ut in *scutellata* descripta. Thorax niger, vitta laterali a capite ad radicem alarum lata flava. Scutellum flavum, puncto laterali nigro. Abdomen ovatum nigrum; in ♀ segmentum ultimum apice anguste flavo-marginatum, & anus (ovidutus) segmento ultimo fere duplo longior, crassus compressus ater nitidus.

Alæ cum directione nervorum exacte ut in *A. gyrante* & *scutellata*. Halteres albidi. Pedes nigri, geniculis & (in vetustis) metatarsis flavis.

Obs. 1. Specimen femineum descripto simillimum, sed duplo majus & nervis transversis nonnihil magis remotis diversum, e Lubeca a D. *Behrens* obtinui vix, hujus speciei?

Obs. 2. Individuum unicum in summo cacumine alpis Åreskutan d. 1 Aug. 1840 inveni, varietati a. in omnibus simile præter abdominis segmenta 1 & 2 lateribus anguste flava; sine dubio hujus.

37. *A. Virgo*: nigra nitida; capite, antennis, thoracis vitta laterali, scutello femoribusque flavis; ventre, tibiis tarsisque atris; alis hyalinis, nervis perspicuis, longitudinali 4:to in apice alæ excurrente. ♀. (Long. saltem ½ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 789. 10. ♀.

Hab. in Lapponia Umensi rarissime: ad novaccolum Umenäs d. 7 Jul. 1832 in unico specimine inventa.

♀. *A. scutellatæ* & *orbonæ* valde affinis & similis; sed ab illa thoracis tantum vitta laterali, nec pleuris simul, flava, tibiis tarsisque intensius atris, ventre nigro, nec basi pallescente; ab hac femoribus totis, nec solum geniculis, flavis; & ab utraque magnitudine forsan paullulum majore, diversa. Nigra nitida, setis ordinariis munita. Caput opacum. Frons tota flava, puncto verticis nigro. Antennæ parvæ fulvo-flavæ, seta obscura. Epistoma infra oculos mediocres paullo descendens, flavo-albidum, seta utrinque mystacina obscura. Proboscis pallida. Palpi retracti. Genæ elongatæ flavo-albidæ. Thorax niger, vitta laterali latiuscula pallide flava; striola tenui supra coxas ejusdem coloris. Scutellum flavum, puncto utrinque nigro. Abdomen oblongum, versus apicem angustatum, totum & supra & infra nigrum, incisuris dorsali-

bus omnium tenuissime albidis & segmenti ultimi margine apicali anguste flavo. Anus (in ♀) longitudine segmenti ultimi, crassiusculus subcompressus ater nitidus. Alæ omnino ut in *A. gyrante* n:o 28, etiam quoad nervorum directionem. Squamæ incompletæ. Halteres albo-flavi. Pedes mediocres. Coxæ anticæ pallescentes, posteriores nigricantes. Femora omnia pallide flava. Tibiæ & tarsi omnia atra, tarsis anticis hodie dilutioribus.

38. *A. hilarella:* nigra nitida; capite, antennis, pleuris, pedibusque totis, pallide flavis; ventre pallescente; alis hyalinis, nervis perspicuis, longitudinali 4:to in apice alæ excurrente. ♂♀. (Long. $\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in Svecia meridionali & media rarissime; in Scania ad Elmhult unicum par in copula junctum mense Julio 1844 detexit D. *Dahlbom*; in Babusia ad Lindesnäs prope urbem Uddevalla d. 7 Jul. 1847 quoque unicum individuum masculum deprehendit mecumque communicavit Dom. Philos. Studiosus *Gustavus Möller.*

♂♀. Minutissima. Similis prioribus hujus subdivisionis, sed parvitate corporis & scutello nigricante, nec flavo, statim dignota. Nitida, setis ordinariis vestita. Caput opacum. Frons lata pallide flava. Antennæ minusculæ, pallide flavæ, seta pallescente. Epistoma infra oculos nonnihil descendens, flavo-albidum, seta utrinque mystacina pallescente. Proboscis & palpi retracta flava. Oculi mediocres. Thorax flavus, disco dorsali late & sterno nigris. Scutellum nigrum. Abdomen ovatum nigrum, ventre pallescente, ano (oviductu) in ♀ longitudine saltem segmenti ultimi, crassiusculum subcompressum nigrum nitidissimum. Alæ ut in priori & in *A. gyrante.* Nervi quoque exacte ut in his directi, sed transversi forsitan adhuc nonnihil magis approximati, ita ut segmentum nervi

4:ti longitudinalis 2:dum tertio fere duodecies brevius evadat. Squamæ incompletæ. Halteres flavo-albidi. Pedes mediocres, toti pallide flavi, tarsorum summo apice obscuro.

Subd. 2:da: halteribus nigris l. brunneis.

A. alarum nervis longitudinalibus 2, 3 & 4 apice leniter divergentibus, conspicuis (in *A. elongella* n:o 42 horum 4:to obsoleto).

*) nervis transversis modice approximatis (ut in Meigeni Tab. 61. f. 33).

39. *A. ænei-ventris:* nigra nitida; abdomine obscure æneo; alis subalbido-hyalinis, nervis conspicuis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem triplo breviori. ♂♀. (Long. fere ¾ lin.).

Fall. Agromyz. 1823. 4. 2. ♀. typica. — *Agr. ænea* Meig. Dipt. 1830. 6. 169. 4. Macq. Buff. 2. 607. 5. ♂♀. Tab. 23. f. 16.

Hab. in foliis fruticum & plantis variis, per Sveciam meridionalem & mediam, Jun. Jul., passim; in copula etiam multoties deprehensa; scilicet in Scania ad Lund, Räften, Fogelsång, Björnstorp, Esperöd (in Urtica dioica, *Fallèn)*, &c., frequens; in Ostrogothia ad Gusum; in Ölandia; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg.* (Ex Helsingforsia Finlandiæ a D. D. *Sahlberg* & *Nylander*; e Neuenkirchen in Mecklenburg Strelitz jam 20 Maj. 1842 a D. *Dahlbom*, & e Glogavia a D. *Zeller*, communicata). Larva degit in Cardui nutantis caulibus., quorum medullam consumit, observante *Rondani.*

♂♀. Abdominis colore metallico ab aliis facile dignota. Ovata nitida, setis ordinariis munita. Caput nigrum opacum, puncto verticis nitido. Antennæ mediocres l. minores rotundatæ deflexæ nigræ, seta concolore. Epistoma breve, infra oculos haud descendens, seta utrinque mystacina & setulis oris pluribus exiguis, nigris. Palpi & proboscis nigra. Oculi magni, in viva obscure brunnei æneo-micantes. Thorax dorso puberulus, & scutellum nigra. Abdomen late ovatum æneum nitidum, ano in ♀ nigro. Alæ latiusculæ hyalinæ subalbicantes, nervis perspicuis albidis, costali crassiori obscuro præsertim in medio (pone apicem auxiliaris). Nervi: auxiliaris ad 3:tiam costæ partem extensus, geminus (h. e. secundario approximatus); longitudinales 2:dus paullo ante, 3:tius fere in apice, & 4:tus mox pone apicem (ubi desinit costalis), excurrentes, ad apicem nonnihil divergentes, fere æquali spatio remoti; 5:tus in medio marginis interioris excurrens; 6:tus elongatus subobsoletus; transversi: medius apici auxiliaris oppositus, ordinarius subobliquus, fere in medio alæ situs, a margine modice distans. Costa nuda; spinula nulla. Squamæ parvæ. Halteres nigro-brunnei. Pedes mediocres brunneo-nigri.

40. *A. pulicaria:* nigra nitida, capite atro opaco; alis subalbido-hyalinis, nervis conspicuis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio $2\frac{3}{4}$ breviori. ♀. (Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{5}{8}$ lin.).

Meig. Dipt. 6. 170. 5? ♂♀. — Macq. Buff. 2. 607. 6? ♂♀.

Hab. in Svecia meridionali valde rara; in Scania ad Lund & Esperöd pauca specimina mihi obvia; in Ostrogothia ad Gusum & in Uplandia ad Holmiam quoque inventa fuerit, testante D. *Wahlberg*, an nostræ speciei vel potius *Agrom. mauræ?* specimina non comparavi. Mas mihi deest.

♀. A priori, cui similis, differt: magnitudine nonnihil minore, corpore forte paullulum angustiore, thorace & præsertim abdomine obscure subcærulescenti-nigris, nec obscure æneis, & nervis transversis paullo remotioribus, distincta. Ovato-oblonga nitida, setis ordinariis vestita. Caput atrum opacum. Frons modice lata. Antennæ minores subdeflexæ rotundatæ nigræ. Epistoma infra oculos haud descendens. Organa oris nigra. Oculi magni. Thorax, scutellum & abdomen nitidissima. Oviductus feminæ longitudine segmenti ultimi, crassus compressus ater nitidus. Alæ modice latæ albido-hyalinæ, nervis albidis, costali subcrassiori atro. Nervi: ut in priori directi, sed transversi, ut dictum, paullo magis distantes, unde segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum ultimo nonnihil longius quam in præcedente. Costa nuda. Squamæ rudimentariæ fuscæ. Halteres nigri. Pedes nigro-brunnei.

41. *A. pingvis:* nigra nitida, capite atro opaco, puncto verticis nitido; alis subalbido-hyalinis, nervis conspicuis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio triplo breviori. ♂♀. (Long. $\frac{3}{4}$ lin.).

Madiza pingvis Fall. Oscinid. 10. 4. ♂♀. vera. — *Agromyza* Meig. Dipt. 6. 173. 18. (e descriptione Falleniana transscripta). An *A. pulicaria* Meig. Dipt. 6. 170. 5?

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in Scania in graminosis pratorum ad prædium Beckaskog mense Julio ante plures annos inventa; in vicinitate Lundæ etiam semel observata; in Ostrogothia ad Gusum quoque deprehensa fuerit 1840 a Prof. *Wahlberg*.

♂♀. Similis *A. pulicariæ*, sed corpore paullo robustiore, colore thoracis abdominisque purius nigro, nec in cæruleum vergente, puncto verticis nitido præsente, ut & nervis trans-

versis nonnihil magis approximatis, differt. — Specimina typica e Museo *Falleni* ante oculos habeo. Oblongo-ovata, nigerrima nitida, in thorace & abdomine microscopice puberula, setis frontis, thoracis scutellique ordinariis distinctis munita. Caput atrum opacum. Frons lata, macula ocellorum subtrigona parva & (in detritis individuis) orbita oculorum nitidis. Antennæ minusculæ rotundatæ nigræ, seta mediocri nigra. Epistoma infra oculos nonnihil descendens. Instrumenta cibaria nigra. Oculi majusculi rotundati. Abdomen in ♀ acutiusculum, sed anus haud exsertus. Alæ modice latæ, albido-hyalinæ, nervis pallescentibus, costali nigro ,sed parum crassiori. Nervi ut in priori directi, sed transversi nonnihil magis approximati. Costa nuda. Squamæ rudimentariæ. Halteres nigri. Pedes nigri vel nigro-brunnei.

Obs. *Agrom. maura* Meig. Dipt. 7. 399. 85. a nostra vix nisi nervis transversis paullo magis, quam in *A. pingvi*, approximatis, differre videtur. Hæc vero proportio ægre nisi per comparationem utriusque detegitur.

42. *A. elongella:* nigra nitida, capite opaco, macula verticis nitida, fronte antice ferruginea; alis cinereo-hyalinis, nervo 4:to longitudinali obsoleto, segmento hujus nervi 2:do tertio $3\frac{1}{2}$ breviori. ♀. (Long. $\frac{3}{4}$ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 790. 15. ♀.

Hab. in Lapponia Umensi rarissime, ad Lycksele 1832 semel inventa.

♀. Nervo 4:to parum conspicuo ab aliis hujus subdivisionis facile dignota. *Agr. obscurellæ* n:o 32 proxima & valde similis, sed nervis transversis magis distantibus & halteribus nigris, nec albis, facile dignoscitur. — Oblonga sordide nigra subnitida, setis ordinariis vestita. Caput opacum nigrum. Frons lata, antice non utque ad medium ferruginea. Macula

verticis trigona minor nitida. Antennæ mediocres l. parvæ rotundatæ deflexæ nigræ, seta nigra. Epistoma infra oculos leniter descendens, seta utrinque mystacina & setulis oris pluribus. Instrumenta cibaria retracta. Proboscis nigra. Oculi majusculi. Thorax & scutellum nigricantia. Abdomen oblongum nigrum nitidum, apice acutum pilosulum, oviductu subulato articulato fusco erumpente. Alæ elongatæ modice latæ cinereo-hyalinæ, nervis omnino ut in *Agr. obscurella* & *vagante* (29) directis, transversis tantum, ut nuper dictum, magis remotis. Nervus costalis niger, basi breviter setulosus, spinula minuta. Halteres & pedes nigri l. nigro-brunnei.

**) nervis transversis distincte approximatis (ut in Meigeni Tab. 61. f. 36.).

43. *A. maura:* ovata nigra nitida, capite atro opaco, puncto verticis nitido; alis hyalinis, nervis: transversorum medio fere mox pone apicem auxiliaris sito, ordinario in medio alæ ducto, longitudinalium 4:to mox pone apicem alæ excurrente, segmento hujus nervi 2:do tertio circiter sextuplo breviori. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$ fere $\frac{2}{3}$ lin.).

Meig. Dipt. 7. 399. 85. *Agr. pulicaria* Zett. Ins. Lapp. 788. 6. ♂♀. (exclus. syn. Meig.). — Sub varietate d. *Agr. reptantis* Fall. etiam latet. — Sub nomine jam *Agr. cunctans*, jam *Agr. pulicaria* in collectionibus Svecicis vidi.

Hab. in graminosis, foliis fruticum, floribus Umbellatarum, Pinu silvestri, &c., per hortos, prata & pascua Scandinaviæ, 20 Jun. — 30 Sept., sat vulgaris, in copula multoties capta; scilicet in Scania ad Lund (in hor-

tis & plantatione Paradislyckan), Räften *(Dahlbom)*, Björnstorp, Abusa, Sjörup *(G. Möller)*, Esperöd &c., frequens; in Ostrogothia ad Omberg, Wadstena &c., non parce; in Gottlandia ad Gothem & Källunge; in Lapponia Umensi ad Lycksele rarius; e Dania a D. *Stæger* sub nomine: *Agrom. ænea* Meig., communicata; e Christiania Norwegiæ a D. *Moë* etiam missa.

♂♀. Ovata, tota nigra, setis ordinariis munita. Frons lata atra opaca, puncto ocellorum nitido. Antennæ minores rotundatæ atræ, seta nigra. Epistoma infra oculos parum descendens, perpendiculare, nigrum, seta utrinque mystacina distincta & setulis oris pluribus exiguis. Instrumenta cibaria retracta nigra. Oculi magni, in viva obscure brunnei æneo-micantes. Thorax & scutellum nigra nitida. Abdomen late ovatum nigrum nitidum, in viva & certo situ lenissime cærulescenti-nigro-micans, ano in ♂ obtuso, in ♀ oviductu longitudine segmenti ultimi, subdepresso atro. Alæ latæ, hyalinæ, vix l. parum albido-micantes, nervis omnibus perspicuis obscuris, costali ceteris leniter crassiori, nigro. Nervi: auxiliaris & longitudinales ut in *A. ænei-ventri* direci, sed 6:tus valde obsoletus, haud conspiciendus; transversi distincte approximati, horum ordinarius leniter obliquus, in centro alæ situs, a margine sat longe remotus. Costa nuda; spinula nulla. Halteres nigri. Pedes simplices nigri vel nigro-brunnei.

44. *A. curvipalpis:* ovata nigra subnitida, abdomine obscure ænescente; capite atro opaco, palpis recurvis; alis cinereo-hyalinis, nervis: transversorum medio apici auxiliaris opposito, ordinario in medio alæ ducto, longitudinalium 4:to mox pone apicem alæ excurrente, segmento hujus nervi 2:do tertio vix sextuplo breviori. ♀. (Long. $\frac{1}{3}$ lin.).

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in plantatione Pinetorum ad Björnstorp Scaniæ 24 Sept. 1838 in unico exemplo a Cel. *Dahlbom* lecta.

♀. Valde minuta. Abdomine nigro-ænescente & palpis recurvatis dignota. Ovata, setis ordinariis munita. Frons atra opaca, puncto verticis subnitente. Antennæ parvæ nigræ, seta concolore. Epistoma infra oculos leniter descendens nigrum, certo situ cinereo-micans. Palpi fere ad longitudinem epistomatis exserti, horizontaliter porrecti, subulati, leniter recurvi, nigri. Oculi majusculi. Thorax & scutellum nigra subnitentia. Abdomen ovatum acutum subnitidum obscure ænescens. Oviductus parum exsertus, tenuis. Alæ latiusculæ, subalbido-hyalinæ, nervis ut in priori directis, sed transverso medio apici auxiliaris præcise, nec mox pone hujus apicem, sito. Costa nuda; spinula nulla. Halteres & pedes nigri.

45. *A. morionella:* oblonga nigra nitida, capite atro opaco, alis hyalinis, nervis: transversorum medio fere mox ante apicem auxiliaris sito, ordinario mox ante medium alæ ducto, longitudinalium 4:to fere in apice alæ excurrente, segmento hujus nervi 2:do tertio fere octuplo breviori. ♀. (Long. fere $\frac{2}{3}$ lin.).

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in Scania ad Kjellby prope Lund 16 Aug. 1843 ab oculatissimo *Dahlbom* semel deprehensa.

♀. Corpore oblongo & directione nervorum in hac subdivisione dignota. Nigra nitida, setis ordinariis vestita. Frons lata atra opaca, puncto verticis nitente parum conspicuo. Antennæ minores, rotundæ, nigræ, seta concolore. Epistoma in-

fra oculos paullo descendens, perpendiculare, nigrum, seta utrinque mystacina parva & setulis oris exiguis. Proboscis in specimine viso exserta crassiuscula nigricans. Genæ longiusculæ nigræ. Oculi magni. Thorax & scutellum nigra nitida. Abdomen oblongum nigrum nitidum. Oviductus ♀ longitudine segmenti ultimi, crassiusculus subcompressus ater nitidus. Alæ latiusculæ hyalinæ, nervis distinctis obscuris, costali ceteris parum crassiori, nigro. Nervi: auxiliaris fere ultra tertiam costæ partem extensus, subsimplex; longitudinalium 2:dus distincte ante apicem, 3:tius nonnihil ante apicem, & 4:tus fere in ipso apice ubi desinit costalis, excurrentes, fere æquali spatio remoti, 5:tus in medio marginis excurrens, 6:tus elongatus valde obsoletus; transversorum medius mox ante, & ordinarius mox pone apicem auxiliaris siti, horum ordinarius nonnihil ante medium alæ ductus, longe a margine remotus, & ita locatus, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio septuplo vel octuplo brevius evadat. Costa nuda; spinula nulla. Squamæ incompletæ fuscæ. Halteres & pedes nigri.

B. alarum nervis longitudinalibus 2, 3 & 4 parallelis, conspicuis.

46. *A. sordida:* nigra opaca, thorace obscuro; alis cinereo-hyalinis, nervis transversis modice approximatis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio $2\frac{1}{2}$ breviori. ♀. (Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ lin.).

Meig. Dipt. 6. 173. 19. (e descriptione Falleni transscripta). — *Madiza sordida* Fall. Oscinid. 1820. p. 10. 5. ♀. (♂ in museo Falleni hoc tempore deest), typica. — An quoque *Agrom.* M *atrum* Meig. Dipt. 1830. 6. 170. 6?

Hab. in graminosis & foliis fruticum, per Sveciam

meridionalem & mediam mens. Julio & Augusto, minus frequens; scilicet in Scania ad Lund, Esperöd &c. parce; in Ostrogothia ad Gusum *(Wahlberg)*, & Lärketorp in paroecia Mjölby, rarius, ipse.

♀. Nervis longitudinalibus 2, 3 & 4 parallelis, nec apice divergentibus, inter *Agromyzas* nigro-halteratas facile dignota. 8 specimina hujus speciei jam ante oculos habeo, inter quæ 2 typica e museo Falleniano. Suboblonga opaca, setis frontis, thoracis laterum scutellique ordinariis distinctis munita. Frons lata nigra, in bene conservatis obscure cinerea, striis obscurioribus. Antennæ mediocres l. minores nigræ, seta concolore. Epistoma infra oculos leniter descendens nigrum, apice exserto, seta utrinque mystacina distincta & setulis oris pluribus exiguis. Genæ breviusculæ nigræ. Oculi magni rotundi. Thorax & scutellum nigricantia vel nigro-brunnea. Abdomen oblongum nigricans haud nitidum, ano obtuso, oviductu non exserto. Alæ haud latæ cinereo-l. albido-hyalinæ, nervis tenuibus pallescentibus, costali paullo crassiori nigro. Nervi: auxiliaris vix ad tertiam costæ partem extensus, subsimplex; longitudinalium 2:dus mox ante apicem, 3:tius in summo apice, & 4:tus mox pone apicem alæ, excurrentes, exacte paralleli, æqvali spatio remoti, 5:tus in medio marginis excurrens, 6:tus haud conspicuus; transversi modice distantes, horum medius apici auxiliaris oppositus, ordinarius lenissime obliquus, in medio l. mox pone medium alæ situs, a margine non longe remotus. Costa ad basin (ad apicem nervi auxiliaris) ciliata; spinula parva. Squamæ rudimentariæ fuscescentes. Halteres brunnei, subtus (in vetustis) vesiculosi. Pedes simplices nigri l. brunnei, tarsis plerumque dilutioribus, interdum subferrugineis. — *Mas* mihi non rite cognitus.

Obs. In litteris d. 8 Martii 1842 datis mihi scripsit Professor *Wahlberg*: "*Palpalia* mea forsitan est mas *Madizæ sordidæ* Fall. — Illa (Palpalia ♂) differt a femina, quam antehac ut *Mad.*

sordidam consideravi, per palpos maximos cochleariformes, & tibias posticas versus apicem dilatatas".

---

198 b) HETERONEURA Fall. (e parte). Meig.

Corpus parvum, oblongum, subnitidum, glabriculum (nec pubescens), sed setulosum. Caput hemisphæricum. Antennæ oblique porrectæ, epistomate duplo breviores, triarticulatæ, articulo 1:mo brevissimo, 2:do latitudine & fere longitudine tertii supra & subtus setula munito, 3:tio orbiculato compresso, seta subpuberula versus basin dorsi inserta, elongata. Frons lata, non prominula, in medio glabra, ad latera setosa, setis utrinque subqvatuor validis. Vertex fortiter, sed parce, setosus. Ocelli 3 in vertice conglomerati. Epistoma infra oculos perpendiculariter paullo descendens, latum, ante oculos haud prominulum, in medio canaliculatum, apice non reflexum; seta mystacina utrinque distincta & sub illa setulis aliquot minoribus. Apertura oris mediocris l. parva. Instrumenta cibaria retracta. Genæ elongatæ. Oculi majusculi rotundi nudi, in viva obscure ferruginei, viridi-micantes. Thorax oblongo-quadratus, læviusculus glaber, ad latera & postice setosus, lateribus impressus, absque sutura transversa. Scutellum semiorbiculare, convexum, margine 4:setosum, setis 2 apicalibus longioribus. Abdomen oblongum, segmentis 5 distinctis subæque longis; glabriculum, apice brevissime pilosulum. Alæ incumbentes, abdomine paullo longiores, modice, nec multo, latæ, hyalinæ, versus apicem plerumque fuscedine late tinctæ. Nervi: longitudinales recti integri, horum primus (auxiliaris) brevis, ad qvartam costæ partem extensus, duplex, nempe secundario per totam longitudinem approximatus; 2:dus elongatus distincte ante apicem, 3:tius mox ante, & 4:tus mox pone apicem alæ ubi desinit costalis, ex-

currentes, subæque distantes, subparalleli (ad apicem vix divergentes); 5:tus mox pone medium marginis interioris & usque in summum marginem descendens; 6:tus paullo ante marginem abbreviatus; transversi non arctissime, sed modice in disco approximati, perpendiculares, horum medius paullulum pone apicem auxiliaris situs, ordinarius fere in centro alæ ductus, a margine sat longe remotus, & ita locatus, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio circiter quadruplo brevius evadat. Interstitium nervorum costalis & auxiliaris per nervulum transversum perpendicularem in 2 areas divisum, quarum exterior major longior. Costa nuda; spinula nulla. Alulæ ovales. Squamæ valde incompletæ. Halteres nudi. Pedes mediocres parum pubescentes, inermes, præter calcaria in apice tibiarum intermediarum. Femora validiuscula. Color ferrugineus (thoracis), niger (abdominis), rufus (pedum). *Motu* haud agilis. *Habitatio* imaginum in pratis & silvis. Larva, & pupa longitudine imaginis, cylindrica lævis glabra nitida ferruginea, sub cortice Pini inventæ. *Discrimen sexus* perspicuum; *mas:* abdomine lineari, ano rotundato, cauda inflexa, femoribus anterioribus subtus pilosulis; *femina:* abdomine sublanceolato, ano acuto, oviductu subulato articulato, non longe erumpente. Ab *Agromyza*, cui proxima, antennarum articulo secundo ultimo fere æque longo & lato, nec multo minori, seta versus basin, nec ad imam basin, articuli ultimi dorsi inserta, alis postice plerumque pictis, nec totis immaculatis, nervo secundario ab auxiliari per totam longitudinem leniter separato, nec ad apicem cum illo coëunte, præcipue distingvitur *Heteroneura*. *Typus* generis: *H. geomyzina.*

1 *geomyzina* Fall. ♂♀. 2 *ruficollis* Meig. ♀. 3 *albimana* Meig. (*Heter Geomyzina* var. b. Fall. — *Agromyza geomyzina* var. c. ♀. Zett. Ins. Lapp.) ♂♀. 4 *laterella* Zett. n. sp. ♂.

1. *H. geomyzina:* nigra subnitida, capite pedibusque aut flavis (♂), aut testaceis (♀); thoracis linea laterali albida; alis hyalinis, margine costali fusco, nervis transversis modice approximatis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem quadruplo breviori. ♂♀. (Long. ♂ $1\frac{1}{4}$ fere $1\frac{1}{2}$, ♀ $1\frac{1}{4}$—$1\frac{2}{3}$ lin.).

Mas: ano rotundato niger, pictura pallida l. flavescente;

Fem: ano acuto nigra, pictura lutescente l. testacea; in copula.

Fall. Agromyzid. 2. 2. ♂♀. Meig. Dipt. 6. 129. 4. ♂♀. *Agromyza* eadem Zett. Ins. Lapp. 790. 17. var. a. & b. ♂♀.

Hab. imago in graminosis, foliis fruticum, supra truncos arborum &c., per prata & silvas præsertim acerosas Scandinaviæ Jun.—Sept. passim, in copula etiam aliqvoties capta, in fungis putrescentibus ♀ raro deprehensa; larvæ & pupæ sub cortice Pini & Abietis succosæ gregatim interdum inventæ; occurrit in Scania rarius ex. gr. ad Esperöd *(Fallèn)*; in Smolandia, D. *Boheman*; in Ostrogothia ad Gusum, Wadstena &c., frequens; in Gottlandia parce; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg*; in Jemtlandia ad radicem alpis Mulfjellet semel; in Lapponiis: Umensi ad Borgsjö, Granträsk, Lycksele & Frederica *(Dahlbom)*, frequens, Tornensi rarius; in Nordlandia Norwegica ad Björkvik non parce; in Dania, D. *Stæger*. (E Finlandia a D. *Sahlberg* communicata).

♂♀. Oblonga subnitida, setis frontis, thoracis scutellique ordinariis munita. Caput opacum. Frons lutea, antice anguste pallida, puncto verticis obscuro. Antennæ stramineæ, articulo

ultimo superne interdum leniter fuscano, seta pallescente. Epistoma flavo-albidum, peristomio interdum anguste, & seta mystacina semper, nigris. Palpi & proboscis flava. Oculi in viva vel virescentes purpureo-micantes, vel brunnei æneo-nitentes. Thorax niger, linea laterali a capite ad radicem alarum albida. Scutellum nigrum. Abdomen nigrum, ventre basi sæpe pallescente. Alæ hyalinæ, costa antice (ab apice nervi auxiliaris) anguste & sæpe obsolete, postice latius & distinctius infuscata, fuscedine ad apicem alæ sæpe infra nervum 3:tium longitudinalem dilatata. Nervi transversi ita approximati ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio quadruplo vel qvintuplo brevius evadat. Squamæ vix ullæ. Halteres pallidi. Pedes toti cum coxis in ♂ pallide flavi, in ♀ rufescenti flavi. Tibiæ anticæ in utroque sexu interdum vestigio fuscedinis tinctæ. Tarsi antici aliquando etiam obscuri. Variat nuper exclusa thorace abdomineque piceis. Varietatem alis hyalinis tantum macula costali ad apicem alæ fuscana, nec aliter ut mihi videtur diversa, sub nomine: *H. apicalis* n. sp., e Dania mihi missam possideo.

2. *H. ruficollis:* ferruginea nitida, epistomate thoracisque linea laterali albidis; thoracis vittis dorsalibus duabus abdomineque nigris; alis hyalinis, postice macula costali fusca, nervis transversis modice approximatis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem quadruplo breviori. ♀. (Long. 1½ lin.).

Meig. Dipt. 6. 128. 3.

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in Scania ad diversorium Röstånga in graminosis prati loco umbroso specimen descriptum 17 Jul. 1839 inveni.

♀. Frons, antennæ, epistoma, instrumenta cibaria, oculi, abdo-

men, squamæ sub alis, halteres & pedes ut in priori. Thorax læte ferrugineus, nitidus, dorso vittis 2 valde remotis, antice (fere ad medium) abbreviatis, nigris. Linea lateralis alba a capite ad radicem alarum. Immediate sub hac linea in pectore vitta nigro-brunnea. Scutellum ferrugineum. Metathorax niger. Alæ hyalinæ, macula costali apicali fusca ita locata, ut ab apice ælæ 3:tiam costæ partem attingat & infra nervum 3:tium longitudinalem descendat. Nervi omnino ut in priori directi. Pedes toti pallide flavi, immaculati, coxis præsertim anticis albidis.

3. *H. albimana:* ferruginea nitida, epistomate, thoracis linea laterali tarsorumque anticorum articulis 4 ultimis, albidis; capite flavo; thoracis antico, vittisque duabus dorsalibus posticis abdomineque, nigris; pedibus rufo-flavis, anticorum tibiis metatarsoque atris; alis cinereo-hyalinis, postice macula costali fusca, nervis distincte approximatis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio saltem sextuplo breviori. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{2}$—$1\frac{3}{4}$ lin.).

Meig. Dipt. 6. 128. 2. ♀. Macq. Buff. 2. 588. 2. ♀. *Het. geomyzina* var. b. Fall. Agromyz. p. 3. — *Agrom. geomyzina* var. c. ♀. Zett.Ins. Lapp. 790. 17.

Hab. in Scandinavia, Julio Aug., passim; in copula etiam aliquoties capta; ♀ in ligno nuper cæso quoque deprehensa; scilicet in Scania ad Abusa, Tranås, Esperöd &c.; in Smolandia; D. D. *Ljungh* & *Boheman*; in Ostrogothia ad Gusum & Wadstena; in Westrogothia ad Gothoburgum, D. *Wahlberg*; in Ångermannia ad Hernösand, D. *Dahlbom* & ipse; e Dania a D. *Stæger* missa, in horto Fredriksberg prope Hafniam capta.

♂♀. Pedum anticorum pictura & nervis transversis propioribus ab antecedentibus facillime dignota. Caput luteo-flavum opacum, orbitis oculorum & epistomate albidis. Frons sæpe maculis fuscis, & setis fortibus nigris. Antennæ luteo-flavæ, articulo ultimo aut apice aut superne plerumque nigro. Seta nigra. Tales varietates: articulo ultimo fere toto nigro (♂), & flavo immaculato puncto tantum superne nigro (♀), in copula junctas legi. Seta mystacina valida nigra. Proboscis pallida. Thorax normaliter ferrugineus, macula antica & vittis dubus posticis valde remotis nigris, sed variat dorso fere toto fusco, macula antica vittisque posticis saturatioribus. Vitta lateralis alba. Scutellum ferrugineum. Metathorax & abdomen nigra l. nigro-brunnea. Alæ sordide hyalinæ, macula apicali fusca ut in priori. Nervi transversi nonnihil ante medium alæ ita approximati, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio sextuplo l. septuplo brevius evadat. Regio horum nervorum sæpe leniter infuscata. Halteres albidi. Pedes flavi l. rufescentes, antici tibiis metatarsisque nigris, reliquis articulis & coxis albis. Sed variat femoribus tibiisque posterioribus plus minus brunneo-maculatis.

4. *H. laterella:* rufo-testacea subnitida, epistomate albido; pectore superne vitta brunnea; abdomine nigro; pedibus pallide flavis; alis cinereo-hyalinis, postice macula costali fusca, nervis transversis distincte approximatis, segmento nervi 4:ti longitudinalis 2:do tertio circiter sextuplo breviori. ♂. (Long. $1\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Smolandia, D. *Boheman.*

♂. Simillima priori, a qua non differt nisi thorace præter lineam utrinque pectoralem horizontalem obscuram rufo immaculato, ut & pedibus totis pallide flavis.

Obs. Secundum specimen 1834 a Cel. *Boheman* pro compa-

ratione mutuo missum, diagnosin & descriptionem hujus speciei confeci. Hodiè mihi deest.

---

198 c). SELACHOPS Wahlb.

Corpus minoris magnitudinis, ovale, subnitidum, pubescens, haud setulosum. Caput conico-pyramidatum, à latere visum subtrigonum. Antennæ parvæ, sub prominentia frontali immersæ, ad dimidium occultæ, triarticulatæ, articulis subæqvalibus, ultimo rotundato, seta subapicali mediocri nuda. Frons latissima, subplana, in medio impressa, ante oculos fere ad tertiam partem subconico-prominula, pubescens. Vertex ocellis 3 in triangulum conglomeratis. Epistoma infra oculos longe descendens, valde declivum, subplanum, superne pro receptione antennarum foveatum, nudum, inferne vibrissis utrinque 2 vel 3 valde exiguis. Apertura oris parva, occipiti opposita, setulis aliqvot minutis munita. Instrumenta cibaria retracta. Palpi subincrassati. Genæ elongatæ. Oculi magni rotundati, in utroque sexu late remoti, nudi. Thorax robustus subquadratus leniter convexus pubescens, ad latera impressus, absque sutura media transversa. Scutellum majusculum semiorbiculare convexum, margine tenuiter setulosum. Abdomen thorace nonnihil longius, late ovatum, subdepressum puberulum, distincte 6-annulatum præter anum subglobosum; segmentis subæque longis. Alæ incumbentes, abdomine paullo longiores, modice latæ, apice rotundatæ; impictæ. Nervi: longitudinales rectiusculi, integri, conspicui, auxiliaris fere ad medium costæ extensus, simplex; 2:dus elongatus distincte ante apicem, 3:tius mox ante & 4:tus mox pone apicem alæ ubi desinit costalis, excurrentes, ad apicem leniter divergentes; 5:tus exacte in medio marginis excurrens; 6:tus non usque ad marginem productus obsoletus;

transversi distincte approximati, horum medius nonnihil ante apicem auxiliaris situs, ordinarius fere apici hujus nervi oppositus, obliquus, paullo ante medium alæ ductus, a margine interiori longe distans & ita locatus, ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio saltem qvintuplo brevius evadat. Interstitium nervorum auxiliaris & costalis per nervulum transversum in duas areas inæque longas divisum, ut in priori. Alulæ majusculæ ovales. Squamæ parvæ. Halteres magni nudi. Pedes mediocres simplices, tenuiter puberuli, inermes. Femora valida. *Color* niger. *Motu* tarda; volatus brevis & segnis. *Habitatio* in graminosis. *Differentia sexus* in externis ægre observatur: genitalia occulta, retracta, maris hamiforme interdum exsertum. Genus insigne, valde distinctum, forma capitis *Tetanopi* aut *Oxyrhinæ*. antennarum structura & insertione *Acrocerinis*, magnitudine & statura corporis *Lonchææ*, pedibus & nervorum directione in alis, proxime accedens.

1. *S. flavocincta:* nigra nitida pubescens; scutelli apice late, abdominis incisuris anguste, halteribusque, sulphureo-flavis; alis sordide hyalinis, basi & costa subfuscanis. ♂♀. (Long. 2 lin.).

Wahlberg, referente Boheman in: Årsberättelse om Zoologiens framsteg under åren 1843 och 1844. p. 173.

Hab. in Svecia media & boreali, Jun. Jul., minus frequens; scilicet in Ostrogothia ad villam Lärketorp in paroecia Mjölby Jul. 1815 a me detecta & tunc temporis sub nomine *Agromyza protuberans* divulgata; in Westrogothia ad Kinnekulle a D. *Boheman* 1834 deprehensa, & nuperius inter Carices ad ripas depressas fluminis Luleå infra pagum Säfvast atque ad Bredåker in paroecia Öfver-Luleå a D. D. *Wahlberg* & *Boheman* 1843

in magna copia inventa; etiam in Lapponia Tornensi a *Wahlberg* sub itinere Lapponico 1847 observata.

♂♀. Longitudo & habitus fere *Lonchææ vaginalis*, structura capitis singularis facillime dignoscenda. Tota nitida nigra præter scutellum apice plus minus late, incisuras abdominis omnes halteresque totos pulchre flava. Frons in medio opaca. Antennæ sub margine frontis prominulo insertæ, epistomate reclinato septies breviores, seta capillari albida. Palpi nigri. Scutellum flavum, basi plus minus late nigrum. Thorax interdum puncto humerali lineolaque laterali flavis; & pectus raro stria minori flava. Anus exsertus tuberculum rotundatum longitudine circiter abdominis segmenti ultimi formans. Alæ sordide hyalinæ, basi ad nervos transversos infuscatæ. Nervi longitudinales 2 & 3 umbra quoque leniter cincti. Pedes breviusculi robusti. Genitale maris interdum exsertum, hamis nempe 2 tenuibus ferrugineis.

---

199. CHLOROPS Panz.

Corpus minutum oblongum parum nitidum glabriculum, setis frontis, thoracis scutellique ordinariis munitum; molliculum. Antennæ porrectæ, epistomate saltem duplo breviores, rotundato-ovatæ, articulis basalibus brevissimis, ultimo compresso, superne ad apicem acumine parvo aucto, basi seta dorsali nuda. Frons lata, non prominula, in medio glabra, ad latera setosa, setis utrinque subquatuor distinctis. Vertex parce setosus, ocellis 3 conglomeratis. Epistoma infra oculos paullo descendens, subperpendiculare, latum, seta utrinque mystacina mediocri & inferne setulis aliquot exiguis. Apertura oris mediocris l. parva. Proboscis geniculata & palpi me-

diocres pilosuli plerumque retracta. Genæ elongatæ. Oculi mediocres rotundi nudi, in utroque sexu late distantes; in viva ænei l. virescentes. Thorax oblongo-subquadratus, absque sutura transversa; lateribus setosus. Scutellum mediocre convexum, margine 4-setosum, setis 2 apicalibus longioribus. Abdomen oblongum subdepressum glabriculum, lateribus & apice tenuissime & parcissime pilosulum, segmentis 5 distinctis subæque longis, 6:to parvo. Alæ in qviete incumbentes, abdomine paullo longiores, modice latæ, hyalinæ. Nervi: longitudinales recti simplices conspicui, auxiliaris ad qvartam costæ partem extensus, simplex (secundario nullo); 2:dus elongatus distincte ante apicem, 3:tius paullo ante apicem & 4:tus in ipso apice ubi desinit costalis, excurrentes, paralleli, æquali spatio remoti; 5:tus fere in medio marginis interioris excurrens, in summum marginem continuatus; 6:tus ante marginem abbreviatus paullo obsoletus; transversi modice approximati, subperpendiculares, horum medius mox pone apicem auxiliaris situs, ordinarius fere in centro alæ ductus, a margine modice longe distans & ita locatus ut segmentum nervi 4:ti longitudinalis 2:dum tertio quadruplo l. qvintuplo brevius evadat. Interstitium nervorum costalis & auxiliaris per nervulum perpendicularem in 2 areas inæque longas divisum. Costa nuda; spinula nulla. Alulæ ovales. Squamæ vix ullæ. Halteres nudi, in hactenus cognitis pallidi. Pedes mediocres simplices parum pubescentes, inermes. *Color* corporis nigricans l. cinerascens, partium sæpe flavus. *Motu* agilis. *Habitatio* in graminosis & arvis &c.. *Differentia sexus; mas:* abdomine apice obtuso; *femina:* ano longitudine segmenti ultimi, crassiusculo compresso. Genus valde affine *Agromyzæ*, sed antennarum articulo ultimo supra ad apicem aculeo parvo munito distinctum. *Ochtiphila* (genus 142) *Chloropi* quoque habitu valde accedit, sed antennis apice subtus rotundato superne distincte angulato, seta mystacina plerumque nulla, nervis auxiliari geminato, costali pone apicem (nec in apice) alæ desinente ibique cum 4:to longitudinali conjuncto, transversis nonnihil magis remotis, horum or-

dinario paullo pone medium alæ sito & propius ad marginem retracto, &c., abunde recedit.

1 *denticornis* Panz. (*Agromyza* eadem Meig.? — *Odontocera* eadem Macqv.? — *Chlorops Meigeni* Fall.) var. a. b. ♂♀. 2 *spinicornis* Zett. (*Odontocera* eadem Macqv. — *Agromyza* eadem Meig.) ♀. 3 *affinis* Fall. (*Agromyza* & *Odontocera* eadem Meig. & Macqv.) ♂♀. 4 *lateralis* Zett. n. sp. ♀.

1. *C. denticornis:* cinereo-nigricans, abdomine obscuriori; capite, antennarum basi, thoracis vitta laterali, scutelli medio abdominis incisuris plerumque angustissime, femoribusque, flavis; antennarum articulo ultimo, puncto verticis, tibiis tarsisque nigris. ♂♀. (Long. circiter ½ lin.).

Var. a. ♂♀. pleuris nigricantibus.

Panz. Fn. Germ. 104. 22. — Zett. Ins. Lapp. 791. 1. ♂♀. *Agromyza* eadem Meig. Dipt. 6. 175. 25? T. 61. f. 33? 34? — *Odontocera* (*) eadem Macq. Buff. 2. 614. 1? *Chlorops Meigeni* Fall. Agromyz. 9. 1. ♂♀. certe.

Var. b. ♀. pleuris pallescentibus.

Hab. utraque varietas promiscue in graminosis libenter locis aridis, pascuis, agris demessis ad radices Secalis cerealis, arvis &c., per Scandinaviam præcipue meridionalem & mediam imprimis versus autumnum, Jul.—Sept., vulgaris, nec ante mensem Julii a me observata; in copula etiam deprehensa; occurrit nempe in Scania

---

*) *Odontocera* est nomen Coleopteri generis in Familia Longicornum, a D. D. *Serville* & *Dejean* receptum temporisque jus habens, ergo in Dipterorum Ordine non tolerandum.

ad Lund, Paradislyckan, Sliparehögsdalen (prope Lund), Abusa, Esperöd &c., sat frequens; in Ostrogothia ad Gusum, Wadstena, Lärketorp non parce; in Ölandia atque in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg;* in Norwegia ad Thynäs rarius; e Dania sub nomine "*Odontocera acuticornis* Meig. Macq." a D. *Stæger* communicata.

♂♀. Magnitudo & summa *Agromyzæ flaveolæ* n:o 27 similitudo, sed antennarum articulo ultimo atro ad apicem aculeato, nec antennis totis flavis inermibus, & femoribus flavis, nec nigricantibus, abunde diversa. Frons lata opaca flava, puncto ocellorum nigro. Antennæ basi flavæ, articulo ultimo cum acumine subapicali nigro, seta obscura. Epistoma albido-flavum, seta mystacina nigra. Palpi & proboscis flava. Oculi mediocres rotundi, in viva virescentes. Thorax nigricans l. cinereo-niger, parum nitens, vitta laterali a capite ad radicem alarum latiuscula flava; stria l. macula supra coxas plerumque etiam pallida, in varietate b. ita dilatata, ut fere totum pectus occupet. Scutellum flavum, macula laterali brunnea. Abdomen nigrum subnitidum, incisuris plerumque tenuissime flavis, segmenti ultimi margine apicali præsertim in ♀ fere semper nonnihil latius flavo; sed variat etiam abdomine toto nigro & præter cingulum analem flavum immaculato; an hæc sit *Agr. acuticornis* Meig.? Anus ater. Venter ad latera pallescens. Alæ cinereo-hyalinæ immaculatæ. Halteres albo-flavi. Pedes cum coxis flavi, tibiis nigris, tarsis atris.

Obs. 1. Cum *Meigen* l. c. dicit in diagnosi *Agromyzæ acuticornis* pedes "sulphureos" esse, & in descriptione addit: "Beine hellgelb mit braunen Füssen"; sed tibiæ tarsique in nostra specie *Chlor. denticorni* omnino ut in *Agr. denticorni* Meig. semper *atra* l. *nigra* sunt, dubium de identitate oritur. Tibiæ igitur *nigræ Agr. denticornem* Meig., scutellum vero flavum *lateribus nigrum* (nec totum flavum) *Agr. acuticornem* produnt. Synonymon Falleni certum.

Obs. 2. Varietatem: scutello toto fusco, misit D. *Stæger*, ab *Agr. spinicorni* Meig. parum distinctam.

2. *C. spinicornis:* nigra, scutello concolore; capite, antennarum basi, thoracis vitta laterali femoribusque flavis; antennarum articulo ultimo, puncto verticis, tibiis tarsisque nigris. ♀. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Odontocera spinicornis Macq. Buff. 2. 615. 5. *Agromyza* eadem Meig. Dipt. 7. 398. 77.

Hab. in Dania forte rarissime, ex Hafnia a D. *Stæger* in unico specimine (cujus locus specialis non indicatus) 1843 pro describenda communicata; a me numquam inventa.

♀. Priori ut ovum ovo simillima, nec differt ab illius varietate a. nisi thoracis dorso nigro nitido, nec cinereo-nigro, scutello nigro, nec in medio flavo, abdomine toto nigro, nec incisuris l. margine apicali segmenti ultimi flavis. In individuo viso abdominis venter basi pallidus. An specie vere distincta?

3. *C. affinis:* subcinerascenti-nigra; capite, antennarum basi, thoracis vitta laterali, scutello, abdominis incisuris omnibus integris & fasciis mediis interruptis, femoribusque, flavis; antennarum articulo ultimo, verticis puncto, scutelli basi puncto utrinque, tibiis tarsisque nigris. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Fall. Agromyz. 9. 2. ♂♀. typica. — *Agromyza* & *Odontocera* eadem Meig. & Macq. e descriptione Falleniana transscriptæ.

Hab. in graminosis & agris Scandinaviæ meridiona-

lis sat rara; in Scania ad Skarhult prope Lund (14 Jul. 1843), Abusa & Esperöd a me inventa; e Dania a D. *Slæger* in unico individuo 1843 missa.

♂♀. A *Chl. denticorni* n:o 1, cui valde similis, differt: scutello fere toto flavo, basi tantum puncto utrinque brunneo, nec flavo lateribus late nigricante, ut & abdominis nigri incisuris omnibus integris fasciisque anticis 4 late interruptis flavis, nec abdomine nigro, incisuris anticis angustissime, postica tantum latius, flavis. Caput, antennæ, thorax, alæ, halteres & pedes exacte ut in *C. denticorni.* Abdomen, si mavis, flavum, fasciis basalibus qvinque nigris, quarum 3 anticis angustioribus lanceolatis (♀), aut subtrigonis (♂), in utroque sexu utrinque abbreviatis (latera non attingentibus), 4:ta modice lata lineari integra, 5:ta in segmento ultimo, 4:to duplo longiori, latissima totum segmentum occupante, margine apicali flavo tantum excepto. Anus in ♂ rotundatus, in ♀ longitudine segmenti ultimi, crassiusculo, conico; in utroque sexu ater.

4. *C. lateralis:* subcinerascenti-nigra, scutello concolore; capite, antennarum basi, thoracis vitta laterali, abdominis incisuris omnibus dorso anguste lateribus late, femoribusque, flavis; antennarum articulo ultimo, verticis puncto, tibiis tarsisque nigris. ♀. (Long. circiter $1\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in Gottlandia rarissime; in gramine prati humidi ad Öja d. 5 Junii 1847 specimen unicum detexit Cel. Prof. *Boheman*, qui illud pro descriptione mutuo benigne communicavit.

♀. *Chlor. spinicorni* n:o 2 proxima & similis, sed differt ab illa magnitudine duplo & ultra longiori & abdominis pi-

ctura. Abdomen nigrum nitidum, lateribus nigro-pilosulum. Incisuræ flavæ, flavedine medio angusta, utrinque sensim ita dilatata, ut ad latera abdominis maculas transversim trigonas efficiat. Margo apicalis segmenti ultimi paralleliter & sat late flavus. Anus longitudine segmenti ultimi obtuse conicus ater. Venter niger, basi pallidus. Reliqua omnia ut in *C. spinicorni.*

Famil. 37. PHYTOMYZIDES Fall.

200. LONCHOPTERA Panz.

Corpus parvum lineare, sæpissime subopacum, glabrum, setulosum molle. Caput transverse rotundatum, latitudine thoracis. Antennæ porrectæ mediocres l. parvæ subsessiles, epistomate breviores, basi remotæ, triarticutatæ, articulis basalibus brevissimis pilosulis, 2:do cyathiformi, ultimo suborbiculato compresso, seta subapicali capite fere longiori triarticulata, articulo ultimo longissimo brevissime puberulo. Frons latissima minime prominula, glabra, ad latera valide setosa, setis utrinque subtribus, quarum antica solitaria remota. Vertex parce setosus, ocellis 3 in triangulum conglomeratis. Epistoma infra oculos nonnihil descendens, perpendiculare, latum, impressum, apice non reflexum, integrum, setis mystacinis utrinque pluribus distinctis. Apertura oris magna orbicularis, peristomio setoso. Palpi subcylindrici lenissime clavati. Proboscis crassiuscula sæpe exserta. Genæ subelongatæ. Oculi mediocres subexserti rotundi, in utroque sexu longe remoti, in viva nigri l. purpureo-atri, unicolores. Thorax subquadratus latitudine nonnihil longior, glaber, setosus, absque sutura transversa. Scutellum non magnum, obtuse trigonum convexiusculum, margine apicali distincte biseto-

sum. Abdomen elongatum lineare 6-annulatum (ano non computato) subnudum. Alæ incumbentes, abdomine fere dimidio longiores, in nostris hyalinæ immaculatæ. Nervorum directio constans: in omnibus speciebus similis. Nervi nempe: longitudinales tenues integri, horum auxiliaris brevis circiter ad 4:tam costæ partem extensus, subgeminus, secundario obsoleto; 2:dus longissimus leniter arcuatus cum 3:tio in apice alæ ubi desinit costalis validior, paullo convergens, licet ambo non in uno puncto coëuntes; 4:tus furcatus; 5:tus & 6:tus in diverso sexu diversi; transversi ad imam basin ante apicem auxiliaris congesti, in disco nulli. Margo interior & nervus auxiliaris totus, atque costalis basi, tenuiter ciliati. Spinula nulla. Alulæ minutæ lanceolatæ inflexæ haud conspiciendæ. Squamæ vix ullæ. Halteres nudi, clava oblonga. Pedes mediocres, postici nonnihil longiores, omnes simplices parce spinulosi. *Color* luteus, griseus, cinerascens, thorace sæpe vitta dorsali obscura picto. *Motu* sat agilis. *Habitatio* communiter in graminosis, libenter locis uliginosis, sed etiam in siccis. *Differentia* sexus perspicua; *mas:* cauda longe inflexa, squamulis 2 ciliatis (ut in *Dolichopo)* terminata (in *L. impicta* n:o 4 cauda nulla), alarum nervo 4:to longitudinali bis furcato (unde tres nervi in marginem descendunt), 6:to paullo elongato simplici libero in margine alæ excurrente; *femina:* abdomine subdepresso, ano simplici acutiusculo, alarum nervo 4:to longitudinali bis furcato, 6:to elongato non libero, ad marginem alæ excurrente, sed cum 5:to (seu ramulo furcæ nervi 4:ti) ante marginem connexo, aream lanceolatam juxta marginem formante. Per hanc nervorum directionem singularem, setæ antennarum situm fere in apice, os eximie setosum, ut & aliquid arroganter, alacriter & promte in incessu, ab aliis statim dignoscitur. *Typus* generis: *Lonch. lutea* n:o 1.

A. thorace flavicante.

1 *lutea* Panz. (*Dipsa furcata* Fall. — *Lonchoptera*

rivalis Meig. ♂.) ♂♀. 2 *thoracica* Meig. (*Dipsa furcata* Fall, etiam sub hac latet) ♀. 3 *trilineata* Stæg. (*Lonchopter. fossarum* Leon Dufour.) ♂♀. 4 *impicta* Zett. n. sp. ♂♀. — *Lonchoptera punctum* Meig. an Svec. incola ?

B. thorace cinerascente vel griseo.

5 *riparia* Meig.? (an quoque *L. lacustris* Meig.?) ♀. 6 *cinerella* Zett. Ins. Lapp. (an *L. palustris* var. Meig.?) ♀. 7 *palustris* Meig. (*Dipsa furcata* var. Fall.) ♂. 8 *nigrimana* Meig. ♀.

Lonchoptera.

1. *lutea:* testacea; capite leniter albo-micante; pedibus flavis; antennis, puncto verticis, thoracisque linea dorsali, nigris; tarsis apice fuscis, abdomine flavo, in ♂ basi late, in ♀ linea media, obscuris. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Panz. Fn. Germ. 108. f. 20 ♂. f. 21 ♀. Meig. Dipt. 4. 107. 1. ♀. Macq. Buff. 2. 14. 1. ♀. (an etiam ♂?) — Zett. Ins. Lapp. 792. 1. ♂♀. *Dipsa furcata* Fall. Phytomyzides 1. 1. ♂♀. certe. *Lonchoptera rivalis* Meig. Dipt. 4. 108. 5. ♂. Macq. Buff. 2. 15. 5. ♂.

Hab. in graminosis, arvis, foliis fruticum, libenter locis humidis (sed etiam siccis obvia), per Scandinaviam præsertim meridionalem & mediam, a primo vere (mense Aprili), sub tota æstate, & feminarum individua etiam ad serum autumnum (mensem Octobrem), omnium vulgatissima, in primis feminæ abundantes; in copula quoque observata; scilicet in Scania, Blekingia, Smolandia, Ostro- & Westrogothia, frequentissima; in Gottlandia

passim; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg;* in Bahusia ad urbem Uddevalla, D. *Möller;* in provinciis magis borealibus non nisi rarissime obvia; in Dania frequens. (Ad Gryphiam & Neuenkirchen in Megalopoli d. 15—20 Maj 1842. & iterum Sept. a D. *Dahlbom* copiose lecta; etiam in Helgolandia).

♂♀. Opaca. Caput flavum, in individuis bene conservatis leniter albo-micans, præsertim fronte. Setæ frontis & macula verticis nigra. Antennæ cum seta atræ, articulo 1:mo testaceo. Seta mystacina & setæ oris nigræ, sed barba menti & occipitis tenuis pallida præsertim in ♀. Proboscis exserta majuscula testacea, subtus nigra. Oculi nigri, in viva obscure ferruginei. Thorax flavo-testaceus, linea dorsali plus minus angusta, brunnea; setis ordinariis nigris. Metathorax testaceus. Scutellum flavo-testaceum, basi lineola brunnea; setis marginalibus nigris. Abdomen testaceum l. flavum nudum, in ♀ lineola dorsali plus minus lata nigricante; in ♂ plerumque segmentis 4 l. 5 anticis obscuris (6:to & ano inflexo flavis), sed variat abdomine dorso obscuro, segmentis 5 & 6 flavis, horum singulo basi puncto l. macula majori l. minori fusca, cauda inflexa jam flavida, jam fusco-maculata, jam sæpius tota obscura, squamis pallidis nigro-ciliatis. Alæ cinereo-hyalinæ, parum flavedine tinctæ, nervo costali obscuro. Nervi præterea ut in diagnosi generis directi. Halteres albidi. Pedes cum coxis flavi, in ♂ immaculati, tarsorum articulo ultimo tantum subobscuro, in ♀ tarsis anticis apice indeterminate fuscis, posteriorum articulo ultimo obscuro. Femora & tibiæ parcissime nigro-spinulosa.

2. *L. thoracica:* ferrugineo-testacea, capite pallidiore; pedibus flavis; antennis, puncto verticis, thoracis vitta dorsali, pedumque anticorum tibiis tarsisque nigris;

abdominis dorso obscuro, segmentis 5:to & 6:to lateribus, ventreque testaceis. ♀. (Long. $1-1\frac{1}{4}$ lin.).

Meig. Dipt. 4. 109. 7. ♀. Macq. Buff. 2. 15. 7. ♀. — (Sub. *Dipsa furcata* Fall. l. c. etiam latet).

Hab. in Sveciæ meridionalis graminosis, mensibus Majo & iterum Augusto, Septembre sat vulgaris; scilicet in Scania ad Lund, Kjellby *(Dahlbom)*, Kjeflinge, Fogelsång, Widtsköfle *(von Borck)*, Esperöd &c., frequens; e Dania sub nomine: "*L. rivalis* Meig." olim missa. (Ad Neuenkirchen in Mecklenburg a D. *Dahlbom* 15—20 Maj 1842 copiose lecta; ad Elisenheine prope Gryphiam 6 Sept. 1844 ab Eodem quoque capta).

♀. A priori, cum qua interdum lecta, vix nisi abdominis dorso latius obscuro & pedum anticorum tibiis apice tarsisque totis nigris, differt. Frons pallida, setis & macula verticis nigris. Antennæ cum seta longiuscula atræ. Epistoma albidum, setis mystacinis & oris nigris. Barba menti pallida. Proboscis exserta majuscula testacea, subtus nigra. Oculi & in viva & mortua nigri unicolores. Thorax ferrugineo-flavus, vitta dorsali & setis lateralibus nigris. Scutellum testaceum, linea media nigra. Abdomen supra fuscum, segmentis 2 ultimis lateribus testaceis; sed variat etiam segmentis ad latera 4:to anguste, 5:to modice, & 6:to late testaceis. Venter flavus. Alæ ut in præcedente. Halteres albidi. Pedes pallide flavi, setis obscuris; antici tibiis tarsisque nigris, illis basi sæpe indeterminate pallidis; posteriores tarsis summo apice plerumque leniter infuscatis.

3. *L. trilineata:* ferrugineo-testacea, capite pedibusque pallidioribus; antennis, puncto verticis, thoracisque vittis tribus dorsalibus & scutelli unica, nigris; ab-

domine obscuro; pedibus anticis tibiarum apice tarsisque totis in ♀ nigris. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Mas: abdomine obscuro, limbo apicali plus minus late flavo, cauda inflexa obscura, squamis apicalibus flavis fusco-ciliatis; pedibus pallidis immaculatis, tarsis anticis vix infuscatis;

Fem: abdomine obscuro, margine apicali raro (in juvenilibus) anguste flavido; pedibus pallidis, anticorum tibiis apice plus minus late, tarsisque totis nigris, posteriorum tarsis articulis 1 vel 2 ultimis fuscis; in copula.

Stæger in litteris 1838.

Hab. in graminosis, libenter locis humidis umbrosis, per hortos, prata & agros demessos Scandinaviæ meridionalis & mediæ, a fine Julii ad medium Octobris mihi obvia, vulgatissima, in copula aliquoties capta; scilicet per totam Scaniam sæpe copiose; in Ostrogothia ad Wadstena, Lärketorp &c., frequens; in Gottlandia ad Westerby, Thorsborg, Westö in paroecia Hall, ad Kapellshamn &c., minime parce; in Dalecarlia orientali ad Rörshyttan rarius, nec supra hanc provinciam inventa; in Dania. — (Sub nomine: "*Lonchopt. fossarum* Duf." e S:t Sever Galliæ in utroque sexu a D. *Leon Dufour* 1844 communicata. Ad Neuenkirchen in Mecklenburg jam 15—20 Maj. 1842 in magna copia a D. *Dahlbom* lecta).

♂♀. Thorace obscure trivittato ab omnibus facile dignota. Caput cum singulis partibus & alæ exacte ut in *L. thoracica.* Thorax ferrugineus, vittis tribus dorsalibus latis obscure brunneis, quarum media perspicua integra, lateralibus antice abbreviatis; setis nigris. Scutellum ferrugineum, vitta lata obscure ferruginea. Abdomen ut in diagnosi. Halteres albidi. Pedes ut in diagnosi sexus colorati.

4. *L. impicta:* ferrugineo-testacea, thorace immaculato; capite pedibusque pallidioribus; antennarum articulo ultimo, puncto verticis, tarsorumque summo apice nigris; abdomine obscuro, vitta dorsali lutea; ano in utroque sexu simplici. ♂♀. (Long. vix 1 lin.).

Hab. in Svecia rarissime, tria tantum specimina lustravi, nempe duo mascula & unicum femineum, quorum alterum marem in Scania ad Lund, in fenestra cubiculi mei 29 Martii 1846 inveni, at alterum in Bottnia boreali circa Luleå (loco speciali non indicato) a D. Magistr. *Andersson* captum & mihi communicatum; feminam vero in Scania ad Lund mense Julio deprehendi.

♂♀. Per magnitudinem minorem, thoracem impictum, abdominis fusci vittam dorsalem ferrugineam, ut & marem ecaudatum, ab omnibus abunde distincta. Subopaca. Caput omnino ut in priori constructum & coloratum, præter quod antennæ basi sint ferrugineæ. Thorax & scutellum ferruginea immaculata, setis ordinariis nigris. Abdomen angustum lineare subdepressum, obscurum l. fuscum, vitta dorsali media in segmento 3:tio incipiente versus apicem sensim magis dilatata, lutea l. ferruginea, in specimine lapponico subobsoleta. Anus in utroque sexu simplex. Venter lutescens l. fuscus. Alæ exacte ut in prioribus etiam quoad nervorum directionem in diverso sexu diversam. Halteres albidi. Pedes flavi, nigro-spinulosi, tarsorum articulis 1 vel 2 ultimis nigricantibus.

Obs. ***Lonchopt. punctum:*** ferruginea, capite pedibusque pallidioribus, his immaculatis; antennis, puncto verticis, thoracis scutellique vitta dorsali, abdomineque nigris; apice scutelli albo, abdominis luteo. (1 lin. long.). Meig. Dipt. 4. 110. 9., ut quoque Sveciæ incola fertur, a me numquam inventa, neque mihi rite cognita.

B. thorace cinerascente vel griseo.

5. *L. riparia:* thorace scutelloque cinerascentibus, vitta dorsali obscura; capite pedibusque flavis, antennis, puncto verticis tarsorumque summo apice nigris; abdomine fusco, apice anguste ventreque luteis. ♀. (Long. 1 lin.).

Meig. Dipt. 4. 108. 4. (ubi uterque sexus describitur) videtur. — Macq. Buff. 2. 15. 4. Tab. 13. f. 10. ♀. (male colorata).

Hab. in graminosis, libenter locis uliginosis umbrosis, per prata & hortos, sed etiam per agros demessos, in Scandinavia meridionali & media tempore vernali, præcipue vero autumnali (Sept. Octob.) sat vulgaris; scilicet in Scania circa Lund, Kjeflinge &c., frequens; in Smolandia passim, collectio Ljunghii; in Ostrogothia rarius; femina e Dania sub nomine: "*Lonchopt. riparia Meig.*" in multis speciminibus iteratis vicibus missa.

♀. Opaca, setis capitis thoracisque ordinariis nigris. Caput in fundo flavum, in individuis bene conservatis albido-micans. Macula verticis nigra. Antennæ cum seta elongata atræ, articulo 1:mo flavido. Proboscis saltem subtus nigricans. Oculi exserti, & in viva & exiccata nigri. Thorax & scutellum supra cinerascentia l. sæpe subrufescenti-cinerea, vitta media paullo obscuriori, non multo perspicua. Pectus plerumque rufescenti-cinereum. Abdomen subdepressum, obscure fuscum, summo apice rufo-flavum. Venter luteus. Alæ ut in prioribus. Halteres albidi. Pedes pallide flavi, nigro-spinulosi. Tarsorum articuli 1 vel 2 ultimi nigri.

Obs. 1. Secundum descriptionem perbrevem & insufficientem *Lonchopteræ lacustris* in Meigeni Dipteris 4. 107. 3. datam, illam a nostra & Meigeni *L. riparia* distingvere non valeo.

Obs. 2. Marem *L. ripariæ* "cauda inflexa nigra lamellis flavis" *Meigen* l. c. quoque descripsit, mihi ignotum.

6. *L. cinerella:* thorace scutelloque cinereis immaculatis; capite pedibusque flavis, antennis, puncto verticis tarsorumque apice nigris; abdomine obscuro, summo apice lutescente. ♀. (Long. 1 lin.).

Zett. Ins. Lapp. 792. 2. ♀.

Hab. in Scandinaviæ graminosis mense Majo & iterum Sept. Oct. passim; scilicet in Scania ad Lund (in horto proprio), Åbusa &c., frequens; in Ostrogothia ad Gusum & in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg;* in Bottnia occidentali ad Skellefteå rarius; in Lapponia Umensi ad Lycksele semel; e Dania sub synonymia: "*Lonch. palustris* Meig. Macq." a D. *Stæger* communicata.

♀. A priori, cui simillima, haud differt nisi thorace scutelloque cinereis impictis h. e. linea dorsali obscura nulla notatis. Caput cum antennis & partibus exacte ut in *L. riparia* constructum & coloratum. Barba menti & occipitis flava. Thorax & scutellum læte cinerea immaculata. Pectus interdum rufescenti-cinereum. Abdomen subdepressum obscurum l. fuscum, summo apice anguste lutescente. Venter fuscus. Alæ & halteres ut in præcedente. Pedes flavi, tarsis anticis (excepto metatarso flavido) totis nigricantibus, posterioribus articulis 1 vel 2 ultimis nigris. Summa articulatio tarsorum posteriorum certo situ obscura videtur.

Obs. Lonchopteræ palustri Meig. Dipt. 4. 109. 8. valde affinis videtur, sed in illa "thorax obscure brunneus & pleuræ flavæ" describuntur. — Marem *L. cinerellæ* non vidi.

7. *L. palustris:* thorace scutelloque brunnescenti-

cinereis, pleuris rufescenti-flavis; capite pedibusque pallide flavis, antennis punctoque verticis atris; tarsis apice subinfuscatis; abdomine obscuro. ♂. (Long. 1 lin.).

Meig. Dipt. 4. 109. 8 (ubi & ♂ & ♀ describuntur). *Dipsa furcata* varietas: "thorace cinereo haud lineato" Fall. Phytomyzid. pag. 2. in descriptione.

Hab. in Svecia meridionali rarius, in Scania aliqvoties lecta.

♂. Simillima iterum priori, sed pleuris flavescentibus diversa. Caput ut in præcedente. Antennæ atræ. Thorax & scutellum obscure brunnea, vitta dorsali, si adest, parum distingvenda. Pleuræ totæ flavæ, macula centrali rotunda brunnea. Abdomen totum nigricans, cauda inflexa concolore, squamis flavis. Alæ, halteres & pedes ut in priori.

Obs. 1. Femina "abdomine nigro, segmento 6:to parum flavo" a *Meigen* l. c. describitur, mihi ignota.

Obs. 2. Species tres proxime antecedentes maxime affines, ægre distingvuntur; forte cum *L. lacustri* Meig. tantum ut varietates unius ejusdemque considerandæ.

8. *L. nigrimana:* thorace scutelloque obscure griseis, pleuris rufescenti-flavis; capite pedibusque pallide flavis, antennis, puncto verticis, tibiis tarsisque anticis, nigris; abdomine obscuro. ♀. (Long. 1—$1\frac{1}{8}$ lin.).

Meig. Dipt. 4. 108. 6. ♀. Macq. Buff. 2. 15. 6. ♀.

Hab. in graminosis Sveciæ meridionalis & mediæ Aug. Sept. passim; scilicet in Scania ad Lund in horto proprio, ad Widtsköfle &c., parce; in Ostrogothia ad Wadstena in ripis lacus Wettern rarius.

♀. Colore pedum anticorum distincta. Caput ut in *L. riparia.*

Antennæ atræ, basi flavidæ (in unico specimine totæ atræ). Thoracis scutellique dorsum obscure grisescens, vitta ordinaria haud distingvenda. Humeri plerumque macula rufescente. Pleuræ rufo-flavæ. Abdomen nigricans, apice vix flavidum. Alæ ut in prioribus. Halteres albidi. Pedes pallide flavi, nigro-spinulosi; antici: tibiis fere totis (basi flava excepta) tarsisque totis nigris; posteriores: tarsis apice lenissime infuscatis.

---

201. PHYTOMYZA Fall.

Corpus minutum aut minutissimum, oblongum l. oblongo-ovatum, subopacum, pubescens & setulosum; molle. Caput hemisphæricum. Antennæ oblique porrectæ, epistomate breviores, subsessiles, rotundatæ, raro ovales, articulis basalibus brevissimis, ultimo compresso, basi seta dorsali nuda, raro puberula. Frons (in utroque sexu) lata, raro prominula, in medio glabra, ad latera setosa, setis utrinque subquatuor perspicuis. Vertex parce setosus. Ocelli 3 in vertice congesti. Epistoma infra oculos paullo descendens, ante oculos parum prominulum, latum, subperpendiculare, parum retusum, sed pro singula antenna nonnihil impressum, apice non reflexo nec emarginato; seta mystacina utrinque subsolitaria; setulis oris pluribus. Apertura oris mediocris l. parva. Proboscis geniculata & palpi mediocres pilosuli plerumque retracti. Genæ sæpe longiusculæ. Oculi majusculi, sæpissime rotundi, nudi, in viva brunnei, sæpe æneo-micantes, semper unicolores. Thorax robustus, dorso convexus, breviter puberulus ad latera & postice setosus, lateribus impressus, absque sutura transversa. Scutellum semiorbiculare, convexum, margine 4-setosum. Abdomen ovatum aut oblongum; subpubescens, lateribus & apice tenuiter pilosulum, 6-annulatum (segmento anali computato). Alæ sub qviete incumbentes,

abdomine paullo longiores, sæpe latiusculæ, apice rotundatæ; hyalinæ. Nervi longitudinales integri, horum 1:mus (auxiliaris) vix ad tertiam costæ partem extensus, simplex; 2:dus longe ante, & 3:tius etiam paullo ante, (ubi desinit costalis) apicem alæ, 4:tusque in summo apice alæ, excurrentes, ad terminum plus minus divergentes; 5:tus in medio l. mox pone medium marginis interioris ductus 6:tusque abbreviatus, sæpe obsoleti; transversi, unus aut duo, ad basin alæ & ante apicem auxiliaris congesti. Interstitium nervorum costalis & auxiliaris per nervulum transversum perpendicularem in 2 areas divisum, quarum exterior major longior. Nervus costalis nudus; spinula nulla. Alulæ ovales. Squamæ minutæ. Halteres nudi, in hactenus cognitis albidi. Pedes mediocres simplices parum puberuli, præter calcar minutum in apice tibiarum intermediarum, inermes; femoribus validiusculis, anticis subtus pilosulis. *Color* nigricans, cinereus, raro flavus. *Motus* ut in *Agromyza.* *Habitatio* in graminosis & foliis fruticum, per hortos, prata & agros, tempore præsertim autumnali vigens. Larvæ herbivoræ. *Differentia sexus; mas:* ano obtuso; *femina:* oviductu brevi interdum erumpente. *Typi* generis: *Ph. nigripennis* (1), *flavo-scutellata* (7), *affinis* (15), *lateralis* (24), & *elegans* (26).

A. corpore e maxima parte nigricante vel cinerascente (*Ph. flaviventris* & *zonata* capite & abdomine fere toto flavis, sub n:ris 16 & 22 inveniendæ).

a). Alarum nervus transversus medius solitarius, ordinarius nullus. (Vide Meig. 6. Tab. 62. f. 5.).

* fronte nigra.

1 *nigripennis* Fall. ♂♀. 2 *obscurella* Fall. var. a. b.

♂♀. 3 *nigritella* Zett. (*Ph. obscurella* Zett. Ins. Lapp. e parte) ♂♀. 4 *albipennis* Fall. ♂♀. 5 *morio* Zett. n. sp. ♀. 6 *abdominalis* Stæg. (*Ph. marginella* var. Fall.) ♂♀.

** fronte flava.

† pedibus vel totis vel saltem femoribus flavis.

α) antennis vel totis vel saltem articulo ultimo nigro.

7 *flavo-scutellata* Fall. (*Ph. scutellata* Meig. — *Ph. incisa* Macqv.?) var. a. b. ♂♀. 8 *maculipes* Zett. n. sp. ♀. 9 *pygmæa* Zett. n. sp. ♀. 10 *varipes* Macqv. (*Ph. femoralis* Zett. Ins. Lapp.) ♀. 11 *stylata* Meig. ♂♀.

β) antennis totis flavis.

12 *flavicornis* Fall. ♂♀. 13 *ruficornis* Zett. n. sp. ♂? ♀. 14 *pallicornis* Zett. n. sp. ♀.

†† pedibus nigris, tantum geniculis plerumque flavis.

15 *affinis* Fall. (*Ph. nigricornis* Macqv. & Meig.) ♂♀. 16 *flaviventris* Zett. n. sp. ♀. 17 *albiceps* Meig. ♂♀. 18 *marginella* Fall. ♂♀. 19 *fuscula* Zett. Ins. Lapp. (*Ph. nigritula* Zett. Ins. Lapp. est varietas feminea hujus detrita) ♂♀. 20 *pullula* Zett. n. sp. (*Ph. affinis* Meig. videtur) var. a. b. ♂♀. 21 *atomaria* Zett. n. sp. ♂. 22 *zonata* Zett. n. sp. ♀. 23 *geniculata* Macq. (*Ph. lateralis* Fall. e parte) var. a. b. ♂♀.

b). Alarum nervi transversi medius & ordina-

rius in lineolam perpendicularem ante apicem auxiliaris connexi (*). (Vide Meig. 6. Tab. 62. f. 6.).

24 *lateralis* Fall. (non Meig.) ♂♀. 25 *flavipes* Macq.? ♂.

B. corpore e maxima parte flavescente (thoracis dorso sæpe cinereo).

a. nervis transversis medio & ordinario in lineolam perpendicularem ante apicem auxiliaris congestis (*). (Cfr. subdivisio proxime antecedens, b).

26 *elegans* Meig. (♀. — *Phyt. festiva* Meig. ♂ hujus videtur) ♂♀.

b. nervis transversis medio solitario, ordinario nullo.

27 *flava* Fall. (*Phyt. cinereo-vittata* Stæg. var. ♂) ♂♀. 28 *analis* Zett. n. sp. (*Phyt. pallida* Meig.? ♂. — *Phyt. terminalis* Meig.? ♀.) ♂♀. 29 *oscinina* Fall. ♀.

Phytomyza.

A. corpore ad maximam partem nigricante l. cinerascente (*Ph. flaviventris* & *zonata*, capite & abdomine fere toto flavis, sub n:ris 16 & 22 inveniendæ).

---

*) Præterea nervuli duo transversi nempe alter ordinarius & alter interior cum nervis longitudinalibus 4:to & 5:to ad imam basin alæ & ante apicem auxiliaris quadratum parvum exacte formant. Eadem nervorum ratio in *Phyt. eleganti* n:o 26 quoque obtinet.

a). Alarum nervus transversus medius solitarius; ordinarius nullus. (Vide Meig. 6. T. 62. f. 5.).

* fronte nigra.

1. *Ph. nigripennis:* nigra, proboscide, halteribus geniculisque pallidis; alis fuscis. ♂♀. (Long. 1¼ lin.).

Fall. Phytomyzides 2. 1. ♂♀. Meig. Dipt. 6. 190. 5.

Hab. in graminosis & foliis fruticum, per hortos, prata & nemora Scandinaviæ meridionalis & mediæ præsertim tempore vernali (mense Majo) passim; scilicet in Scania ad Abusa, Fogelsång, Esperöd &c., sat frequens; in Smolandia, D. *Boheman;* in Ostrogothia ad Lärketorp & Gusum; in Ölandia, D. *Wahlberg;* in Uplandia ad Holmiam, D. D. *Hæffner* & *Wahlberg;* in Dalecarlia, D. *Boheman;* in Dania, D. *Stæger.* (E Finlandia a Prof. *Sahlberg*, & e Neuenkirchen (in Megalopoli) a D. *Dahlbom* communicata).

♂♀. Inter majores hujus generis. Nigra subnitida. Caput atrum opacum. Antennæ mediocres 1. majusculæ, rotundatæ atræ, seta nuda nigra. Proboscidis capitulum majusculum subexsertum albidum. Palpi parvi filiformes retracti. Oculi magni rotundati. Thorax & scutellum sordide nigra parum nitida. Abdomen oblongum nigrum nitidum, ano in ♂ rotundato, genitale hamis 2 sæpe exsertis, in ♀ atro nitidissimo crasso versus apicem compresso. Alæ fuscanæ, ad costam nigricantes. Nervi: longitudinales simplices recti, horum 2:dus elongatus paullo ante apicem & 3:tius mox ante apicem alæ excurrentes, subparalleli; 4:tus subobsoletus mox pone apicem & 5:tus nonnihil ante medium marginis interioris excurrentes, ad terminum divergentes; 6:tus fere ad marginem extensus; transversi fere in lineam perpendicularem

distincte ante apicem auxiliarem digesti, ordinario deficiente. Segmentum costæ 2:dum 1:mo saltem duplo longius, 3:tium 2:do qvintuplo brevius, 4:tum 3:tio duplo longius & 5:tum 4:to saltem $1\frac{1}{2}$ longius. Squamæ parvæ pallidæ. Halteres albidi. Pedes nigri, in diu asservatis picei, geniculis semper albidis.

2. *Ph. obscurella:* nigra, thorace cinerascente; proboscide, halteribus geniculisque albis; alis hyalinis, nervis longitudinalibus 3:tio perspicuo mox ante, & 4:to obsoleto mox pone apicem alæ excurrentibus. ♂♀. (Long. circiter $\frac{1}{2}$ lin.).

Var. a. ♂♀. pedibus nigris, geniculis albis.

Fall. Phytomyz. 4. 8. ♂♀. in descriptione. — Meig. Dipt. 6. 191. 6. Macq. Buff. 2. 617. 5. Zett. Ins. Lapp. 792. 1. ♂♀. (e parte, nempe individua Norwegica & e Stöttingsfjellet Lapponiæ Umensis). — Stæger in Kröjers Tidskr. 1845 p. 369. 55. ♂.

Var. b. ♂♀. pedibus nigris, geniculis & tibiis albidis (in diu exsiccatis individuis.).

Fall. l. c. ♂♀. in diagnosi & descriptione e parte.

Hab. in graminosis Scandinaviæ, verno tempore & iterum versus autumnum (Aug. Sept. Oct.), passim, per hortos, prata & pascua præsertim obvia, in copula aliquoties capta; scilicet in Scania ad Lund, Fogelsång, Abusa, Westra Ahlstad, Esperöd &c., frequens; in Ostrogothia ad Gusum, D. *Wahlberg*, ad Wadstena &c. non parce, ipse; in provinciis borealibus rarius; in Lapponia Umensi ad Stöttingsfjellet; in Nordlandia Norwegica ad Björkvik; e Dania a D. *Stæger* mas communicatus.

♂♀. Etiam specimina typica Falleniana utriusque sexus ante oculos habeo. Priori saltem duplo l. triplo minor, & alis subhyalinis, nec fuscis, distincta. Caput nigrum, in diu asservatis grisescens, puncto verticis semper atro. Antennæ mediocres, in ♂ nonnihil minores quam in ♀, in utroque sexu nigræ, seta obscura nuda. Proboscis alba, in viva pallide flava. Oculi majusculi rotundi nigri, in viva obscure ferruginei. Thorax & scutellum obscure cinerascentia parum nitida. Abdomen oblongum nigrum subnitidum, ventre in medio lateribus sæpe pallido. Anus ut in priori, etiam secundum sexum diversus. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis exacte ut in præcedente directis. Nervi longitudinales 2 & 3 præsertim perspicui, 4:tus obsoletus, 5:tus perspicuus. Squamæ rudimentariæ. Halteres albidi. Pedes nigri, geniculis anguste albidis l. pallidis; in exemplis vetustis tibiæ etiam sæpe pallescunt. In speciminibus in museis diu conservatis abdomen quoque plerumque fuscescit.

Obs. Phyt. nigra Meig. Dipt. 6. 191. 7.: "nigra; thorace cinerascente; halteribus genubusque albis; alis hyalinis", a *Ph. obscurella* vix differe videtur; forte eadem.

3. *Ph. nigritella:* nigra, thorace cinerascente; proboscide halteribusque albis; alis hyalinis, nervis longitudinalibus 3:tio perspicuo distincte ante apicem, & 4:to obsoleto in ipso apice alæ excurrentibus. ♂♀. (Long. circiter $\frac{1}{2}$ lin.).

Phytom. obscurella Zett. Ins. Lapp. 792. 1. ad partem, nempe specimina e Lapponiis Lyckselensi & Fredericensi.

Hab. in Scandinavia Aug. Sept. minus frequens; scilicet in Scania in plantatione Pini ad prædium Björnstorp prope Lund 24 Sept. 1838 in utroque sexu a D. *Dahlbom* inventa; in Lapponia Umensi ad Lycksele &

Frederica ineunte Aug. 1832 ♀ parce lecta; in jugo alpino Norwegiæ ad radicem alpis Kälahög 22 Jul. proxime nominati anni in unico exemplo femineo capta.

♂♀. Simillima priori, a qua tamen pedibus totis nigris, nec geniculis albis, & nervis longitudinalibus 3:tio longius ante apicem, atque 4:to in summo apice, nec mox pone apicem alæ, excurrentibus, sine dubio diversa. Opaca. Caput nigrum. Antennæ atræ, forte nonnihil majores quam in præcedente. Proboscis alba. Thorax & scutellum obscure cinerea. Abdomen nigrum. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis longitudinalibus 2 & 3 rectis validis nigris perspicue ante apicem alæ excurrentibus, 4:to obsoleto in ipso alæ apice recta excurrente, 5:to tenui, sed perspicuo. Halteres albi. Pedes toti nigri, in unico individuo vestigium puncti albi in geniculis adest.

4. *Ph. albipennis*: nigra opaca, thorace cinerascente; puncto supra antennas, epistomate inferne, proboscide, halteribus geniculisque albis; alis lacteis, nervis longitudinalibus 3:tio perspicuo distincte ante apicem, & 4:to obsoleto in ipso apice alæ excurrentibus. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$ fere $\frac{2}{3}$ lin.).

Fall. Phytomyz. 4. 9. ♀. typica. — Meig. Dipt. 6. 191. 10. ♂♀. Macq. Buff. 2. 617. 7. ♂♀. vera.

Hab. in Sveciæ meridionalis graminosis rarius; qvatuor specimina (unum masculum & tria feminea, inter quæ typicum Fallénianum) lustravi; inventa est in Scania: ad Esperöd (nempe ♂ in pascuo Qvasa 14 Sept., ♀ locis aridis ad Stenshufvud minus d. 17 Sept.), & ad prædium Björnstorp 20 Jun. (unica femina).

♂♀. Priori proxima & affinis, sed puncto supra antennas, epi-

stomate & alis, albis, abunde dignota. Ovata, robusta, opaca. Frons nigra, orbitis oculorum & macula antica minore albis. Antennæ mediocres nigræ, seta nuda. Epistoma saltem lateribus & inferne albidum. Proboscis alba. Oculi mediocres l. majusculi. Thorax & scutellum cinerea. Abdomen oblongo-ovatum, nigrum, incisuris anticis omnium tenuissime (in exsiccata) flavidis. Anus in ♀ ater, apice compressus. Alæ albæ, nervo costali distincte ante apicem alæ desinente ibique cum longitudinali 3:tio conjuncto, nigro. Nervi: longitudinales 2 & 3 perspicui obscuri, reliqui obsoleti albidi, horum 4:tus in summo apice alæ excurrens. Halteres albi. Pedes nigri, geniculis summis albidis.

Obs. Ipsissimum specimen, secundum quod beatus *Fallén* suam descriptionem hujus speciei confecit, quoque comparavi. — Synonymon Macqvarti verum, forte etiam Meigeniana species identica, licet maculam ante antennas, epistoma & genua alba non descripserit auctor. *Meigen* utrumque sexum mense Aprili, & *Macqvart* in pratis Galliæ & Germaniæ mense Majo, invenerunt.

5. *Ph. morio:* nigra nitida, capite thoraceque concolore; proboscide, halteribus alisque albis, nervis longitudinalibus 3:tio perspicuo distincte ante apicem, & 4:to obsoleto in ipso apice alæ excurrentibus. ♀. (Long. ¼ lin.).

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in Scania ad Esperöd (in paroecia Mellby) ad litus maris d. 24 Jul. specimen descriptum inveni.

♀. Minutissima. Similis *Ph. albipenni*, sed magnitudine duplo l. triplo minore, capite, præter proboscidem albam, toto, thorace & pedibus totis, nigris immaculatis, certe distincta. Alæ albæ, nervis omnino ut in *albipenni* directis. Nervi: costalis, & longitudinales 2 & 3 perspicui obscuri, reliqui ob-

soleti & albidi. Anus subulato-compressus. — Cum *Agromyza lacteipenni* p. 2768 n:o 30 magnitudine & habitu simillima, sed nervis alarum longitudinalibus & transversis aliter directis & sitis diversa, non confundenda.

6. *Ph. abdominalis:* nigra opaca, thorace obscure cinerascente; proboscide, halteribus, abdominis basi late, tibiis tarsisque albis; alis hyalinis, nervis longitudinalibus 3:tio perspicuo mox ante apicem, & 4:to subobsoleto mox pone apicem alæ excurrentibus. ♂♀. (Long. 1 lin.).

Stæg. in litteris 29 Sept. 1838. *Phytomyza marginella.* "var. capite nigro, ore pallido" Fall. Phytomyz. 3. 4. ♀ in descriptione.

Hab. in graminosis, libenter locis umbrosis, per Scandinaviam meridionalem & mediam, Jul. Aug., minus frequens; scilicet in Scania rarissime; in Westrogothia a Prof. *Boheman* 1834 detecta, & tunc temporis "*Phytomyza nigriceps* n. sp." a me vocata; in Gottlandia paullo frequentius occurrit, ibique a me in pratis ad Öja 1841 inventa, sed deinde (1847) ad Koparfve in paroecia Ruthe & ad Ejsta ab eodem *Boheman* reperta; e Dania a D. *Stæger* communicata.

♂♀. Statura ovata robusta, abdominis basis late, tibiæ tarsique tota albida speciem designant valde distinctam. Opaca. Frons modice lata atra, fortiter setosa, puncto supra antennas cinereo. Antennæ mediocres, rotundæ, nigræ, seta elongata nuda concolore. Epistoma breve infra oculos non descendens, cinerascens. Seta mystacina utrinque subsolitaria. Proboscidis capitulum albidum. Thorax & scutellum obscure cinerascentia, rugis sub alis albidis. Abdomen ovatum, po-

sterius subcylindricum (præsertim in ♂) angustatum, segmentis tribus basalibus albidis (in exiccata) vel pallido-flavis (in viva), horum 2:do & 3:tio in medio plerumque infuscatis; segmentis apicalibus nigricantibus, ano in ♂ inflexo, in ♀ atro. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis ut in *Ph. nigripenni* & *obscurella* directis, ima basi citrinis. Nervi longitudinales omnes sat perspicui, 4:tus non multo obsoletus. Squamæ minutæ albidæ. Halteres albidi. Pedes albido-flavi, femoribus nigricantibus. Genicula anteriora anguste albida. Tarsorum articulus ultimus obscurus.

** fronte flava.

† pedibus vel saltem femoribus flavis.

α) antennis l. totis l. saltem articulo ultimo nigro.

7. *Ph. flavo-scutellata:* nigricans; capite, antennarum basi, pleuris, scutello, abdominis lineola ante-apicali femoribusque flavis; tibiis tarsisque brunneis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ lin.).

Var. a. ♂♀. abdomine nigro, lineola ante apicem flava.

Fall. Phytomyz. 4. 7. ♂♀. *Phytom. scutellata* Meig. Dipt. 6. 193. 15. Macq. Buff. 2. 619. 14.

Var. b. ♂♀. abdomine nigro, incisuris tenuissime & lineola ante apicem flavis.

Phytom. incisa Macq. Buff. 2. 619. 15? Meig. Dipt. 7. 405. 38?

Hab. in graminosis libenter locis humidis umbrosis, Aug. Sept., passim; in copula quoque deprehensa; scilicet in Scania ad Lund in horto botanico & Paradis-

lyckan, ad Esperöd &c., non parce; in Ostrogothia ad Gusum, Wadstena (in paludosis ad Rismarken), Lärke-torp &c., frequens; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahl-berg;* in Dania, D. *Stæger.*

♂♀. Opaca. Caput flavum, puncto verticis nigro. Frons lata. Antennæ majusculæ, basi flavæ, articulo ultimo rotundato atro, seta nigra. Proboscis flava. Thorax flavus, disco dorsali & sterno nigricantibus, in bene conservatis cinerascentibus. Humeri flavi. Scutellum flavum, basi puncto utrinque brunneo. Abdomen oblongum nigrum, basi utrinque summo margine laterali pallido, segmento ultimo margine apicali flavo. Variat tamen ut in b. plerumque in ♂ abdomine nigro, incisuris sæpius anguste & lineola transversa ante apicem flavis. Anus in ♀ semper longitudine segmenti ultimi, crassiusculus subconicus ater nitidus. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis ut in *Ph. nigripenni* & *obscurella* directis. Halteres flavo-albidi. Pedes nigri l. brunnei, coxis anticis femoribusque omnibus flavis. Tibiæ etiam basi sæpe flavescunt.

Obs. 1. Feminam hujus cum mare *Ph. flavæ* (27) in copula junctam inveni.

Obs. 2. *Phytom. notata* Meig. & Macq. "nigricans; capite, basi antennarum, pleuris scutelloque flavis; pedibus nigricantibus: femoribus ferrugineis; ventre basi flavo"; a nostra *Ph. flavo-scutellata* parum discedere videtur.

Obs. 3. Nomen antiquius: *flavo-scutellata*, quod *Meigen* & *Macqvart*, nulla necessitate urgente, in *scutellatam* mutarunt, servavi. — Similis *Agromyzæ scutellatæ* p. 2772, n:o 34, sed nervorum transversorum situ & antennarum apice nigro diversa.

8. *Ph. maculipes:* nigricans, thorace cinereo; capite, antennarum basi, thoracis vitta laterali, scutelli me-

dio, abdominis lineola ante-apicali femoribusque flavis, his superne maculis fuscis. ♀. (Long. circiter $\frac{2}{3}$ lin.).

Hab. in Svecia meridionali rarissime, in Scania semel capta.

♀. Simillima priori & var. ejus a. proxima, sed pleuris cinereis, nec flavis, & femoribus flavis superne fusco-maculatis distincta. Opaca. Caput cum antennis omnino ut in præcedente. Palpi nigri. Thorax cinereus, vitta laterali latiuscula indeterminata albido-flava. Scutellum obscure cinereum, vitta media longitudinali pallide flava. Abdomen oblongum nigrum subnitens, segmento ultimo margine apicali anguste flavo. Oviductus longitudine segmenti ultimi, compressus ater. Alæ hyalinæ, nervis ut in *Ph. flavo-scutellata* directis, auxiliari basi flavo. Halteres albi. Pedes subnudi, femoribus flavis, superne vitta longitudinali dilute brunnea; geniculis flavis. Tibiæ & tarsi atra.

9. *Ph. pygmæa:* nigricans, thorace cinereo; capite, scutello, abdominis lineola ante-apicali tenuissima, femoribusque, flavis; antennis, tibiis tarsisque atris. ♀. (Long. circiter $\frac{1}{3}$ lin.).

Hab. in Sveciæ meridionalis graminosis rarissime, in Scania ad Lund (in horto proprio) 30 Jul. 1847 in unico individuo deprehensa.

♀. A *Ph. flavo-scutellata*, cui valde affinis & similis, magnitudine paullo minori, antennis totis nigris, thorace toto cinereo immaculato, nec pleuris flavis, & tibiis tarsisque intensius nigris, discrepat. Opaca. Caput flavum, puncto verticis nigro. Frons lata. Antennæ mediocres rotundatæ atræ, basi intus certo situ e flavido leniter micant. Epistoma breve infra oculos parum descendens. Proboscis flava. Palpi nigri.

Oculi mediocres, in viva ænescentes. Thorax cinereus. Scutellum pallide flavum, basi puncto utrinque nigricante. Abdomen oblongum nigrum subnitens, segmenti ultimi margine apicali omnium angustissime flavo. Oviductus longitudine segmenti ultimi, compressus ater nitidus. Alæ hyalinæ, nervis ut in prioribus directis, 4:to longitudinali valde obsoleto, 5:to etiam obliterato. Halteres albi. Pedes atri, coxis anticis femoribusque omnibus flavis.

10. *Ph. varipes:* nigricans, thorace cinereo; capite, antennarum basi, femoribus anterioribus subtus, geniculisque omnibus flavis; oviductu feminæ elongato, atro. ♀. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Macq. Buff. 2. 618. 13. ♀. Meig. Dipt. 7. 405. 35. ♀ (e descriptione Macqvarti transscripta).

Phytom. femoralis Zett. Ins. Lapp. 794. 7. ♀.

Hab. in Norwegia litorali rarissime; ad diversorium Thynäs prope urbem Levanger in paroecia Skogn d. 4 Jul. 1840 in unico exemplo a me inventa; in graminosis Lapponiæ Umensis ad Wilhelmina d. 17 Jul. 1832 etiam semel deprehendi.

♀. Pedum colore & longitudine oviductu ab aliis dignoscenda. Opaca. Caput stramineum l. pallide flavum, puncto verticis nigro. Frons modice lata. Antennæ mediocres rotundatæ, flavæ, articulo ultimo nigro-brunneo, seta obscura. Epistoma nonnihil infra oculos descendens, seta mystacina. Proboscis flava. Oculi mediocres, rotundi, in viva brunnei, æneo-micantes. Thorax & scutellum cinerea. Abdomen ovatum subdepressum longitudine fere thoracis, tenuiter pilosulum, nigricans l. nigro-cinereum, incisuris vix flavidis, sed segmenti ultimi margine apicali angustissime flavo. Abdominis basis utrinque ad latera quoque angustissime pallida. Ovi-

ductus longitudine fere segmentorum 3 l. 4 ultimorum simul sumtorum, subulatus, leniter compressus, apice truncatus, totus ater nitidus. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis ut in prioribus directis, auxiliari basi pallido. Halteres magni flavo-albidi. Pedes nigri, femoribus subtus, anterioribus distincte, posticis versus apicem, flavis. Coxæ anticæ flavæ.

Obs. Cum *Phyt. pullula* v. b. n:o 20 huic simillima, sed oviductu alio, non confundenda.

11. *Ph. stylata:* nigricans, thorace cinereo; capite, antennarum basi, coxis anticis femoribusque omnibus flavis; oviductu feminæ longitudine fere abdominis, atro. ♂♀. (Long. ½ lin.).

Meig. Dipt. 7. 404. 34. ♀.

Hab. in graminosis, hactenus tantum in Svecia media rarissime visa; scilicet in Ostrogothia ad villam Lärketorp unicam feminam, & ad urbem Wadstena unicum par in copula junctum mense Julio inveni.

♂♀. Priori affinis ac valde similis, & vix nisi femoribus totis (nec tantum subtus) flavis, & oviductu feminæ nonnihil longiore. Opaca. Caput pallide flavum, puncto ocellorum nigro. Antennæ minusculæ nigræ, basi saltem superne flavæ. Seta crassiuscula nigra. Proboscis flava. Palpi nigri. Oculi mediocres rotundi. Thorax & scutellum cinerea. Abdomen longitudine circiter thoracis, cinereum, incisuris tenuissime, segmentique ultimi margine apicali anguste, flavis; in ♂ ovatum lateribus anguste pallidum, in ♀ ovale subdepressum, oviductu saltem longitudine segmentorum quatuor ultimorum simul sumtorum, subcylindrico lenissime compresso, atro nitido. Alæ & halteres ut in priori. Pedes nigri, coxis anticis femoribusque omnibus flavis.

β) antennis totis flavis.

12. *Ph. flavicornis:* nigricans; capite, antennis totis, pleuris, ano in ♂, abdominis lineola ante-apicali in ♀, pedibusque in utroque sexu, flavis. ♂♀. (Long. ½ lin.).

Fall. Phytomyz. 4. 6. ♂♀. typica. — Meig. Dipt. 6. 192. 12. T. 62. f. 6. Macq. Buff. 2. 618. 12.

Hab. in graminosis per hortos, agros & prata Scandinaviæ meridionalis & media Jul. Aug., minus frequens; in copula ter visa; scilicet in Scania ad Lund, Esperöd (*Fallén*) &c., rarius; in Ostrogothia ad Gusum, Lärketorp, Wadstena, passim parce; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg*; e Dania exemplum femineum a D. *Stæger* missum.

♂♀. Oblonga opaca. Caput pallide flavum. Frons lata, in exsiccata subplana, puncto verticis nigro. Antennæ mediocres rotundatæ, totæ flavæ, seta obscura. Epistoma infra oculos distincte descendens, genis longiusculis. Proboscis & palpi flava. Oculi minusculi rotundi. Thorax disco dorsali griseo l. obscure cinereo, in detritis nigricante, lateribus & pleuris flavis, macula parva supra coxas & sterno obscuris. Scutellum obscure cinereum. Abdomen oblongum nigrum, incisuris anguste flavis. Segmenti ultimi margo apicalis in ♀, & anus rotundatus in ♂, etiam flavi. Alæ & halteres ut in prioribus. Pedes flavi, tarsis apice leniter infuscatis.

Obs. *Meigen* l. c. mensem "Aprilem" ut hujus speciei tempus florendi affert.

13. *Ph. ruficornis:* nigricans, thorace cinereo; epistomate, thoracis vitta laterali, abdominis lineola anteapicali femoribusque pallide flavis; fronte testacea, di-

sco fusco; antennis totis rufis; femoribus in medio, tibiis tarsisque infuscatis. ♀. (♂). (Long. $\frac{3}{4}$ lin.).

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in Scania ad Sjörup duo specimina æstate 1846 a D. *G. Möller* inventa.

♀. Per antennas rufas & frontem femoraque flava, in medio infuscatas, ab affinibus diversa. Opaca. Frons lata testacea l. dilute brunnea, orbitis oculorum pallide flavis, puncto verticis nigro. Epistoma infra oculos paullo descendens, pallide flavum, genis longiusculis concoloribus. Antennæ mediocres rotundatæ fulvo-flavæ, seta nigra. Proboscis flava. Palpi ni fallor nigri. Oculi mediocres rotundi. Thorax griseo-cinereus, vitta laterali indeterminata pallide flava. Humeri pallide flavi. Scutellum cinereum. Abdomen oblongo-ovatum, nigricans, segmenti ultimi margine apicali anguste flavo. Oviductus circiter longitudine segmenti ultimi, crassus niger. Alæ hyalinæ, nervis perspicuis, ut in prioribus directis, auxiliari basi flavo. Halteres albo-flavi. Coxæ anticæ & femora omnia læte flava, hæc in medio late fusca. Tibiæ & tarsi dilute fusca. — Affinis & similis videtur Meigeni *Phyt. rufipedi* & *sulphuripedi*, sed pleuris cinereis, nec flavis, & femoribus fusco-maculatis distincta.

Mas: cinereus, capite, antennis, pleuris, scutello femoribusque flavis; tibiis tarsisque nigris. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.). An hujus?

Hab. in Scania ad Sjörup, ubi mense Aug. 1847 in unico specimine a D. *Möller* deprehensus.

♂. Opacus. Frons lata flava, puncto verticis nigro, orbitis oculorum albidis. Antennæ parvæ rotundatæ flavæ, seta breviuscula obscura. Epistoma infra oculos paullo descendens, albidum. Proboscis albida. Palpi atri. Thorax læte cinere-

us, pleuris albido-flavis. Scutellum albo-flavum, puncto basali utrinque brunneo. Abdomen subcylindricum, fusco-cinereum, incisuris pallidis. Anus rotundatus. Alæ subhyalinæ, nervis ut in ♀ directis. Halteres albidi. Coxæ & femora flava, tibiis tarsisque nigris. Femora versus apicem superne vestigio maculæ dilute brunneæ. — Forte mas *Phyt. ruficornis?*

14. *Ph. pallicornis:* nigricans; capite, antennis totis, thoracis linea laterali, scutello femoribusque flavis. ♀. (Long. $\frac{1}{3}$ lin.).

Hab. in Svecia boreali rarissime; in Jemtlandia septentrionali ad radicem Mulfjellet prope diversorium Forsa specimen descriptum mense Julio 1840 inveni.

♀. Similis *Ph. flavicorni* (12), sed magnitudine duplo minore, pleuris obscuris, scutello flavo, nec cinereo, ut & loco natali, dignota. Opaca. Caput læte flavum, puncto verticis minuto nigro. Frons modice lata. Antennæ mediocres rotundæ citrinæ, seta pallida. Epistoma infra oculos mediocres rotundos paullo descendens. Thorax obscure cinereus, vitta laterali flava. Scutellum læte flavum, puncto laterali brunneo. Abdomen ovatum nigrum subnitens, incisuris summis omnium tenuissime flavis. Oviductus longitudine segmenti ultimi, validus ater nitidus. Alæ hyalinæ, nervis ut in prioribus directis, longitudinalibus sat perspicuis præter 6:tum obsoletissimum. Halteres albi. Coxæ anticæ & femora omnia flava immaculata. Tibiæ & tarsi nigro-brunnea.

†† pedibus nigris, geniculis tantum plerumque flavis.

15. *Ph. affinis:* nigricans, thorace cinerascente; ca-

pile, abdominis incisuris tenuissime, geniculisque, flavis; antennis totis nigris. ♂♀. (Long. ½ vix 1 lin.).

Fall. Phytomyz. 3. 3. ♂♀. vera. (Vix Meig. Dipt. 6. 192. 11. eadem). Zett. Ins. Lapp. 793. 6. ♂♀. (*Ph. affinis* Fall. l. c. 3. 3. e parte). *Phyt. nigricornis* Macq. Buff. 2. 618. 11. ♂. Meig. Dipt. 7. 404. 33.

Hab. in graminosis, libenter locis aridis, per hortos, agros, prata & pascua Scandinaviæ Jul.—Octob. passim, in copula quoque pluries capta; scilicet in Scania ad Lund, Paradislyckan, Sliparehögen, Kjellby *(Segrell)* ut & ad Sjörup, Esperöd &c., frequens; in Smolandia, D. *Boheman*; in Ostrogothia ad Gusum, Wadstena &c., non parce; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg*; in Jemtlandia ad Faxelfven, Åreskutan & Mulfjellen, non infrequens; in Lapponia Umensi ad Wilhelmina rarius; e Dania a D. *Stæger* communicata.

♂♀. Oblongo-ovata, opaca, setosa. Caput flavum (in viva albido-flavum). Frons lata, puncto verticis nigro. Antennæ mediocres, in ♀ forte nonnihil majores quam in ♂, in utroque sexu rotundæ, totæ nigræ, seta nigra. Epistoma infra oculos nonnihil descendens, genis longiusculis. Proboscis flava. Palpi saltem apice nigri. Oculi mediocres rotundi, in viva obscure ferruginei parum æneo-micantes. Thorax cinereus immaculatus setosus. Scutellum concolor. Abdomen oblongum pubescens nigrum, incisuris anguste flavis. Anus niger, in ♂ rotundatus, in ♀ longitudine segmenti ultimi, basi crassus versus apicem subcompressus, totus ater nitidus. Segmentum ultimum in ♀ margine apicali sat late flavo. Venter lateribus interdum flavus. Alæ hyalinæ, nervis ut in prioribus directis, auxiliari basi flavo. Halteres albidi. Pedes nigricantes, geniculis pallide flavis. — Exempla typica Fallénіana ad hanc descriptionem conficiendam etiam comparavi.

Obs. Meigeni & Macqvarti *Phytomyza affinis:* "abdomine nigro immaculato, incisuris non flavis, antennarum basi pleurisque flavis" alia omnino videtur species forte sub *Phyt. pullula* nobis n:o 20 latens. — Cum *Ph. laterali* n:o 24 nervis transversis medio & ordinario unam lineolam ad basin alæ formantibus non commiscenda.

16. *Ph. flaviventris:* thorace scutelloque cinereis; capite, thoracis lineola laterali abdomineque flavis; antennis, ano pedibusque nigris, geniculis pallidis. ♀. (Long. 1 lin.).

Hab. in Svecia boreali rarissime; in Jemtlandia ad radicem Mulfjellet mense Jul. 1840 unicum specimen legi.

♀. Abdomen totum flavum, ano solo nigro, speciem designat. *Ph. fasciatæ* Meig. Dipt. 6. 194. 19. (non *Ph. fasciatæ* Meig. Dipt. 7. 405. 37) subsimilis, thorace vero cinereo opaco, nec nigro nitido, diversa. Similis quoque videtur *Phyt. tenellæ* Meig. Dipt. 6. 195. 22., sed hæc antennarum basi flava seta crassa brevi, thorace absque lineola laterali pallida, & abdominis incisuris nigris, a nostra distingvitur. — Opaca. Caput flavum, puncto verticis nigro. Frons lata. Antennæ mediocres rotundatæ l. breviter ovatæ, nigræ, seta modice longa capillari, basi parum incrassata, tota obscura. Epistoma infra oculos majusculos rotundos leniter descendens. Proboscis flava. Palpi nigri. Thorax cinereus, lineola laterali indeterminata pallide flava. Scutellum cinereum. Abdomen oblongum, pubescens, rufo-flavum, incisuris in medio dilute brunneis. Anus segmentum ultimum longitudine paullo excedit, crassus conicus, apice obtusus, totus ater nitidus. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis perspicuis ut in antecedentibus directis. Halteres albidi. Pedes nigricantes, genubus solum albidis.

17. ***Ph. albiceps:*** nigricans, thorace cinereo; capite, thoracis vitta laterali, abdominis lineola ante-apicali in ♀, genubusque in utroque sexu albidis; antennis pedibusque nigris. ♂♀. (Long. $\frac{1}{3}$ vix $\frac{1}{2}$ lin.).

Meig. Dipt. 6. 194. 20. Zett. Ins. Lapp. 793. 5. ♂♀.

Hab. in graminosis Sveciæ & Lapponiæ Jul. Aug. minus frequens; in copula etiam bis capta; scilicet occurrit in Scania ad Lund &c. rarius; in Ostrogothia ad Lärketorp parce; in Lapponia Umensi rarissime; in inferalpinis Norwegiæ ex. gr. in Finmarkia occidentali ad Gamst-tind semel.

♂♀. Valde pusilla. Opaca. Caput flavo-albidum, setis frontis & puncto verticis nigris. Frons lata. Antennæ mediocres rotundatæ, totæ nigræ, seta subfusca. Epistoma infra oculos paullo descendens. Seta mystacina & setulæ oris exiguæ nigræ. Thorax cinereus, vitta laterali alba. Scutellum cinereum. Abdomen oblongum, nigricans, leniter cinerasconti-micans, subnitens, segmenti ultimi margine apicali albo. Anus in ♂ rotundatus nigricans; in ♀ segmento ultimo paullo longior, crassus subconicus ater nitidus. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis longitudinali 3:tio perspicuo mox ante, & 4:to subobsoleto mox pone apicem alæ excurrentibus. Halteres albi. Pedes nigri, geniculis albis.

Obs. In speciminibus vetustis tibiæ etiam sæpe pallescunt. Talia individua sub indicio: "*Ph. affinis:* var. thoracis lateribus albidis tibiisque subpallidis" in museo Falléni occurrunt.

18. ***Ph. marginella:*** nigricans, thorace cinereo; capite, thoracis vitta laterali, scutello, abdominis segmentorum mediorum margine apicali, genubus, tibiis tarsisque albidis; antennis nigris, femoribus obscuris. ♀. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Fall. Phytomyz. 3. 4. ♀. Meig. Dipt. 6. 196. 27. (e descriptione Falléniana transscripta).

Hab. in Svecia meridionali rarissime, in Scania semel ante plures annos capta.

♀. Similis *Ph. affini*, sed thoracis lateribus, scutello, abdominis incisuris latius, tibiis tarsisque albidis, distincta. Præcedenti quoque valde similis, sed magnitudine duplo majore, scutello, abdominis fasciis, pedibusque e maxima parte albis, differe videtur. Opaca. Caput albidum, verticis puncto nigro. Antennæ mediocres nigræ, seta fusca. Epistoma nonnihil infra oculos mediocres descendens. Thorax cinereus, humeris & vitta laterali albidis. Scutellum sordide album. Abdomen oblongum, nigricans, segmentis 2, 3 & 4 margine apicali albidis. Anus ut in priori. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis ut in præcedente directis. Halteres albi. Femora & coxæ nigricantia seu obscure cinerea, genubus, tibiis tarsisque albidis.

Obs. Descriptionem speciei secundum exemplum diu asservatum confeci. In individuis recentioribus vel vivis color albus forte magis flavescit. — Var. b. Fall. l. c. "capite nigro" ad *Phyt. abdominalem* nobis n:o 6 pertinet.

19. *Ph. fuscula:* nigricans, thorace cinereo; capite sordide flavido vel albido; antennis minusculis pedibusque nigris, geniculis albidis; alis hyalinis, nervis longitudinalibus 2 & 3 perspicuis sat longe ante apicem, & 4:to obsoletiori in apice alæ, excurrentibus. ♂♀. (Long. ½ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 794. 9. ♀. *Phyt. nigritula* Zett. Ins. Lapp. 793. 4. ♀. eadem varietas detrita.

Hab. in Scandinaviæ borealis & Lapponiæ gramino-sis & plantis (ex. gr. Rumice crispo) mensib. Jul. Aug.

vulgaris, in copula multoties deprehensa, in Svecia meridionali valde rara; scilicet inventa est in Jemtlandia septentrionali ad radicem alpium Mulfjellen & Åreskutan usque ad Skalstugan, frequentissime; in Lapponiis: Umensi ad Lycksele & Badstuguträsk, Lulensi & Tornensi, rarius; in jugo alpino Norwegiæ ad diversoria Suul (in Rumice) & Kongsstuen Værdaliæ, minime parce; in Scania in plantatione Pini ad prædium Björnstorp prope Lund a Cel. *Dahlbom* in uno specimine femineo 24 Sept. 1838 quoque inventa.

♂♀. Per colorem obscurum & nervorum longitudinalium 2 & 3 exitum in costa sat distincte ab apice alæ remotum, a prioribus in hac subdivisione facile dignota. Opaca. Caput sordide albidum l. flavum. Frons modice lata, sordide flava l. lutea, puncto verticis nigro, orbitis oculorum cinereis. Antennæ mediocres l. minusculæ, rotundatæ nigræ, seta breviuscula fusca. Epistoma infra oculos leniter seu nonnihil descendens, certo situ albidum l. canescens. Proboscis alba. Oculi mediocres. Occiput nigrum. Thorax & scutellum cinerea immaculata. Abdomen oblongum nigricans subnitidum, segmenti ultimi summo margine apicali anguste flavo. Anus in ♀ segmento ultimo nonnihil longior, crassiusculus conicus niger. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis longitudinalibus 2 & 3 obscuris conspicuis sat longe ante apicem alæ in costali nigro excurrentibus, 4:to obsoleto in summo apice alæ excurrente, 5:to etiam subobsoleto. Halteres albi. Pedes nigri, geniculis anguste albidis. — Cum *Ph. geniculata* infra n:o 23 non confundi debet.

20. *Ph. pullula:* nigricans, thorace cinereo; capite, antennarum basi, thoracis vitta laterali, geniculisque albidis. ♂♀. (Long. fere $\frac{1}{2}$ lin.).

Var. a. ♂♀. pedibus nigris, geniculis flavo-albidis.

An *Phyt. affinis* Meig. Dipt. 6. 192. 11. (exclus. syn. Fall.)? Macq. Buff. 2. 618. 9.

Var. b. ♀. pedibus nigris, coxis anticis apice late, femoribus anterioribus subtus anguste, & geniculis omnibus pallide flavis. Forte hujus?

Hab. in Scania ad Lund rarius; in graminosis horti proprii versus finem Julii & initio Augusti 1847 aliquot specimina utriusque varietatis inveni; mas ad Esperöd semel & femina in Gottlandia ad Lummelund 29 Jul. 1819 etiam semel, capti.

♂♀. Similis *Ph. affini* n:o 15, sed antennarum basi distincte flava &c., mox dignota. Opaca. Caput albido-flavum. Frons lata, puncto verticis nigro. Epistoma leniter infra oculos descendens. Proboscis flava. Palpi nigri. Antennæ mediocres l. parvæ, rotundatæ, basi pallide flavæ, articulo ultimo atro, seta fusca. Oculi mediocres, in viva ænescentes. Thorax cinereus nigro-setosus, vitta laterali indeterminata albida, interdum parum conspicua. Scutellum cinereum. Abdomen: in ♂ subcylindricum, nigricans, basi lateribus leniter albidum, ano rotundato; in ♀ oblongo-ovatum nigrum, segmenti ultimi margine apicali angustissime flavo, ano longitudine segmenti ultimi, crasso, apice acuto subcompresso, toto atro nitido. Alæ hyalinæ, nervis longitudinalibus 2 & 3 conspicuis modice ante apicem excurrentibus, 4:to obsoletiori fere in apice excurrente. Halteres albi. Pedes ut in diagnosi etiam quoad varietatem b., sed in specimine Gottlandico nigri, coxis anticis fere totis geniculisque omnibus albo-flavis.

Obs. Varietas b. est valde similis *Phyt. varipedi* n:o 10, a qua vix nisi oviductu feminæ breviori & crassiori distingvitur.

21. *Ph. atomaria:* nigricans, thorace cinereo; ca-

pite geniculisque summis albis; antennis atris. ♂. (Long. ¼ lin.).

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in graminosis ad Lund Scaniæ die 13 Sept. 1838 in unico exemplo a D. *Dahlbom* inventa.

♂. Minutissima, priori duplo & ultra minor, capite albedine puriori, nec sordida, ornato. Opaca. Caput album, in viva forte flavo-album. Frons lata, puncto verticis nigro. Antennæ atræ. Epistoma infra oculos parum descendens. Proboscis flava. Oculi mediocres l. proportione majusculi, rotundi brunnei unicolores. Thorax & scutellum cinerea immaculata. Abdomen oblongum subcylindricum nigrum, ano rotundato. Alæ hyalinæ, nervis fere ut in *Ph. fuscula* (19) directis. Halteres albi, in viva albo-flavi. Pedes nigricantes, geniculis summis albidis.

22. *Ph. zonata:* nigricans, thorace cinereo; capite geniculisque albis; antennis anoque (♀) atris; abdomine pallide flavo, fasciis qvatuor trapeziformibus nigris. ♀. (Long. fere ¾ lin.).

Hab. in Gottlandia rarissime, in horto Nähr 29 Jun. semel lecta.

♀. Abdominis pictura speciem denotat. Valde similis & affinis videtur *Phyt. fasciatæ* Meig. Dipt. 6. 194. 19 (sed non *Phyt. fasciatæ* Macq. & Meig. Dipt. 7. 405. 37), & *tenellæ* Meig. Dipt. 6. 195. 22; ab illa vero thorace cinereo opaco, nec nigro nitido, & ab hac antennis totis atris, nec basi flavis, differt. Caput sulphureum, puncto verticis nigro. Frons lata. Antennæ mediocres l. majusculæ rotundatæ nigræ, articulo 2:do superne puncto pallido, seta mediocri nigra. Epistoma infra oculos paullo descendens. Palpi nigri. Oculi

majusculi rotundi. Thorax & scutellum cinerea l. schistacea. Abdomen ovato-oblongum sulphureum, segmentis 2, 3, 4 & 5 in medio boseos fascia trapezina utrinque abbreviata, nigra, vittam dorsalem mediam latam inæqvalem formante. Oviductus longitudine segmentorum ultimi & antepenúltimi simul sumtorum, basi crassus, apice compressus, totus ater nitidus. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis longitudinalibus 2 & 3 perspicuis, ante apicem, 3:tioque obsoleto in apice alæ, excurrentibus. Halteres albi. Pedes nigri, geniculis albidis.

23. *Ph. geniculata:* nigricans, thorace cinereo; capite geniculisque albo-flavis; antennis majusculis pedibusque nigris; alis hyalinis, nervis longitudinalibus 2 & 3 perspicuis modice ante apicem, & 4:to obsoleto fere in apice alæ, excurrentibus. ♂♀. (Long. ½ lin.).

Var. a. ♂♀. abdomine nigro immaculato.

Macq. Buff. 2. 619. 18. Meig. Dipt. 7. 405. 39. (e descriptione Macqvarti transscripta).

Var. b. ♂♀. abdomine nigro, in ♂ incisuris omnium tenuissime margineque laterali summo flavidis, in ♀ cingulo ante apicem angusto albido.

Ph. lateralis Fall. Phytomyz. 3. 2. e parte. — Zett. Ins. Lapp. 794. 8. e parte.

Hab. var. a. & b. promiscue in graminosis, foliis fruticum &c., etiam in fenestris reptans, per Scandinaviam Jun.—Sept. passim, in copula sæpe deprehensa; scilicet in Scania ad Lund, Fogelsång, Esperöd &c., non raro; in Ostrogothia ad Wadstena &c., sat frequens; in Wermelandia ad Åros; in Lapponia Umensi ad Lycksele parce; in Norwegia ad Dowre (D. *Boheman*), & ad Alteidet Finmarkiæ, ipse; in Dania, D. *Stæger*. (E Finlandia a D. *Sahlberg* missa.).

♂♀. Simillima *Ph. fusculæ* (19) & *atomariæ* (21), sed ab harum priori antennis majoribus & nervis longitudinalibus 2 & 3 vix tam longe ab apice, 4:toque fere mox pone apicem, nec in summo apice alæ, excurrentibus, a posteriori magnitudine saltem duplo majori, & ab utraque capite magis flavescente, nec sordide nec pure albo, distincta. Opaca. Caput albido-flavum, in vetustis magis albescens; in fronte vero flavedo plerumque melius conservatur. Frons lata setosa, puncto verticis nigro. Antennæ proportione majusculæ, rotundatæ totæ atræ, seta mediocri nigra. Epistoma infra oculos sat distincte descendens. Palpi nigri, Proboscis alba. Thorax setosus & scutellum cinerea. Abdomen oblongum, ano in ♂ rotundato nigro, oviductu in ♀ segmento ultimo parum longiori crasso atro nitido. Præterea in ♂ incisuræ sæpe omnium tenuissime lineolaque lateralis subventralis angustissima pallidæ; in ♀ margo apicalis segmenti ultimi plerumque anguste albidus. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis longitudinalibus 2 & 3 paullo ante apicem, & 4:to fere in summo apice alæ, excurrentibus. Halteres albi. Pedes nigri, geniculis omnibus anguste albidis. Coxæ anticæ sæpe flavidæ. — A *Ph. laterali* n:o 24 defectu nervi transversi ordinarii mox distingvitur *Ph. geniculatæ* varietas b.

b). Alarum nervi transversi medius & ordinarius in lineolam perpendicularem ante apicem auxiliaris connexi (*). (Vide Meig. 6. T. 62. f. 6.).

24. *Ph. lateralis:* nigricans, thorace obscure cinereo; capite, abdominis incisuris tenuissime & margine laterali angustissime, geniculisque, albo-flavis; antennis totis pedibusque nigris. ♂♀. (Long. ♂ $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$, ♀ $\frac{2}{3}$ fere 1 lin.).

*) Cfr. nota in conspectu generis p. 2813.

Fall. Phytomyz. 3. 2. ♂♀ e maxima parte. — Vix Meigen Dipt. 6. 190. 3. eadem, nam "pleuræ flavæ" dicuntur. Macq. Buff. 2. 616. 2. T. 23. f. 19. a.?? Zett. Ins. Lapp. 794. 8. ♂♀. e parte, & var. b. ♀.

Hab. in Scandinaviæ graminosis, per hortos, agros, prata & pascua, a medio mensis Maji usque ad finem Septembris mihi vulgariter obvia; scilicet in Scania ad Lund, Paradislyckan, Kjellby, Fogelsång, Esperöd &c. frequens; in Ostrogothia ad Wadstena, Lärketorp, Gusum; in Gottlandia ad Nähr; in Jemtlandia ad Faxelfven, alpes Åreskutan (usque ad summum cacumen seu regionem nivalem ultra 3000 ped. supra mare, adscendens) & Mulfjellet, non parce; in Bottnia boreali ad Johannis Ro prope Torneå, semel; in Lapponia rarissime; in Norwegia ad Thynäs rarius; e Dania a D. *Stæger* missa. (Ad Gryphiam Jul. 1845 a D. *Dahlbom* lecta; e Glogavia a D. *Zeller* communicata).

♂♀. Valde similis & affinis *Phyt. affini* (15) & *geniculatæ* (23), sed nervo transverso ordinario præsente & unam lineam perpendicularem cum transverso medio formante vere & facile dignota. Opaca. Caput stramineum, puncto verticis nigro. Frons lata sat valide nigro-setosa. Antennæ mediocres, rotundæ, totæ atræ, seta longiuscula nigra. Epistoma infra oculos mediocres brunneos distincte descendens. Setæ mystacinæ nigræ. Palpi nigri. Proboscis alba. Thorax totus obscure cinereus, dorso fortiter setosus, lineola laterali ab humeris ad basin alarum omnium tenuissima, interdum parum conspicua, pallide flava. Scutellum cinereum. Abdomen segmentis qvinque perspicuis; in ♂ angustum, in ♀ oblongo-ovatum, in utroque sexu nigricans, incisuris angustissime, & margine laterali (ad basin & in medio) tenuissime

flavis, in viva virescenti-flavis. Variat tamen abdomine nigricante, incisuris flavis parum conspicuis, margine vero apicali segmenti ultimi flavo plerumque evidentiori præsertim in ♀. Anus ♂ subrotundatus nigricans, oviductus ♀ segmento ultimo nonnihil longior, basi crassus, apice subcompressus, totus ater nitidus. Alæ cinereo-hyalinæ, basi albidæ, nervo auxiliari basi pallide flavo. Nervi: longitudinales 2:dus & 3:tius subparalleli, perspicui, horum 3:tius paullo l. modice ante apicem, 4:tus vero subobsoletior fere in summo apice alæ excurrentes, 5:tus conspicuus, 6:tus obsoletus; transversi medius & ordinarius ante apicem auxiliaris in lineolam cohærentes. Squamæ & halteres flavo-alba. Pedes cum coxis nigri, geniculis albidis.

Obs. Præter specimina genuina *Ph. lateralis* exstant in museo Falléniano sub indice: "*Ph. lateralis*" etiam unum alterumque individuum *Ph. affinis* & *geniculatæ* nostræ. Vir celeber nempe ad nervi transversi ordinarii præsentiam & situm non probe attendit. — *Phyt. lateralis* Meig. & Macq. l. c., quæ "pleuris flavis" describuntur, huc vix referri possunt.

25. *Ph. flavipes:* nigricans, thorace obscure cinereo; capite geniculisque albo-flavis; antennis totis pedibusque nigris; abdomine flavo, fasciis qvinque utrinque abreviatis nigricantibus; ano nigro. ♂. (Long. parum ultra ½ lin.).

Macq. Buff. 2. 616. 3. videtur? Meig. Dipt. 7. 403. 29?

Hab. in Dania forte rarissime, in Dyrhaven prope Hafniam mense Julio 1844 Cel. Doctor *Dahlbom* individuum héic descriptum detegit.

♂. Magnitudo, caput, antennæ, thorax, alæ etiam qvoad directionem nervorum, pedes & omnia adcuratissime ut in præ-

cedente, & tantum abdomine flavo, dorso fasciis 5 (ad basin segmentorum) latissimis, ad summum marginem lateralem non usque extensis, nigricantibus, diversa videtur. Anus niger. De cetero ut in priori. — A *Ph. eleganti* scutello pleurisque cinereis nec flavis, mox distingvitur. — Cel. Macqvarti descriptio perbrevis & insufficiens suæ *Ph. flavipedis* dubium de identitate cum nostra relinquit.

B. corpore ad maximam partem flavescente (thoracis dorso sæpe cinereo).

a. nervis transversis alarum medio & ordinario in lineolam perpendicularem ante apicem auxiliaris congestis (*). (Cfr. subdivisio proxime antecedens, b.).

26. *Ph. elegans:* flava, thoracis disco dorsali, metathorace sternoque cinereis; abdomine fasciis quinque brunneis; antennarum articulo ultimo, ano pedibusque nigris, genubus flavis. ♂♀. (Long. ♂ $1\frac{1}{4}$, ♀ fere $1\frac{1}{2}$ lin.).

Mas: abdomine sublineari, convexo, flavo, lineolis 5 transversis in medio subinterruptis utrinque distincte abbreviatis læte brunneis; ano rotundato nigro;

Phyt. festiva Meig. Dipt. 6. 189. 2. (♀??). Zett. Ins. Lapp. 793. 3. ♂.

Fem.: paullo major, abdomine oblongo, subdepresso, flavo, fasciis 5 transversis subintegris læte brunneis; oviductu longitudine saltem segmenti ultimi, basi crasso, versus apicem compresso, toto atro nitido.

Phyt. elegans Meig. Dipt. 6. 189. 1. ♀. T. 62. f. 5.

---

*) Cfr. nota in conspectu generis p. 2813.

(nervis longitudinalibus 2 & 3 ad apicem nimis curvatis). — Macq. Buff. 2. 616. 1. ♀. Zett. Ins. Lapp. 793. 2. ♀.

Hab. in graminosis per hortos & prata Scandinaviæ, mihi a d. 24 Jun. ad medium Augusti passim obvia; scilicet in Scania rarissime; in Ölandia, D. *Wahlberg*; in Gottlandia ad Sanda, Öja & Wamlingbo, sat frequens præsertim ♀.; in Jemtlandia ad radicem alpis Mulfjellet (24 Jul. 1840) rarius; in Dalecarlia; in Bottnia boreali ad Råbäcken in paroecia Öfver-Luleå in utroque sexu a D. Mag. *Andersson* (1843) lecta mihique communicata; in Norwegia ad Drivstuen in alpe Dowre etiam in utroque sexu a D. *Boheman* deprehensa; e Dania a D. *Stæger* missa.

♂♀. In hoc genere magna, *Ph. nigripenni* (1) fere paullo longior, sed angustior. Opaca. Caput flavum, puncto verticis nigro. Frons latissima. Antennæ basi plus minus flavescentes, articulo ultimo majusculo ovali atro, seta longiuscula, breviter puberula, subfuscana. Epistoma infra oculos distincte descendens, genis elongatis. Proboscis flava. Palpi nigri. Oculi minusculi rotundi. Thorax pallide flavus, disco dorsali & sterno læte cinereis. Humeri flavi. Scutellum flavum, puncto basali utrinque brunneo. Metathorax cinereus. Abdomen læte flavum, ut in diagnosi sexus constructum & pictum, signaturis brunneis in utroque sexu basi augustioribus & obsoletioribus, versus apicem sensim latioribus & distinctioribus. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis omnino ut in *Ph. laterali* n:o 24 directis. Nervi longitudinales 2 & 3 subparalleli, omnino recti, nec ad apicem incurvati ut in figura Meigeni. Squamæ minutæ albidæ. Halteres flavi. Pedes nigri, coxis anticis apice, trochanteribus genubusque omnibus flavis.

b. nervis transversis alarum medio solitario, ordinario nullo.

27. *Ph. flava:* flava, antennarum articulo ultimo atro. ♂♀. (Long. ♂ ½, ♀ ¾ lin.).

Mas: abdomine angusto subcylindrico; ano rotundato flavo.

Fem.: abdomine oblongo; oviductu segmentum ultimum longitudine paullo excedente, crasso, apice subcompresso, toto nigro l. obscuro.

Var. a. ♂♀. (♂ interdum etiam in copula cum var. b. ♀.) abdomine obsolete fusco-fasciato.

Fall. Phytomyz. 3. 5. ♂♀. typica (secundum exempla in Museo Falléni). —

Var. b. ♂♀. in copula (♀ interdum etiam in copula cum var. a. ♂), thoracis dorso vittis tribus latis confluentibus aut per lineolas angustissimas flavas subdiscretis, cinereis; abdomine l. fusco (♂), l. obscuro l. nigricante (♀), segmento ultimo margine apicali flavo.

Meig. Dipt 6. 196. 26. videtur. Macq. Buff. 2. 620. 22.

Hab. utraque varietas in graminosis locis humidis umbrosis, per hortos, prata, pascua & silvas Scandinaviæ meridionalis & mediæ, a fine mensis Julii vel ab ineunte Augusto usque ad medium Octobris, passim naud rara, in copula promiscue obvia; scilicet in Scania ad Lund (in horto proprio), Paradislyckan, Kjellby, Abusa, Lindholmem, Sjörup, Esperöd, &c., frequens; in Ostrogothia ad Gusum, Lärketorp, Wadstena &c., non parce; in Westrogothia ad Gothoburgum, D. *Wahlberg;* in Dania, D. *Stæger.*

♂♀. Opaca. Caput pallide flavum, puncto verticis nigro. Frons lata. Antennæ mediocres, basi flavæ, articulo ultimo fere toto atro, seta obscura. Epistoma infra oculos nonnihil descendens. Proboscis flava. Palpi nigri. Oculi mediocres, rotundi, in mortua obscure ferruginei, in viva ænei l. ferruginei ex æneo micantes, unicolores. Thorax jam flavo-testaceus immaculatus, jam dorsoornatus vittis tribus cinereis plerumque confluentibus, media integra, lateralibus antice abbreviatis, unde humeri flavi. Scutellum flavum. Metathorax sæpe fuscus. Abdomen ut in diagnosi varietatum descriptum. Segmenta tantum 5 numero. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis sat conspicuis. Nervus longitudinalis 3:tius non longe ante apicem, & 4:tus parum obsoletus fere in apice alæ, excurrentes. Halteres albo-flavi. Pedes pallide flavi, tarsis in var. b. apice fuscis.

Obs. Varietatis b. marem sub nominibus: "*Phyt. cinereo-vittata*" a D. *Stæger* & "*Phyt. pallida*" ab alio Entomologo obtinui; femina ejusdem varietatis jam ut "*Phyt. terminalis* Meig.," jam ut "*Phyt. bicolor* n. sp. (abdomine nigro)" communicata quoque fuit.

28. *Ph. analis:* rufo-flava, capite pallidiore; thoracis dorso cinereo; antennarum apice tarsisque subinfuscatis; metathorace in utroque sexu, & ano in ♀, nigricantibus. ♂♀. (Long. ♂ $\frac{2}{3}$, ♀ fere 1 lin.).

Mas: abdomine subcylindrico, rufescente, ano rotundato concolore; tarsis posterioribus leniter subinfuscatis.

Phytomyz. pallida Meig. Dipt. 6. 196. 25? Macq. Buff. 2. 620. 21.?

Fem.: abdomine conico, rufescente; oviductu segmentum abdominis ultimum longitudine paullo excedente, crasse conico, nigro; tarsis omnibus obscuris.

Phytom. terminalis Meig. Dipt. 6. 195. 24? Macq. Buff. 2. 619. 19?

Hab. in Sveciæ mediæ graminosis rarius; femina e Westrogothia a Profess. *Boheman* 1834 communicata; utrumque sexum in Gottlandia ad Wamlingbo 5 Jul. 1841 inveni; in Uplandia ad Holmiam a Prof. *Wahlberg* quoque capta fuerit.

♂♀. Opaca. Caput flavum. Frons latissima, setis & puncto verticis nigris. Antennæ mediocres l. parvæ, testaceæ, articulo ultimo tantum apice, nec toto infuscato, seta nuda fusca. Epistoma infra oculos paullo descendens, seta mystacina utrinque unica & setulis oris pluribus exiguis nigris. Proboscis flava. Oculi mediocres l. parvi, rotundi. Thorax flavus, disco dorsali læte cinereo. Scutellum flavum. Metathorax obscure cinereus. Abdomen rufo-flavum, præterea ut in diagnosi sexuum. Alæ hyalinæ, nervis ut in *Ph. flava* directis. Nervus longitudinalis 4:tus subobsoletus. Halteres flavo-albi. Pedes flavi, tarsis ut in diagnosi sexuum.

Obs. In *Phyt. pallida* & *terminali* Meig. & Macq. l. c. color corporis pallidus, nec rufo-flavus, thorax totus cinereus, nec dorso tantum cinereus, antennæ nigræ basi flavæ, nec flavæ tantum articuli ultimi apice nigricante, describuntur, unde dubium de harum specierum identitate cum nostra exstat.

29. *Ph. oscinina:* flava, capite pallidiore; macula verticis thoracisque dorso nigris; antennis obscuris; oculis rotundato-oblongiusculis. ♀. (Long. vix ½ lin.).

Fall. Phytomyz. 4. 10. ♀. Meig. Dipt. 6. 196. 28 (e descriptione Falléni transscripta).

Hab. in Scania rarissime; circa Lund specimen unicum ante plures annos inveni.

♀. Specimen typicum Fallénianum ante oculos habeo. Parva angusta osciniformis. Subopaca. Frons lata flava breviter setulosa, macula verticis trigona ad medium frontis extensa, nigra subnitida. Antennæ proportione majusculæ sessiles orbiculares fuscæ, seta breviuscula obscura. Epistoma infra oculos breviter tantum descendens, flavo-albidum, seta utrinque mystacina parva. Proboscis flava. Oculi majusculi rotundati seu transversim suboblongiusculi, in exsiccata rufo-ferruginei. Thorax flavus, disco dorsali nigro subnitido. Humeri flavi. An puncta nigra in pectore & sterno adsint, nec ne, in exemplo vetusto determinare non possum. Scutellum flavum. Abdomen oblongum, apice acutiusculum, totum sordide rufo-flavum. Alæ hyalinæ. Nervi: costalis obscurus, distincte ante apicem alæ desinens, cum longitudinali 3:tio coiens; longitudinales 2 & 3 perspicui ad costam paullo divergentes, nec continue paralleli; 4:tus mox pone apicem alæ excurrens & 5:tus obsoleti. Halteres albidi. Pedes validi, nudi inermes, fulvo-flavi. — (Cfr. nota sub *Oscine approximatonervi* hujus operis pag. 2622. n:o 19.).

Famil. 38. TRINEURIDES Zett. (*)

202. GYMNOPHORA Macq.

Corpus parvum, oblongum, nudum, subnitidum, molle, antice gibbum. Caput parvum, thorace humilius. Antennæ ad aperturam oris insertæ, parvæ, breves, sessiles, articulo ultimo globoso, seta dorsali elongata erecta nuda. Frons in utroque sexu lata, anterius decliva, tota nuda. Vertex brevi-

*) "*Trineuræ*" ut hæc Familia vocatur a *Meigen*, est nomen plurale *generis Trineuræ*, ideoque ut nomen etiam *familiæ* rejiciendum.

ter & parce setulosus, ocellis 3 conglomeratis. Epistoma brevissimum. Seta mystacina nulla. Apertura oris (peristomium) magna. Palpi mediocres, parum exserti, leniter clavati, setulosi. Proboscis retracta, geniculata. Oculi tota latera implentes, suboblongi remoti nudi. Thorax oblongus robustus convexus glaber, sine sutura transversa. Scutellum parvum, margine brevissime 4-setulosum. Abdomen oblongum, sexannulatum, glabrum. Alæ abdomine paullo longiores, latiusculæ, sub qviete incumbentes. Nervi: auxiliaris & secundarius (seu nervus costalis 1:mus & 2:dus Meig.) distincti crassi, ille ad medium costæ extensus, apice furcatus, hic etiam elongatus; costalis (continuatus a basi alæ usque ad apicem nervi auxiliaris, ubi cessare videtur) totus inermis, nec ciliatus. Præterea in disco alæ ducuntur qvatuor nervi longitudinales integri obliqui tenues, quorum 1:mus e furcatura nervi auxiliaris oriundus, ad costam arcuatim flectitur, distincte ante apicem alæ excurrens; 2:dus e medio 1. paullo pone medium auxiliaris ortus, ad marginem interiorem leniter flexus tendit, distincte pone apicem alæ excurrens; 3:tius perspicue inflexus 4:tusque subrectus fere e radice alarum emissi ad marginem interiorem descendunt. Nervi transversi desunt. Alulæ & squamæ vix ullæ. Halteres distincti nudi. Pedes toti nudi & inermes; postici longiores, compressi, tarsorum articulo 1:mo longitudine fere reliquorum simul sumtorum. Coxæ omnes elongatæ. Femora valida. *Color* piceo-niger. *Motu* valde agilis, in foliis ocissime currit. *Habitatio* in graminosis & foliis plantarum. Larvæ parasitæ in Lepidopteris degere dicuntur. *Differentia sexus; mas:* abdomine subcylindrico, parce setuloso, ano obtuso, genitale inflexo; *femina:* abdomine oblongo, subdepresso subtriquetro, nudo, ano acuto, vagina retractili. — (Fronte nuda, alarum costa non ciliata, pedibus omnino inermibus, a *Trineura* præcipue distingvitur *Gymnophora*).

1. *G. arcuata:* nigra nitida nuda; pedibus testace-

is; alis fuscanis, halteribus albis. ♂♀. (Long. 1—1¼ raro ½ lin.).

Macq. Buff. 2. 631. 1. T. 24. f. 5 (nervo long. 4:to ad marginem interiorem baseos alæ immerito abbreviato). — *Phora* Meig. Dipt. 6. 222. 33. T. 63. f. 9 ala. — *Trineura* Zett. Ins. Lapp. 795. 1. ♂♀. *Trineura rufipes* Fall. Phytomyzid. 5. 1. ♂♀. (exclus. synonymo Fabricii, quod ad *Trineuram vulgarem* Fall. seu *Trineur. rufipedem* nobis pertinet).

Hab. in graminosis & foliis fruticum, libenter locis humidis umbrosis, per Scandinaviam, a fine mensis Junii usque ad finem Septembris vulgaris, in copula multoties deprehensa; in truncis arborum viventium ut & in fenestris interdum quoque observata; scilicet in Scania ubique freqnens; in Smolandia ad Skärsjö &c.; in Ostrogothia ad Gusum, Lårketorp, Wadstena, Hagalund &c., minime parce; in Westrogothia ad Gothoburgum; in Gottlandia ad Garde; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg;* in Dalecarlia & provinciis magis borealibus rarissime; in Norwegia boreali ad diversorium Oestre Näs semel; in Dania non rara.

♂♀. Magnitudine valde variat. Specimina vulgaria longitudinem 1—1¼ lineam attingunt; exempla mascula triplo minora rarissime occurrunt. Piceo-nigra nitida. Caput nudum præter setulas aliquot parvas in vertice. Antennæ nigræ. Palpi obscure ferruginei. Latera pectoris interdum rufescunt. Alæ leniter fuscanæ. Nervi longitudinales omnes integri, 1:mus ante apicem alæ ad costam arcuatim flexus. Nervus auxiliaris ad medium costæ extensus, apice furcatus. Costa tota mutica. Halteres albi. Pedes nudi & inermes, toti cum

coxis testacei, femoribus raro obscuris. Pedes postici compressi.

---

203. TRINEURA Meig.

Corpus parvum l. minutum oblongum glabriculum, molle, antice gibbum. Caput parvum, thorace humilius. Antennæ ad aperturam oris insertæ, parvæ, articulis basalibus brevissimis parum perspicuis, ultimo subgloboso, seta dorsali interdum subapicali, elongata erecta nuda. Frons in utroque sexu lata, anterius decliva, tota fortiter setosa, setis reflexis. Vertex setosus, ocellis 3 conglomeratis. Epistoma brevissimum. Os mystacinum. Apertura oris magna. Palpi longiusculi exserti leniter clavati (in Manipulo ultimo angustati), setosi. Proboscis geniculata. Oculi magni, tota latera implentes, suboblongi, late distantes, nudi. Thorax oblongus convexus glabriculus, ad latera & postice setulosus, absque sutura transversa in medio. Scutellum parvum, margine 4:setulosum. Abdomen oblongum, subincurvum, sexannulatum, glabrum. Alæ abdomine paullo longiores, latiusculæ, apice rotundatæ; in qviete incumbentes. Nervi: auxiliaris & secundarius (seu nervus costalis 1:mus & 2:dus Meig.) distincti crassi, ille plerumque ad medium costæ extensus, apice furcatus aut simplex, hic plus minus elongatus; costalis (continuatus a basi alæ usque ad apicem auxiliaris, ubi desinit) etiam validus, totus plus minus distincte ciliatus. Præterea in disco alæ ducuntur tres l. sæpissime qvatuor nervi longitudinales subintegri, obliqui tenues, quorum 1:mus mox ante apicem auxiliaris oriundus in apice l. mox ante apicem alæ (nec distincte ante apicem) excurrit; reliqui ut in *Gymnophora* orti & directi. Nervi transversi nulli. Alulæ & squamæ vix ullæ. Halteres distincti nudi. Pedes plus minus spinulosi; postici longiores dilatati compressi, tarsorum articulo 1:mo reliqvis

simul sumtis circiter dimidio breviori. Coxæ omnes elongatæ. Femora valida. Ungves & pulvilli exigui. *Color* niger l. flavescens. *Motu* vivacissima, inqvieta, in foliis l. fenestris reptando, velocissime cursitat. *Habitatio* in graminosis, foliis plantarum, fenestris, floribus, & sub Muscis. Larvæ in Lepidopteris parasitice degentes, in caseo, fungis & variis substanciis putrefactis vivere describuntur. *Differentia sexus: mas:* abdomine subcylindrico, parce setuloso, ano obtuso, genitali inflexo; *femina:* abdomine oblongo, subdepresso subtriquetro, nudo, ano acuto, vagina retractili. (More *Platypezæ*, cui habitu sat similis, volitat & in foliis serpit, statura *Mordellam* Coleopterorum fere mentiens. Fronte distincte setosa, palpis majoribus, alarum nervo costali ciliato, nervo longitudinali 1:mo in apice, nec ante apicem, alæ excurrente, & pedibus spinulosis, mox a *Gymnophora* distingvitur *Trineura*). *Typi* generis: *T. thoracica* (1), *rufipes* (6), *crassicornis* (24), *flava* (25), *incrassata* (30) & *aterrima* (35).

Sect. 1:ma. Alarum nervi: auxiliaris apice furcatus; longitudinales in disco qvatuor, in ♀ raro subtres (4:to nempe obsoleto).

A. corpore nigricante (thorace in *T. thoracica* n:o 1 rufescente, abdomine in *T. abdominali* n:o 17 fulvo. — *Trineuræ bicoloris* mas corpore e maxima parte nigricante sub n:o 29 quærendus).

*). Nervus longitudinalis 1:mus (discoidalium) basi arcuatus (apice in nostris sæpissime rectus). Meig. Dipt. 6. Tab. 63. f. 6.

†. halteribus albidis vel flavidis.

1 *thoracica* Meig. Fall. ♂♀. 2 *dimidiata* Meig. (*T. tho-*

racica Fall. var.) ♂♀. 3 *maculata* Meig. (*Tr. vulgaris* Fall. e parte) ♂♀. (*). 4 *notata* Stæg. ♂♀. (**). 5 *urbana* Meig.? ♂♀. 6 *rufipes* Fabr. Meig. (*Phora pallipes* Latr. Duf. — *Trin. vulgaris* Fall. e parte. — *Phora annulata* Meig. var.) var. a. b. c. ♂♀. 7 *pulicaria* Fall. (vix Meig. & Macqv. eadem. — An *Phora ruficornis* Meig.?) ♂♀. 8 *pygmæa* Zett. n. sp. ♂♀. 9 *sordida* Zett. Ins. Lapp. (an *Phora luctuosa* Meig.?) ♂♀. 10 *zonata* Zett. Ins. Lapp. ♀? 11 *humeralis* Zett. Ins. Lapp. ♀. 12 *ruficornis* Meig.? ♀. 13 *minor* Zett. n. sp. ♀. 14 *gymnophorina* Zett. n. sp. ♀. 15 *carbonaria* Zett. n. sp. ♂.

††. halteribus obscuris: fuscis aut nigris.

a) nervis longitudinalibus in disco tribus.

16 *opaca* Meig. ♂♀.

b) nervis longitudinalibus in disco qvatuor, sæpissime integris.

α. abdomine fulvo.

17 *abdominalis* Fall. ♀.

β. corpore toto nigro.

18 *palpina* Zett. n. sp. ♂♀. 19 *flavicoxa* Zett. n. sp. ♂. 20 *palposa* Bohem. ♂♀. 21 *fuscipes* Meig.? ♀? 22 *ciliata* Zett. n. sp. ♂♀. 23 *pumila* Meig.? ♂♀.

---

*) huic affinis est *Phora helicivora* Dufour. Cfr. infra *observatio* sub n:o 3.

**) huic valde similis est *Trin. punctipennis* Zett. n. sp. Cfr. infra *observatio* sub n:o 4.

**). Nervus longitudinalis 1:mus (discoidalium) basi rectus. Meig. Dipt. 6. Tab. 63. f. 7.

24 *crassicornis* Meig. ♂♀.

B. corpore vel toto vel e magna parte flavescente (in *T. bicoloris* mare n:o 29 nigricante). Alarum nervi longitudinales quatuor tenues, horum 1:mus basi curvatus vel subcurvatus mox ante summum apicem alæ excurrens.

25 *flava* Fall. (non Meig.) ♂♀. 26 *lutea* Meig. (*T. flava* Fall. e parte) ♂♀. 27 *interrupta* Zett. Ins. Lapp. (*T. flava* Fall. var. — *Phora flava* Meig.) ♂♀. 28 *fasciata* Fall. ♂♀. 29 *bicolor* Meig. ♂♀.

Sect. 2:da. Alarum nervus auxiliaris apice simplex.

Manipulus 1:mus tibiis parce spinulosis (intermediis non ciliatis).

*). Frons tuberculata.

30 *incrassata* Meig. (*T. mordellaria* Fall. var.) ♂♀.

**). Frons non tuberculata.

31 *mordellaria* Fall. (*Phora eadem* Meig.) ♂♀. 32 *obscura* Zett. n. sp. ♀. 33 *carinifrons* Stæg. ♂♀. 34 *femorata* Meig. (*Phora flavimana* Meig. var.) var. a. b. ♂.

Formæ *Trineurarum* dubiæ, ulterius examinandæ:

N:o 1 *anceps* Zett. ♂? n:o 2 *dubia* Zett. ♂. n:o 3 *vitripennis* Meig.? ♂.

Manipulus 2:dus tibiis intermediis (præsertim in ♂) longe ciliatis. Palpi subangustati. Color corporis in ♂ aterrimus holosericeus. — Vide Meig. Dipt. 6. Tab. 63. f. 11. ♂. (ubi vero ciliæ tibiarum intermediarum usque ad apicem continuatæ, & tibiæ posticæ inermes, nec extus setulosæ, immerito delineantur).

35 *aterrima* Fabr. Meig. (*Trineura atra* Meig. Klassific. — Fall.) var. a. b. ♂♀. 36 *velutina* Meig. (*T. atra* Fall. e parte) ♂♀. 37 *stictica* Meig. ♂♀.

Trineura.

Sect. 1:ma. Alarum nervi: auxiliaris apice furcatus; longitudinales in disco qvatuor, in ♀ raro tres (4:to nempe obsoleto).

A. corpore nigricante (thorace in *T. thoracica* n:o 1 rufescente; abdomine in *T. abdominali* n:o 17 fulvo. — *Trin. bicoloris* mas corpore e maxima parte nigricante sub n:o 29 quærendus).

*). Nervus longitudinalis 1:mus (discoidalium) basi arcuatus (apice in nostris sæpissime rectus). Meig. Dipt. 6. T. 63. f. 6.

†. halteribus albidis l. flavidis.

1. *T. thoracica:* nigra, thorace rufescente; antennis lividis; palpis pedibusque testaceis; halteribus albis; alis versus apicem fuscanis, nervo costali tenuiter ciliato, longitudinali 1:mo in apice alæ excurrente; tibiis spinosis. ♂♀. (Long. 1, plerumque circiter 2 lin.).

Meig. Klassific. 1. 2. 313. 2. Fall. Phytomyzid. 6. 3. ♂♀. Zett. Ins. Lapp. 795. 2. ♂♀. (e maxima parte). — *Phora* Latr. gen. Ins. 4. 360. Tab. 15. f. 12. Meig. Dipt. 6. 214. 8. Macq. Buff. 2. 625. 1. ♂♀. Tab. 24. f. 1 (ubi caput flavum pro nigrum, alæ apice determinate nigræ pro apice indeterminate fuscanæ, & nervus longitudinalis 4:tus abbreviatus pro usque ad marginem interiorem continuatus, immerito repræsentantur).

Hab. in truncis arborum viventium præsertim Fagi & Populi tremulæ, per Scandinaviæ silvas & prata a fine Junii usque ad finem Septembris mihi passim obvia; in fenestris interdum quoque observata; occurrit nempe in Scania ad Lund, Abusa, Tranås, Stora Stenshufvud *(Wahlberg)*, Esperöd &c., sat frequens; in Ostrogothia ad Wadstena in Medhamra äng. Aug. non parce; in Jemtlandia ad radicem alpis Mulfjellet & Skalstugan raro; in Lapponia Umensi ad Lycksele rarius, in Tornensi ad Juckasjervi (♀ sub ligno sicco) rarissime; in Norwegia ad diversorium Thynäs semel; in Dania, D. *Stæger*. (Ad Hamburgum a D. *Dahlbom* capta).

♂♀. Inter majores generis, magnitudine tamen varians, uti pleræque hujus generis. Parum nitida. Caput nigrum. Frons fortiter setosa. Antennæ præsertim intus sordide l. fusco-testaceæ, seta obscura. Palpi lati exserti flavi, nigro-pilosi. Proboscis sat magna exserta testacea. Oculi in viva nigro-

brunnei. Thorax plus minus obscure rufescens, interdum fusco-maculatus (vittis 3 dorsalibus fuscis), ad latera nigro-setosus. Scutellum concolor. Abdomen opacum nigrum, segmento 4:to margine apicali inæqualiter raro testaceo; in ♂ pubescens, in ♀ nudum. Alæ hyalinæ, apice late infuscatæ, fuscedine sæpe obsoleta. Nervi: costalis crassus, breviter, sed dense ciliatus, brunneus; auxiliaris fere ultra medium costæ extensus, crassiusculus, brunneus, apice distincte furcatus, secundarius etiam subcrassus brunneus, ab auxiliari distincte remotus, basi tamen approximatus, ad medium costalis oblique ductus; longitudinales tenues integri, horum primus basi perspicue flexus, deinde rectus fere in summo apice alæ excurrens. Squamæ rudimentariæ. Halteres conspicui, albidi. Pedes toti cum coxis flavo-testacei. Femora compressa, inermia. Tibiæ anteriores extus bi- l. trispinosæ, apice bicalcaratæ, posticæ extus 4:dri-spinosæ, apice valide tricalcaratæ. Tarsorum posticorum articuli quoque breviter uni- l. bicalcarati. — In speciminibus Lapponicis ♀ variat sæpe thoracis dorso fere toto nigro.

Obs. Caveas ne hanc speciem cum *Tr. bicolore* n:o 29 confundas.

2. *T. dimidiata:* nigra, thorace brunneo-nigro; palpis pedibusque flavis; alis versus apicem fuscanis, nervo costali tenuiter ciliato; tibiis parce spinosis. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$—$1\frac{3}{4}$ lin.).

Phora Meig. Dipt. 6. 215. 9. ♀. *Trin. thoracica* var. "thorace fusco" Fall. Phytomyz. 6. 3. in descript.

Hab. in Scandinavia meridionali & media mense Majo valde rara; in Ostrogothia ad Wadstena ♀ mihi obvia; uterque sexus e Dania sub nomine: "*Phora dimidiata* Meig." a D. *Stæger* pro comparatione, 1843 mutuo missus.

♂♀. Priori valde similis & affinis, sed differt magnitudine plerumque paullo minore, & antennis thoraceque obscurioribus. Subnitida. Caput nigrum. Frons valide setosa. Antennæ brunneo-nigræ. Palpi exserti lati flavi, subtus nigro-pilosi. Proboscis magna testacea. Oculi majusculi. Thorax brunnescenti-niger, ad latera & postice setosus. Scutellum concolor. Abdomen nigrum opacum, in ♂ puberulum, in ♀ glabrum. Alæ exacte ut in *T. thoracica*, etiam quoad nervorum directionem. Halteres (in exsiccata) pallide flavi. Pedes omnino ut in præcedente constructi & colorati. In tribus individuis, quæ lustravi, tibiæ anticæ extus ante medium unispinosæ, intermediæ extus ad basin spina gemina, & posticæ etiam extus ad basin spina gemina, in medio spina solitaria, armatæ. Præterea tibiæ omnes apice calcaratæ. — Tarsi postici ut in præcedente calcarati.

3. *T. maculata:* nigra; antennis brunneis; palpis flavis; geniculis, tibiis tarsisque ferrugineo-testaceis; alis fuscanis, puncto costali ad apicem nervi auxiliaris fusco; costa mediocriter ciliata; tibiis spinosis. ♂♀. (Long. 1—1½ lin.).

Phora Meig. Dipt. 6. 214. 7. sine dubio ♀. — *Trin. vulgaris* "var. fem." Fall. Phytomyz. 6. 5. in descript.

Hab. in Svecia meridionali rarius; in Scania ad urbem Lund aliquot paria in copula juncta, 10—20 April 1824 deprehendi.

♂♀. Nigra, parum nitida. Frons fortiter setosa. Antennæ in ♂ nigricantes, in ♀ brunneæ l. lividæ. Palpi in ♂ obscuri, in ♀ flavi nigro-pilosi. Thoracis latera & posticum pilosa. Abdomen in ♂ tenuiter puberulum, in ♀ nudum ano piloso. Alæ præsertim in ♀ totæ fuscanæ, nervis omnino ut in prioribus directis. In medio costæ in regione apicis nervi auxi-

liaris & baseos nervi longitudinalis 1:mi adest punctum seu macula parva fusca. Nervus costalis modice seu nonnihil longius, quam in præcedentibus ciliatus. Halteres flavo-albidi. Pedes compressi. Coxæ & femora nigro-brunnea, inermia, trochanteribus dilutioribus. Genicula, tibiæ & tarsi ferrugineo-testacea. Tibiæ anticæ extus ante medium uni-, intermediæ bi-, & posticæ tri-spinosæ, hæ apice sub4-calcaratæ. — Abdomen in utroque sexu, ni fallor, segmenta 7 dorsalia habet.

Obs. Sub nomine: "*Phora helicivora* Duf. n. sp." e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* specimina duo mascula obtinui, quæ a nostra *maculata* vix nisi antennis palpisque atris & pedibus paullo obscurioribus (livido-nigris) differunt. Pupa etiam communicata fere 2 lin. longa, inermis glabra brunnea l. picea oblonga subcylindrica, lateribus marginata. (Cfr. *Leon Dufour:* Recherces sur les metamorphoses du genre *Phora* pag. 7. fig. 13. — In diagnosi hujus speciei a *Dufour* l. c. data antennæ & palpi "rufa vel fusco-livida" dicuntur, sed in speciminibus missis vetustis hæ partes obscuriores sunt.).

4. *T. notata:* nigra, antennis concoloribus; palpis (in ♀) flavis; geniculis testaceis; tibiis tarsisque fuscis; alis hyalinis, versus apicem leniter fuscanis, puncto costali ad apicem nervi auxiliaris fusco obsoleto; costa mediocriter ciliata; tibiis spinosis. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{2}$ lin.).

Phora notata Stæger in litt. 5 Aug. 1843.

Hab. in Dania ad Hafniam, D. *Stæger*, qui unicum marem (20 April. 1840 captum) unicamque feminam (12 Maj. 1843 deprehensam) mihi ad describendos sub indicio allato mutuo communicavit.

♂♀. Magnitudo, structura partium & summa præcedentis similitudo, nec differt nisi antennis pedibusque paullo obscurioribus, alis minus infuscatis & puncto costali minus conspicuo. Vix nisi varietas *Tr. maculatæ.* Antennæ in ♂ ni-

græ, in ♀ obscure luteæ. Palpi in ♂ nigricantes, in ♀ flavæ. Alæ in utroque sexu cinereo-hyalinæ, versus apicem leniter & indeterminate subfuscanæ. Punctum maculiforme ad exitum nervi auxiliaris in costa parum perspicuum, in rudimento tamen adest. Pedes nigri, in ♂ geniculis testaceis, tibiis tarsisque obscure fuscis, in ♀ trochanteribus geniculisque testaceis, tibiis tarsisque fuscis. Cetera exacte ut in priori.

Obs. E Melita (Malta) per D. *Nyman* a Doct. *A. Schembri* 1847 individuum ut videtur masculum communicatum possideo, *T. notatæ* valde simile & affine, sed magnitudine nonnihil minori, antennis, palpis pedibusque flavis l. sordide flavis, nec fuscis, ut & macula rotunda fusca ad apicem nervi auxiliaris magis conspicua & determinata, dignotum. Hanc speciem, hactenus non descriptam, *Trin. punctipennem* nominare vellem.

5. *T. urbana:* nigra, antennis palpisque concoloribus, his in ♀ flavidis; geniculis, tibiis tarsisque ferrugineo-testaceis; alis leniter fuscanis, costa brevissime ciliata; tibiis spinosis. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{2}$ lin.).

Phora Meig. Dipt. 6. 215. 11? ♂♀. — Macq. Buff. 2. 617. 8? ♂♀.

Hab. in Scandinavia meridionali valde rara; in Scania tamen ad Lund ♂ 23 April 1845, & alia vice versus finem mensis Maji in copula a me inventa; ♀ e Dania a D. *Stæger* missa.

♂♀. Tribus proxime præcedentibus similis & affinis, sed a *T. dimidiata* thorace nigro, nec brunnescente, & femoribus obscure brunneis, nec flavis; a *maculata* antennis nigris, nec brunneis, alarum puncto costali deficiente, & costa brevius ciliata; & a *notata* geniculis, tibiis tarsisque paullo dilutioribus, ciliis costæ brevioribus & puncto costali ad apicem auxiliaris ne quidem in vestigio præsente, differt. Nigra, pa-

rum nitida, setis ordinariis in fronte & thorace munita. Antennæ nigræ. Palpi flavidi, in ♂ paullo obscuriores. Alæ hyalinæ leniter fuscanæ, nervis ut in *T. thoracica* n:o 1 directis. Nervus secundarius ab auxiliari aperte remotus & ad ejus medium in costam excurrit. Costa brevissime ciliata. Nervus longitudinalis 4:tus ad basin marginis interioris quidem valde tenuis & obsoletus, tamen adest; hinc & ob alas subhyalinas, nec "brunnescentes" synonyma Meigeni & Macqvarti dubia. Nec magnitudo quadrat. Halteres flavo-albidi. Pedes sordide flavo-testacei, coxis nigricantibus, femoribus ultra medium obscure brunneis. Tibiæ: anticæ ad basin uni-, intermediæ ad basin bi-, & posticæ extus quadrispinosæ; omnes præterea apice calcaratæ.

6. *T. rufipes:* nigra opaca; antennis obscure brunneis; palpis pedibusque lividis; alis hyalinis, nervo auxiliari ad medium costæ extenso; costa longe ciliata; tibiis inermibus, apice tantum unicalcaratis. ♂♀. (Long. ½ fere 1 lin.).

Meig. Klassific. 1. 2. p. 313. 3. T. 15. f. 23. Fabr. Antl. 336. 1. teste *Meigen.* — Zett. Ins. Lapp. 795. 3. ♂♀. — *Phora* eadem Meig. Dipt. 6. 216. 15. Macq. Buff. 2. 627. 12. *Phora pallipes* Latr. Gen. Ins. 4. 360. *Trineura vulgaris* Fall. Phytomyz. 6. 5. ♂♀. (sub. qua vero plures species latent.). *Phora pallipes* Leon Dufour in Act. Acad. Scient. Paris. 1840. p. 54. n:o 17. Tab. 3. fig. 107—110., ubi larva & pupa adcurate descriptæ & depictæ.

Hab. in graminosis & foliis fruticum, etiam in fenestris, ubi reptans ipsis mensibus brumalibus haud raro visa, tota æstate vulgaris; in copula sæpe capta; sub Muscis feminæ mense Januario etiam lectæ; occurrit nem-

pe in Scania, Blekingia, Smolandia & Ostrogothia, frequens; in Gottlandia passim; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg;* in Jemtlandia boreali ad Hofverberget, diversorium Forsa prope Mulfjellet, Skalstugan, & in regionem nivalem ipsius cacuminis alpis Åreskutan (3,400 ped. supra mare) descendens, non parce; in Lapponia Tornensi ex. gr. ad Wittangi (sub lapidibus 13 Jun.) rarius; in Nordlandia Norwegica ad Björkvik semel; e Dania a D. *Stæger* communicata. (E Glogavia uterque sexus a D. *Zeller* missus). Larva in *Geotrupe nasicorni* inventa, teste *Marklin.*

♂♀. Per magnitudinem parvam, pedes lividos muticos, nervum costalem longe & distincte pilosum ut & auxiliarem ad medium costæ descendentem, ab affinibus dignota. Nigricans subopaca. Sed variat magnitudine & (juvenelis) colore corporis brunneo l. fusco. Frons fortiter setosa. Antennæ nigræ, interdum brunnescentes, seta longa capillari. Oculi in viva nigri microscopice hirtuli. Palpi flavi, nigro-pilosi. Abdomen septem-annulatum videtur, totum nigrum; in ♂ subcylindricum, pilis brevibus erectis rigidis (facile deterendis) sat distincte munitum; in ♀ triquetro-conicum nudum, segmentis 7? ventre continuo. Alæ hyalinæ, apice vix visibiliter fuscanæ. Nervi quatuor longitudinales discoidales integri ut in *T. thoracica* (1) directi; & costalis & auxiliaris subvalidi ad medium costæ extensi, obscuri, ille longe & distincte ciliatus, hic apice furcatus; nervus secundarius ab auxiliari aperte remotus & paullo ultra ejus medium descendens. Alulæ ciliatæ. Halteres pallidi l. albidi. Pedes compressi, toti inermes lividi vel sordide flavidi. Femora superne certo situ fuscescunt. Tibiæ quatuor posteriores apice unicalcaratæ.

Var. b. ♀. abdominis incisuris omnium tenuissime albidis, de cetero in omni puncto cum variet. a. conveniens.

Phora annulata Meig, Dipt. 6. 216. 14. Macq. Buff. 2. 627. 11.

Hab. cum var. a., sed multo rarius, nec nisi specimina feminea vidi; nempe in Ostrogothia ipse inveni; e Dania a D. *Stæger* & e Kilia sub nomine "*Trin. annulata* Meig." a D. *Wiedemann*, communicata.

Var. c. ♀. simillima var. a., sed duplo major, circiter 1½ lin. longa.

In Jemtlandia boreali ad Forsa ad radicem Mulfjellet d. 27 Jun. 1840 semel lecta. In Bottnia septentrionali inter Luleå & limitem Lapponiæ in unico exemplo etiam a D. *Boheman* 1843 capta.

Obs. Trineura vulgaris var. Fem. Fall. l. c. ad *Trin. maculatam* nobis n:o 3 pertinet.

7. *T. pulicaria:* nigra opaca; antennis obscure brunneis; palpis pedibusque lividis; alis hyalinis, nervo auxiliari paullo ultra medium costæ extenso, costa longe ciliata; tibiis inermibus, apice tantum unicalcaratis. ♂♀. (Long. circiter ½ lin.).

Fall. Phytomyz. 7. 6. ♂♀. vera. — Zett. Ins. Lapp. 795. 4. ♂♀. Vix Meigeni & Macqvarti eadem.

Hab. in graminosis, fruticibus & fenestris præsertim tempore autumnali, passim, in copula sæpe observata; scilicet in Scania ad Lund, Abusa, Björnstorp, Tranås, Esperöd (in litore maris), &c., sat frequens; in Ostrogothia ad Gusum, D. *Wahlberg*; deinde rarescit, & in Lapponia Tornensi ad Wittangi tantum semel capta; in Dania, D. *Stæger*. (E Finlandia a Prof. *Sahlberg* missa).

♂♀. Magnitudine plerumque paullo minore & nervo costali ciliato nonnihil longius producto, a priori, cui alias simillima, differre videtur. Specimina e Collectione Falléni comparavi. Alæ hyalinæ immaculatæ, nervis costali ciliato & auxiliari furcato paullulum pone medium costæ extensis. Halteres albi. Pedes flavi & flavedo plerumque purior quam in præcedente. Reliqua omnia ut in illa. Variat uti antecedens interdum corpore toto brunneo l. fusco, forte nuper exclusa.

Obs. *Phoræ ruficorni* Meig. sat prope accedere videtur.

8. *T. pygmæa:* nigra opaca; antennis obscure brunneis; palpis pedibusque flavis; alis hyalinis, nervo auxiliari non ad medium costæ extenso, costa modice ciliata; tibiis inermibus, apice tantum unicalcaratis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{3}$ lin.).

Hab. in Smolandia ad Skärsjö, mus. Domini *Ljunghii;* in Scania ad Abusa, Björnstorp, Ringsjön &c. mensib. Jul.—Sept. rarius.

♂♀. Inter minimas, si non minima hujus generis. Sex mares & quatuor feminas lustravi. A proxime præcedentibus præter magnitudinem, ut dictum, minorem differt etiam nervis costali & auxiliari brevioribus. Nigra opaca, sed variat quoque sæpe corpore toto fusco. Frons setosa. Antennæ nigræ, in exemplis corpore fusco-brunneæ. Palpi flavidi nigro pilosi. Alæ cinereo-hyalinæ immaculatæ. Nervi longitudinales 4 tenues, horum 1:mus subrectus (ad basin parum curvatus); costalis non longe ciliatus & auxiliaris furcatus nonnihil crassiores paullulum ante medium costæ desinentes, obscuri. Nervus secundarius ab auxiliari remotus & ultra ejus medium ductus. Halteres albidi. Pedes flavi, mutici, tibiis posterioribus apice unicalcaratis.

Obs. *Phoræ pulicariæ* Meig. Dipt. 6. 217. 16. propinqua &

præter magnitudinem minorem sat similis videtur. — Detrita individua subnitida sunt.

Obs. Inter specimina allata minuta individuum unicum solitis duplo majus de cetero simillimum deprehendit beat. *Ljungh.*

9. *T. sordida:* nigra opaca, antennis concoloribus; palpis obscure lividis; pedibus nigro-piceis, tibiis tarsisque anticis ferrugineis; alis hyalinis, nervo auxiliari ad medium costæ extenso, costa modice ciliata; tibiis inermibus, apice tantum unicalcaratis. ♂♀. (Long. fere 1 lin.).

Zett. Ins. Lapp. 796. 5. ♂♀. — An *Phora luctuosa* Meig. Dipt. 7. 412. 43?

Hab. in Scandinavia præsertim boreali, Jul. Aug. passim, in copula etiam capta; scilicet in Smolandia rarius, D. *Boheman*; in Ostrogothia ad Gusum; in Westrogothia ad Gothoburgum; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg*; in Lapponiis: Umensi ad Lycksele & Åsele non raro, Tornensi ad Karesuando; in Nordlandia Norwegica parce.

♂♀. Pedum colore obscuriori ab affinibus dignota. A *Tr. rufipede* n:o 6, cui proxima & similis, pedibus nigro-piceis, nec lividis, & costa non tam longe ciliata, differt. Antennæ nigræ. Palpi nigri, in ♀ lividi. Alæ hyalinæ, nervis tenuibus, ut in *rufipede* directis. Costa sat longe & distincte setosa. Nervus secundarius paullo ultra medium auxiliaris extensus. Halteres flavi. Pedes nigri l. nigro-picei, anticorum coxis, geniculis, tibiis tarsisque rufo-flavis. Tarsi posteriores picei. Tibiæ posteriores etiam sæpe dilutiores, semper inermes, apice tantum unicalcaratæ.

Obs. Valde similis videtur *Phoræ nigræ* Meig. Dipt. 6. 218. 18. & *Phoræ luctuosæ* Meig. Dipt. 7. 412. 43., sed hæ species exstant dubiæ, quia rationem ciliarum in costa & armaturam pedum non attulit Auctor.

10. *T. zonata:* nigra opaca, antennis concoloribus; palpis pedibusque flavidis; abdomine ante apicem fascia lata alba; alis hyalinis, nervo auxiliari ad medium costæ extenso, costa sat longe ciliata; tibiis inermibus, apice tantum unicalcaratis. ♀? (Long. exsiccatæ parum ultra ½ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 796. 6.

Hab. in Lapponia Umensi rarissime; ad Lycksele d. 1 Jun. 1832 in unico individuo a me inventa.

♀? Magnitudo & summa *T. pulicariæ* n:o 7 similitudo, sed alis sordide hyalinis, nervo auxiliari forte paullo breviori, costa, ni fallor, non tam longe ciliata, ab illa, & abdominis fascia determinata alba ab omnibus aliis vere distincta. Exsiccata: fusco-nigra. Antennæ nigræ, seta dilutiori. Palpi flavi nigro-pilosi. Frons setosa. Abdomen nigricans, segmento penultimo albo. Anus nigricans. Venter albidus. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis pallescentibus, longitudinali 1:mo per totam longitudinem (nec basi solum) leniter & æque arcuato. Nervus auxiliaris ad medium costæ productus; secundarius ab illo separatus & paullo ultra illius medium continuatus. Costa sat longe & distincte ciliata. Halteres albidi. Pedes toti flavo-lividi, mutici, tibiis posterioribus apice unicalcaratis.

11. *T. humeralis:* nigra opaca; antennis, palpis, callis humeralibus pedibusque flavidis; alis hyalinis, nervo auxiliari ad medium costæ extenso, costa sat longe

ciliata; tibiis inermibus, apice subunicalcaratis. ♀. (Long. 1 lin.).

Zett. Ins. Lapp. 796. 7. ♀.

Hab. in Scandinavia valde rara; in Norwegiæ Finmarkia occidentali ad pagum litoralem Talvig (in vicinate capitis septentrionalis) d. 2 Aug. 1819 a me in unico exemplo detecta; e Dania a D. *Stæger* etiam communicata.

♀. Ad minores accedit, antennis, macula humerali pedibusque rufescenti-flavis ab affinibus distincta. Fusco-vel sordide nigricans. Frons setosa. Antennæ rufo-flavæ, seta fusca. Palpi flavi nigro-setosi. Calli humerales, & pleuræ e parte, rufescentes. Alæ sordide hyalinæ, nervo longitudinali 1:mo ad basin leniter curvato paullo ante apicem alæ excurrente. Nervi: costalis saltem ad medium costæ continuatus sat longe & distincte, sed tamen paullo brevius quam in *T. pulicaria* & *rufipede* obscure ciliatus; secundarius ab auxiliari remotus & paullo ultra ejus medium productus. Halteres albidi. Pedes toti livido-flavi, femoribus compressis, posticis subtus subtiliter ciliatis, apice toto leniter fusco. Tibiæ inermes, intermediæ apice longe unicalcaratæ, posticæ extus breviter setulosæ, apice bicalcaratæ, calcare unico altero breviori.

12 *T. ruficornis:* nigra subopaca, antennis, palpis pedibusque flavis; alis hyalinis, nervo auxiliari paullo ultra medium costæ extenso, costa sat breviter ciliata; tibiis subinermibus, apice subunicalcaratis. ♀. (Long. 1 lin.).

Phora Meig. Dipt. 6. 218. 21? ♀.

Hab. in Scandinavia meridionali valde rara; in Scania ad Ringsjön semel lecta; e Dania a D. *Stæger* sub allato nomine in unico exemplo communicata.

♀. Simillima *T. pulicariæ* n:o 7, a qua vix nisi costa brevius ciliata differre videtur. Nigra subopaca. Frons setosa. Antennæ in specimine Scanico rufescentes, in Danico mutilatæ. Palpi-flavi, nigro-pilosi. Abdomen nigrum, incisuris in exemplo Svecico omnium tenuissime pallidis. Alæ hyalinæ, summo apice vix fuscanæ. Nervi ut in *T. rufipede & pulicaria* directi, sed nervus costalis distincte brevius ciliatus. Halteres albidi. Pedes toti flavi. In individuo Danico non bene conservato tibiæ posteriores ad basin uni-spinosæ & apice unicalcaratæ videntur; in Scanico eædem latere externo brevissime & tenuissime ciliatæ, intermediæ apice unicalcaratæ, posticæ apice subbicalcaratæ, calcare altero parvo.

13. *T. minor:* nigra opaca, antennis, pedibusque posterioribus, concoloribus; palpis pedibusque anticis totis flavis; alis hyalinis, nervo auxiliari ad medium costæ extenso, costa breviter ciliata; tibiis inermibus, apice unicalcaratis. ♀. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Svecia rarius; in Scania ad Lund & in Ostrogothia ad Wadstena pauca specimina inveni.

♀. Magnitudine parva, pedibus posterioribus nigris, anticis flavis, & costa tenuiter ciliata, ab affinibus distingvitur. Sordide nigra. Frons setosa. Antennæ nigræ. Palpi flavi, nigro-pilosi. Abdomen nigrum immaculatum. Alæ cinereo-vel sordide hyalinæ. Nervi omnes ut in priori directi, costalis ad medium costæ extensus, breviter & tenuiter ciliatus, secundarius paullo ultra medium auxiliaris ductus. Halteres sordide albi. Pedes inermes, antici toti cum coxis flavi, tibiis apice muticis; posteriores toti nigricantes, tibiis apice unicalcaratis, posticarum calcare subelongato. Pedum posteriorum tarsi parum dilutiores.

14. *T. gymnophorina:* nigra subnitida, antennis fe-

moribusque concoloribus; palpis piceis; trochanteribus, geniculis, tibiis tarsisque flavidis; alis hyalinis, nervo auxiliari ad medium costæ extenso, costa brevissime ciliata; tibiis inermibus, apice subunicalcaratis. ♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in Scania tantum 2 individua deprehendi.

♀. Per pedes flavescentes inermes, femora nigra, alas immaculatas & nervum costalem tantum brevissime ciliatum, a *T. dimidiata* (2), *maculata* (3) & *urbana* (5), quibus proxima, dignoscitur. Fronte setosa a *Gymnophora* differt. — Nigra subnitida (an detrita?). Antennæ nigræ. Palpi picei. Abdomen immaculatum, opacum. Alæ hyalinæ. Nervi 4 longitudinales tenues, ut in *T. thoracica* (1) directi. Nervi: costalis ad medium costæ productus, brevissime & tenuissime ciliatus, auxiliaris apice furcatus, secundarius ab auxiliari distincte remotus & aperte ultra medium auxiliaris extensus; omnes crassiusculi & obscuri. Pedes compressi inermes. Coxæ & femora nigro-picea. Trochanteres, genicula, tibiæ tarsique rufo-flava. Tibiæ intermediæ ad basin setula unica & apice calcare longiusculo, posticæ nudæ (nec setulosæ, nec extus ciliatæ), apice calcaribus binis parvis, horum altero brevissimo.

15. *T. carbonaria:* nigra opaca, antennis, palpis pedibusque concoloribus; alis hyalinis, nervo auxiliari ad medium costæ extenso, costa sat longe ciliata; tibiis inermibus, apice unicalcaratis. ♂. (Long. ¾ fere 1 lin.).

Hab. in Scandinavia boreali rarissime; in Norwegia ad diversorium Suulstuen Værdaliæ, in jugo alpino situm, exemplum descriptum 14 Jul. 1840 detegi.

♀. Corpore toto partibusque omnibus nigris, exceptis halteribus albidis, & costa longiuscule ciliata, ab aliis distincta. Nigra l. atra. Frons setosa. Antennæ & palpi nigra. Abdomen subcylindricum, nudiusculum, immaculatum. Alæ sat pure hyalinæ, fere aqueæ, nervis 4 longitudinalibus tenuibus subobsoletis. Nervi: costalis ad medium costæ continuatus, longe ciliatus (paullo tamen brevius quam in *T. rufipede* & *pulicaria*), auxiliaris furcatus, secundarius remotus paullo ultra medium auxiliaris productus; omnes modice crassi, nigri. Alula ciliata. Halteres flavo-albidi. Pedes toti nigri inermes. Femora nonnihil compressa. Tibiæ omnes nudæ (nec setulosæ, nec ciliatæ), anticæ apice muticæ, intermediæ apice distincte unicalcaratæ, posticæ apice breviter unicalcaratæ.

††. halteribus obscuris: fuscis aut nigris.

a) nervis longitudinalibus in disco tribus.

16. *T. opaca:* nigra opaca, antennis, palpis pedibusque concoloribus, geniculis luteis; alis cinereo-hyalinis, nervo auxiliari saltem ad medium costæ extenso, costa breviter ciliata; tibiis subunispinosis, apice paucicalcaratis. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$ fere $1\frac{1}{2}$ lin.).

Phora Meig. Dipt. 6. 216. 12. ♀. Macq. Buff. 2. 627. 9. ♀.

Hab. in Scandinavia meridionali & media, in copupula duo paria juncta inveni; scilicet in Scania ad Lund, & in Ostrogothia ad Wadstena; e Dania specimen masculum a D. *Stæger* communicatum etiam lustravi.

♂♀. Alarum nervo longitudinali 4:to in utroque sexu deficiente, ab affinibus dignota. Inter majores. Nigra opaca. Frons setosa. Antennæ & palpi tota nigra. Abdomen immaculatum. Alæ sordide hyalinæ, margine costali ab apice nervi auxilia-

ris & fere ad apicem alæ anguste sed distincte fusco. Nervi: longitudinales tantum tres, horum 1:mus basi distincte curvatus fere in summo apice alæ excurrens, 4:tus vix ullus & tantum in vestigio obsoleto ad basin marginis interioris parum conspicuus; costalis ad medium costæ & forte nonnihil ultra productus, brevissime sed dense ciliatus & auxiliaris furcatus, crassi obscuri; secundarius ab auxiliari distincte remotus & paullo ultra ejus medium extensus. Halteres nigricantes. Pedes cum coxis nigri, geniculis lutescentibus. Tibiæ tarsique præsertim antica (in exsiccatis) sordide testacea l. piceo-rufescentia. Femora postica compressa, modice lata. Pedes antici omnino inermes. Tibiæ posteriores ad basin extus uni-spinulosæ, harum intermediæ apice calcare unico distincto, posticæ apice calcaribus paucis brevibus.

Obs. 1. A *Phora gracilipede* Meig., quæ *Trin. opacæ* valde affinis & similis videtur, alis sordide, nec pure, hyalinis, & costa brevissime, nec "distincte" ciliata, differt.

Obs. 2. Specimen masculum, in Bottnia boreali (inter Luleå & limitem Lapponiæ) 1843 captum, mihi ad comparandum misit Professor *Boheman*, quod ab individuis genuinis *Tr. opacæ* non differt nisi corpore magis nitido; an exemplum detritum?

b) nervis longitudinalibus in disco qvatuor, sæpissime integris.

α. abdomine fulvo.

17. *T. abdominalis:* nigra subnitida, antennis pedibusque concoloribus; palpis abdomineque fulvis; proboscide, tibiis tarsisque anticis rufescentibus; alis leniter fuscanis, nervo auxiliari ad medium costæ extenso, costa breviter ciliata; halteribus fuscis; tibiis parcissime spinulosis. ♀. (Long. saltem 2 lin.).

Fall. Phytomyz. 5. 2. ♀. *Phora* Meig. 6. 225. 40. ♀ (e descriptione Falléniana transscripta).

Hab. in Svecia meridionali & media tempore vernali valde rara; in Scaniæ hortis Lundensibus in floribus Ranunculi Ficariæ & Gageæ (Ornithogali) luteæ tria specimina inveni; in Uplandia ad Institutum Carolinianum Holmiæ, teste Prof. *Wahlberg.*

♀. Maxima nostratum, abdomine fulvo ab aliis mox dignota. Nigra, parum nitida. Frons fortiter setosa. Antennæ nigræ, apice interdum fuscæ. Palpi magni lati fulvi, subtus nigro-ciliati. Proboscis flavo-testacea. Oculi magni. Abdomen ovatum, apice acutum, totum nudum fulvum, segmento 1:mo basi nigricante. Alæ fusco-hyalinæ. Nervi: costalis ad medium costæ productus breviter ciliatus, auxiliaris apice furcatus, secundarius ab auxiliari aperte remotus & paullo ultra ejus medium extensus, hi omnes crassiusculi brunnei; 1:mus longitudinalis leniter arcuatus, nonnihil ante apicem alæ in costa excurrens. Halteres obscure fusci. Pedes nigri, geniculis, tibiis tarsisque anticis flavo-testaceis, tarsis posterioribus quoque fuscis. Tibiæ anticæ ad basin uni-spinosæ, apice ecalcaratæ, intermediæ ad basin spinula gemina, apice calcare unico, posticæ extus bispinulosæ, apice tricalcaratæ. Femora postica sat late compressa.

Obs. Tibiarum armatura in speciminibus diu asservatis descripta fuit; forte tibiæ posticæ in bene conservatis extus trispinosæ sunt.

β. corpore toto nigro.

18. *T. palpina:* nigra subnitida; antennis lutescentibus; palpis, pedibusque anticis, ferrugineo-flavis; alis hyalinis, nervis auxiliari ad medium costæ extenso, lon-

gitudinali 1:mo flexuoso fere in apice alæ excurrente, costa breviter ciliata; tibiis parcissime spinulosis. ♂♀. (Long. circiter $1\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Alnetis umbrosis locis humidiusculis, ad Esperöd in paroecia Tranås Scaniæ, ubi mensib. Julio—Sept. 1820 tria specimina mascula totidemque feminea inveni, quorum duo paria in copula juncta.

♂♀. Affinis priori, sed magnitudine saltem duplo minore, abdomine nigro & nervo longitudinali 1:mo flexuoso, abunde dignota. Similis quoque videtur *Phoræ floreæ* Meig. Dipt. 6. 221. 31., sed halteribus nigris (nec albis puncto apicis brunneo), nervo auxiliari furcato, nec simplici, &c. distincta. Nigra. Frons setosa. Antennæ nigricantes subtus præsertim versus apicem sat late luteæ, seta longiuscula nigra. Palpi exserti, lati, flavi, subtus nigro-ciliati. Oculi in viva brunneo-nigri. Abdomen nudiusculum, ano in ♂ obtuso, in ♀ acuto; in ♀ segmenta 6 numero. Alæ hyalinæ, apice vix fuscanæ. Nervi: costalis saltem ad medium costæ extensus, breviter ciliatus, auxiliaris apice breviter furcatus, secundarius ab auxiliari remotus & paullo ultra ejus medium productus; modice crassi, nigro-brunnei; longitudinales tenues, horum 1:mus ita flexus ut apice suo mox ante apicem alæ excurrat. Pedes nigri l. nigro-brunnei, antici toti ferrugineo-flavi. Femora compressa, postica latiora. Tibiæ anticæ muticæ, intermediæ ad basin spinula gemina, apice calcare unico elongato, posticæ extus trispinosæ, spinis æqualiter remotis, apice breviter tricalcaratæ. — Anus subtus in ♂ fissus, in ♀ integer; stylo supra anum in utroque sexu flavo.

19. *T. flavicoxa:* nigra subnitida, antennis concoloribus; palpis pedibusque anticis ferrugineo-flavis; alis

hyalinis, nervis auxiliari ad medium costæ extenso, longitudinali 1:mo leniter arcuato, paullo ante apicem alæ excurrente, costa breviter ciliata; tibiis omnibus inermibus, posterioribus tantum apice unicalcaratis. ♂. (Long. $1\frac{1}{3}$ fere $1\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Svecia meridionali valde rara; in Scania ad Silfåkra 28 Aug. 1836, & ad Lindholmen 8 Aug. 1838 aliqvot specimina mascula detegi.

♂. *T. palpinæ* proxima, sed antennis nigris, alarum nervo longitudinali 1:mo leniter arcuato, nec flexuoso, tibiis non spinulosis, vere distincta. Similis quoque *T. urbanæ* (5) & *opacæ* (16), sed a priori halteribus nigris, nec albidis, a posteriori nervis longitudinalibus 4, nec 3, & ab utraque tibiis muticis, differt. Nigra subnitida. Frons setosa. Antennæ nigræ, seta capillari elongata. Palpi flavi, subtus nigro-pilosi. Abdomen nudum immaculatum. Alæ hyalinæ. Nervi costalis, secundarius & auxiliaris exacte ut in præcedente, sed hic nonnihil longius furcatus. Nervus longitudinalis 1:mus ut in *T. abdominali* (17), nempe basi leniter curvatus & subabruptus, medio leniter arcuatus & apice paullo ante apicem alæ excurrens. Halteres nigricantes. Pedes brunnei vel lividi; antici dilutiores, femoribus basi interdum brunneis, coxis semper flavis. Femora omnia compressa, postica latiora. Tibiæ omnes inermes absque spinulis, posteriores tantum apice unicalcaratæ.

20. *T. palposa:* nigra subnitida, palpis maximis antennisque concoloribus; pedibus fusco-testaceis; alis hyalinis, nervis auxiliari ad medium costæ extenso, longitudinali 1:mo basi arcuato, apice recto fere in apice alæ excurrente, costa brevissime ciliata; tibiis posterioribus

ad basin unispinulosis, apice subunicalcaratis. ♂♀. (Long. circiter ½ lin.).

Bohem. in litteris.

Hab. in Bottnia boreali, ubi inter Luleå & limitem Lapponiæ a D. D. *Boheman*, *Wahlberg* & *Andersson* in pluribus individuis collecta mihique benigne communicata.

♂♀. Per palpos insignes ab aliis statim dignota. Nigra. Antennæ nigræ, seta elongata fusca. Palpi nigri, in ♂ maximi, capite longiores subcochleariformes sursum directi, margine nudi; in ♀ longitudine capitis, subangustati cuneiformes pilosi. Oculi magni. Abdomen nudum immaculatum. Alæ hyalinæ. Nervi: costalis saltem ad medium costæ productus breviter ciliatus, & auxiliaris apice furcatus, crassiusculi nigri, secundarius ab auxiliari remotus & paullo ultra ejus medium extensus, paullo tenuior, fuscus; longitudinales tenues, horum 1:mus basi arcuatim flexus deinde recta fere in apice vel mox ante summum apicem alæ excurrit, 4:tus in medio abbreviatus. Halteres obscuri. Pedes fusci l. fusco-testacei, antici plerumque paullo dilutiores. Femora compressa modice lata. Tibiæ anticæ omnino inermes; intermediæ & posticæ extus ad apicem unispinulosæ, illæ apice calcare unico longiusculo, hæ apice calcaribus subbinis, quorum altero brevissimo.

21. *T. fuscipes:* nigra opaca, antennis, palpis pedibusque concoloribus, horum tibiis anticis piceis; alis hyalinis, nervis auxiliari saltem ad medium costæ extenso, longitudinali 1:mo basi arcuato, apice recto in apice alæ excurrente, costa brevissime ciliata; tibiis posterioribus ad basin bispinosis, harum intermediis apice bi-, posticis apice tri-calcaratis. ♀? (Long. saltem 1 lin.).

Phora Macq. Buff. 2. 627. 10? ♀. Meig. Dipt. 7. 413. 51? ♀. (e descriptione Macqvarti transscripta).

Hab. in Dania ad Hafniam, ubi d. 11 Maji a D. *Stæger* inventa mihique sub indicio: "*Phora fuscipes* Meig.?" in unico specimine pro descriptione mutuo communicata, a me numquam deprehensa.

♀? Corporis partiumque nigredine ut & armatura pedum ab affinibus dignota. Tota nigra opaca. Frons setosa. Abdomen ovatum nudum immaculatum. Alæ hyalinæ. Nervi: costalis saltem ad medium costæ continuatus brevissime ciliatus, & auxiliaris distincte furcatus, crassiusculi nigri; secundarius ab auxiliari remotus & parum ultra ejus medium extensus, paullo tenuior, obscurus; longitudinales tenues, horum 1:mus basi arcuatus, apice recto fere in summo apice alæ excurrens, 4:tus valde obsoletus. Halteres nigricanstes. Pedes nigri, geniculis tibiisque anticis piceis. Femora compressa modice lata. Tibiæ: anticæ inermes; intermediæ ad basin extus spina gemina, apice subbicalcaratæ; posticæ ad basin extus spina gemina, apice subtricalcaratæ.

Obs. De nervi costalis ciliis & armatura pedum omnino silet Cel. *Macqvart,* unde synonymon dubium.

22. *T. ciliata:* nigra opaca, antennis concoloribus; palpis flavidis; pedibus lividis; alis hyalinis, nervis auxiliari ad medium costæ extenso, longitudinali 1:mo leniter arcuato, fere in apice alæ excurrente, costa breviter ciliata; tibiis inermibus, posterioribus apice subunicalcaratis, posticis extus ciliatis. ♂♀. (Long. circiter $\frac{2}{3}$ lin.).

Hab. in graminosis & foliis fruticum per Scandinaviam meridionalem & mediam minus frequens; scilicet

in Scania ad Lund in plantatione Paradislyckan 22 Sept., & ad villam Abusa mense Januario; in Smolandia ad Skärsjö, rara; e Dania a D. *Stæger* olim etiam missa.

♂♀. Alarum costa breviter ciliata, pedibus fuscis, tibiis præter calcar apicale subsolitarium inermibus, posticis extus breviter ciliatis, &c., ab aliis differt. Nigra opaca. Frons setosa. Antennæ nigræ, seta capillari elongata. Palpi flavi, in ♂ magis fusci. Oculi magni, in viva brunneo-nigri. Abdomen nudum nigrum immaculatum; in ♀ segmenta 7 numero. Alæ hyalinæ. Nervi: costalis ad medium costæ extensus modice vel breviter ciliatus, & auxiliaris apice breviter furcatus, modice crassi obscuri; secundarius paullo tenuior ultra medium auxiliaris (a quo remotus) productus; longitudinales tenues, horum 1:mus leniter arcuatus fere in apice vel mox ante apicem alæ excurrens, 4:tus integer. Halteres fusci. Pedes sordide lividi vel fuscescentes, posteriores plerumque paullo obscuriores, antici dilutiores, coxis anticis flavicantibus. Femora compressa modice lata. Tibiæ: anticæ omnino muticæ; posteriores etiam inermes, sed harum intermediæ apice calcare unico longiusculo, posticæ extus breviter ciliatæ, apice calcaribus subbinis, altero brevissimo.

23. *T. pumila:* nigra opaca, antennis concoloribus; palpis flavidis; pedibus lividis; alis hyalinis, nervis auxiliari ad medium costæ extenso, longitudinali 1:mo leniter arcuato, fere in apice alæ excurrente, costa longe ciliata; tibiis inermibus, posterioribus apice subunicalcaratis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$ fere $\frac{2}{3}$ lin.).

Phora Meig. Dipt. 6. 218. 20? ♂♀.

Hab. in Sveciæ & Lapponiæ graminosis & fruticibus a fine Junii usque ad finem Septembris, passim, in copula quoque ter capta; scilicet in Scania ad Lund,

Abusa &c.; in Dalecarlia orientali ad diversorium Smedby; in Jemtlandiæ alpibus Mulfjellen & Åreskutan usque ad regionem nivalem (circiter 3000 ped. supra mare) adscendens; in Bottnia boreali inter Luleå & limitem Lapponiæ, D. *Andersson*; in Norwegia ad diversoria Thynäs & Suulstuen in jugo alpino situm haud parce; e Dania sub nomine: "*Phora flavipalpis* Stæg." 1838 par unicum a D. *Stæger* communicatum.

♂♀. Simillima priori, sed magnitudine plerumque paullo minore, alarum costa longius ciliata & tibiis posticis nudis, nec extus ciliatis, distincta. Palpi in ♂ fusci, in ♀ flavidi, in utroque sexu subtus nigro-ciliati. Abdomen in ♂ subcylindricum, in ♀ oblongo-ovatum. Alæ omnino ut in præcedente etiam quoad nervorum directionem, sed nervus costalis fere ad medium costæ extensus & distincte longius ciliatus. Pedes ut in priori colorati & armati, at tibiæ posticæ extus non ciliatæ. Reliqua ut in *T. ciliata*.

Obs. Cum de armatura pedum nihil attulerit Clar. *Meigen*, dubium de identitate speciei exstat.

**). Nervus longitudinalis (discoidalium) 1:mus basi rectus. Meig. Dipt. 6. Tab. 63. f. 7.

24. *T. crassicornis:* nigra subnitida, antennis incrassatis, palpis pedibusque concoloribus, tibiis tarsisque anticis ferrugineo-flavis; alis fusco-hyalinis, nervis auxiliari ad medium costæ extenso, breviter furcato, longitudinali 1:mo toto rectiusculo fere in apice alæ excurrente, costa breviter ciliata; tibiis parce spinulosis. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{2}$ lin.).

Phora Meig. Dipt. 6. 220. 26. ♂♀. Macqv. Buff. 2. 629. 22. ♂♀. T. 24. f. 3. (ala).

Hab. in Scandinavia meridionali & media mens. Aug. & Septemb. passim, feminæ mihi frequentiores obviæ; scilicet in Scania ad Abusa, Esperöd &c.; in Smolandia, D. *Ljungh*; in Ostrogothia ad Lärketorp; e Svecia superiori etiam a D. *Boheman* ante plures annos missa; e Dania a D. *Stæger* communicata.

♂♀. Per antennas crassas, corporis partiumque nigredinem, alarum nervos costalem breviter ciliatum, secundarium elongatum, auxiliarem breviter furcatum, longitudinalem 1:mum per totam longitudinem subrectum, tibias parce spinulosas, &c., ab aliis abunde distincta. Inter majores. Nigra. Frons fortiter setosa. Antennæ longitudine capitis, nigræ, articulo ultimo magno ovali l. obovato, seta dorsali elongata nigra. Palpi exserti, modice lati, nigri & subtus nigro-pilosi. Abdomen nigrum, segmento 1:mo margine apicali tenuissime albido. Alæ sordide hyalinæ, ad costam & apicem leniter fuscanæ. Nervi: costalis fere ad medium costæ extensus, & auxiliaris apice breviter furcatus, crassiusculi nigricantes; secundarius modice crassus brunneus sat elongatus, ita ut apices hujus nervi & auxiliaris sint paullo magis quam in antecedentibus approximati; longitudinales quatuor tenues, omnes integri, horum 1:mus totus subrectus (non vero rectissimus ut in figuris Meigeni & Macqvarti), fere in apice l. mox ante apicem alæ excurrens. Halteres nigri. Pedes nigri, anticorum geniculis, tibiis tarsisque rufescentibus. Femora omnia compressa, postica præsertim latiuscula. Tibiæ: anticæ ad basin extus unispinulosæ, apice ecalcaratæ; intermediæ extus ad basin spinula gemina, apice calcare unico elongato; posticæ subinermes, extus tantum brevissime & tenuissime ciliatæ, apice calcaribus subbinis, altero brevissimo.

Obs. In catalogo Dipterorum, quem ante plures annos mihi communicavit Nobil. *Stæger*, *Phora concinna* Meig. inter incolas Daniæ etiam numeratur; hæc vero species: "nigra,

pedibus piceis, tibiis tarsisque anterioribus flavis", a me neque inventa, neque visa, nisi varietatem prioris juvenilem provocare vellem.

B. corpore vel toto vel e magna parte flavescente (in *T. bicoloris* mare n:o 29 nigricante). Alarum nervi longitudinales quatuor tenues, horum 1:mus basi curvatus l. subcurvatus mox ante summum apicem alæ excurrens.

25. *T. flava:* flava, halteribus pedibusque pallidioribus; abdominis dorso tarsisque subinfuscatis; alis hyalinis, nervo costali saltem ad medium costæ extenso, brevissime ciliato; tibiis inermibus, posterioribus apice unicalcaratis. ♂♀. (Long. ½ lin.).

Fall. Phytomyz. 7. 8. ♂♀. typica. Descript. var. "abdomine fascia media latiori nigra" & "nervo alar. costali ultra medium costæ fere descendente brevissime ciliato". — Zett. Ins. Lapp. 797. 10. ♂♀.

Hab. in pratis sylvaticis & paludibus umbrosis per Scandinaviam præsertim meridionalem & mediam, versus autumnum (Jul. Aug.), minus frequens; scilicet in Scania ad Abusa, beat. *B. F. Fries*, ad Esperöd in paroecia Tranås, ipse; in Ostrogothia ad Rismarken prope Wadstena 15—28 Aug. 1824 uterque sexus sat frequens; in Gottlandia rarius ex. gr. ad Garde; e Dania a D. *Stæger* ♀ communicata. (E Finlandia a D. Prof. *Sahlberg* missa).

♂♀. Pusilla. Flava parum nitida. Frons interdum brunnescens, semper nigrosetosa. Antennæ flavæ, seta fusca. Palpi flavi, nigro-pilosi. Oculi majusculi, & in viva & exsiccata nigrican-

tes. Abdomen testaceum nudiusculum, dorso plus minus infuscato, fuscedine sæpe fasciam magis minusve latam formante; interdum tantum umbra fusca tincto. Alæ impure hyalinæ, nec vitreæ, apice parum fusciores. Nervi: costalis fere paullo ultra medium costæ extensus, breviter ciliatus, & auxiliaris apice modice furcatus, paullo distinctiores; secundarius paullo ultra medium auxiliaris productus; longitudinales tenues integri, horum 1:mus basi arcuatus, mox ante apicem alæ excurrens. Apices nervorum auxiliaris & secundarii sat remoti. Halteres pallidi. Pedes pallide flavi, tibiis posticis extus & tarsis omnibus leniter infuscatis. Femora compressa modice dilatata. Tibiæ muticæ, posteriores quatuor apice calcare unico longiusculo. Tibiæ posticæ leniter curvæ.

Var. b. ♀. puncto in singula coxa femorumque posticorum apice nigricante.

Hab. cum variet. a. passim; etiam in Lapponia Umensi ad novaccolum Granträsk a me lecta.

Obs. Phora flava Meig. Dipt. 6. 219. 24. T. 63 f. 12. quæ "flava abdominis punctis lateralibus nigris & costa longe ciliata" describitur, vix cum nostra identica, sed potius ad *T. interruptam* infra n:o 27 referenda.

26. *T. lutea:* tota luteo-flava, halteribus pedibusque pallidioribus; tarsis subinfuscatis; alis hyalinis, nervo costali ad medium costæ extenso, sat longe ciliato; tibiis inermibus, posterioribus apice unicalcaratis. ♂♀. (Long. ½—¾ lin.).

Zett. Ins. Lapp. 797. 11. ♀. *Phora* Meig. Dipt. 6. 220. 25. Macq. Buff. 2. 628. 18. *Trineura flava* Fall. Phyt. 7. 8. var. "corpore toto flavo".

Hab. in graminosis, locis paludosis umbrosis, per Sveciam & Lapponiam Jul. Aug. Sept. passim; scilicet

in Scania ad Abusa, Esperöd &c. haud raro; in Ostrogothia ad Gusum, Wadstena (in Rismarken), Lärketorp &c., non parce; in Lapponiis: Umensi ad Lycksele & novaccolum Granträsk, & Tornensi ad Muonioniska, rarius; e Dania ad D. *Stæger* communicata.

♂♀. Priori valde similis & affinis, sed magnitudine plerumque nonnihil majore, colore corporis saturatius flavo, abdomine immaculato, nec supra fuscano, & præcipue nervo costali longius ciliato, differt. — Eximie agilis. Punctum ocellorum in vertice nigrum. Palpi flavi, subtus nigro-pilosi. Alarum nervus costalis ad medium, minime ultra medium, costæ extensus, sat longe ciliatus (non vero tam longe ac in *T. rufipede* n:o 6, & *pulicaria* n:o 7). Tarsi leniter infuscati. Reliqua ut in præcedente. — Variat ut antecedens femoribus posticis apice macula fusca.

27. *T. interrupta:* luteo-flava, halteribus pedibusque pallidioribus; femorum posticorum apice tarsisque omnibus subinfuscatis; abdominis fasciis 6 interruptis nigris; alis hyalinis, nervo costali fere ultra medium costæ extenso, brevissime ciliato; tibiis inermibus, posterioribus apice subunicalcaratis, posticis extus ciliatis. ♂♀. (Long. $\frac{3}{4}$—1 lin.).

Zett. Ins. Lapp. 797. 12. ♀. *Trin. flava* Fall. Phytom. 7. 8. var. in descriptione: "abdomine bifariam nigro-maculato & nervo alarum costali ultra medium costæ fere descendente brevissime ciliato". — *Phora flava* Meig. Dipt. 6. 219. 24. T. 63. f. 12. (exclus. syn. Fall.) sine dubio eadem, licet nervus costalis "longe ciliatus" describatur. — Macq. Buff. 2. 628. 17.

Hab. in graminosis umbrosis humidis per Scandina-

viam meridionalem & mediam, a d. 12 Jul. ad 26 Aug. mihi parce obvia; scilicet in Scania ad Abusa semel; in Smolandia, D. *Ljungh;* in Ostrogothia ad Lärketorp & Wadstena tria specimina legi; ex Hafnia in utroque sexu a D. *Stæger* missa.

♂♀. Duabus proxime præcedentibus similis, sed a *T. flava* magnitudine paullo majore, colore corporis saturatius flavo, abdomine fasciis 6 interruptis nigris, nec dorso subcontinue infuscato, a *lutea* abdomine maculis lateralibus fuscis, nec immaculato, ciliis nervi costalis brevioribus, & ab utraque tibiis posticis extus pilosis nec nudis, distincta. Rufo-flava. Frons fortiter nigro-setosa. Antennæ flavæ, seta obscura. Palpi flavi, subtus nigro-pilosi. Abdomen flavum, dorso fasciis 5 vel 6 nigris, quarum 1:ma & 2:da plerumque integris, reliqvis in medio interruptis, unde exstant totidem puncta lateralia nigra. Alæ sordide hyalinæ, nervis directis & costali breviter ciliato ut in *T. flava*. Apices nervorum auxiliaris & secundarii sat remoti. Pedes pallide flavi, femoribus posticis apice plerumque fusco-maculatis, tarsis fuscescentibus. Femora compressa, latiuscula, subtus brevissime & tenuissime ciliata. Tibiæ inermes; intermediæ apice calcare unico sat elongato; posticæ extus breviter pilosæ seu ciliatæ, apice calcaribus subbinis breviusculis, altero præsertim brevissimo.

Obs. Sub Falléni *Tr. flava* tres proxime antecedentes species latent.

28. *T. fasciata:* rufo-flava, halteribus pedibusque pallidioribus; fronte brunnescente; antennis majusculis flavis; abdominis fulvi medio fascia lata atra; tarsis nigricantibus; alis hyalinis, nervo costali vix ad medium costæ extenso, breviter ciliato; tibiis inermibus, posterioribus apice subunicalcaratis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ lin.).

Fall. Phytom. 7. 9. ♂♀. *Phora* Meig. Dipt. 6. 225. 41. (inter ignotas; secundum descriptionem Fallénianam transscripta).

Hab. in graminosis & foliis fruticum (Coryli &c.) per Sveciam mediam Jul. Aug. minus frequens; in Ostrogothia ad Lärketorp & Wadstena a me parce lecta, nempe 3 mares & 4 feminas inveni; ad Gusum, D. *Wahlberg*

♂♀. *Tr. flavæ* magnitudine & habitu iterum similis, sed colore corporis magis in rufum vergente, abdominis fulvi fascia basali magis atra & determinata, alarum nervo costali paullo breviori & secundario proportione paullo longiore, vere diversa. — Subnitida. Caput flavum, fronte saltem postice brunnescente; nigro-setosa. Antennæ majusculæ flavæ. Palpi mediocres (non magni), flavi, subtus nigro-pilosi. Oculi majusculi in mortua nigro-ferruginei. Thorax flavo-rufus. Abdomen nudum fulvum, segmentis 2 & 3 totis atris, nigredine raro in medio anguste per vittam rufam interrupta. Alæ hyalinæ. Nervi: costalis non exacte ad medium costæ productus, non longe ciliatus & auxiliaris apice breviter furcatus, modice crassi fusci; secundarius distincte pone medium auxiliaris extensus, unde apices hujus nervi & auxiliaris paullo magis approximati quam in proxime præcedentibus; longitudinales 4 tenues integri, horum 1:mus basi parum arcuatus deinde subrectus mox ante apicem alæ excurrens. Halteres pallide flavi. Pedes pallide flavi, tarsis leniter fuscis, posticis totis nigris. Femora compressa latiuscula. Tibiæ inermes, harum intermediæ apice calcare unico longiusculo, posticæ extus brevissime & tenuissime ciliatæ apice calcaribus subbinis brevibus. Metatarsus posticus ater, præsertim in ♂ subincrassatus. Vagina feminæ sæpe longe erumpens.

29. *T. bicolor:* nigra, thorace in femina, antennis,

palpis, incisuris abdominis, halteribus pedibusque in utroque sexu, flavis; femorum posticorum apice tarsisque fuscis; alis hyalinis, nervo costali ad medium costæ extenso, sat longe ciliato; tibiis inermibus, posterioribus apice subunicalcaratis. ♂♀. (Long. 1 fere $1\frac{1}{2}$ lin.).

Phora Meig. Dipt. 6. 219. 23. ♂♀. Macqv. Buff. 2. 628. 16. ♀.

Hab. in Svecia meridionali & media Aug. Sept. rarius; scilicet in Scania ad Lund & Abusa; in Ostrogothia ad Wadstena.

♂♀. *Tr. thoracicæ* n:o 1 proxima & similis, præsertim ♂, sed alis immaculatis, nec apice fuscanis, tibiis in utroque sexu muticis, nec spinosis, & thorace in ♀ flavo-luteo, nec rufescente, distincta. A *T. flava* (25) magnitudine majore & corpore obscuriore differt. Caput luteum, fronte setosa. Antennæ luteæ, interdum obscuræ. Palpi flavi, subtus pilosi. Thorax in ♂ nigricans, pectore rufescente, in ♀ luteus. Abdomen nudum nigrum, incisuris tenuiter pallidis. Alæ cinereo-hyalinæ immaculatæ. Nervi: costalis ad medium costæ extensus, breviter ciliatus, & auxilaris apice distincte furcatus, crassiusculi obscuri; secundarius paullo pone medium auxiliaris productus, apicibus vero nervorum secundarii & auxiliaris sat remotis; longitudinales 4 tenuiores integri, horum 1:mus basi modice arcuatus, apice rectiusculo mox ante apicem alæ excurrens. Halteres pallidi. Pedes pallide flavi. Femora compressa latiuscula. Tibiæ inermes, intermediæ apice calcare unico longiusculo, posticæ extus breviter & tenuiter ciliatæ, apice calcaribus binis brevibus, altero brevissimo. Femora postica apice fusca. Tarsi postici leniter fuscani.

Sect. 2:da. Alarum nervus auxiliaris apice simplex.

Manipulus 1:*mus:* tibiis parce spinulosis (intermediis non ciliatis).

*). Frons tuberculata.

30. *T. incrassata:* nigra, fronte tuberculata, antennis, palpis, halteribus pedibusque concoloribus, horum anticorum geniculis, tibiis tarsisque ferrugineis; abdominis fascia basali alba; alis hyalinis, nervo costali ad medium costæ extenso, distincte ciliato, 1:mo longitudinali basi arcuato apice recto in apice alæ excurrente; tibiis extus parce spinulosis, apice calcaratis. ♂♀. (Long. fere $1\frac{1}{2}$ lin.).

Phora Meig. Dipt. 6. 212. 1. T. 63. f. 5. Macq. Buff. 2. 630. 25. *Trin. mordellaria* Fall. Phytom. 6. 4. var. in descriptione: "palpis nigris".

Hab. in foliis herbarum & fruticum libenter in vicinitate aqvarum, per Scandinaviam meridionalem Jul. Aug. Sept. passim frequens, in copula sæpe deprehensa; Scandinaviam mediam & borealem ut & Lapponiam aufugere videtur; occurrit vero in Scaniæ paludibus umbrosis ex. gr. ad Röstånga, Silfåkra, Lindholmen & utrumque Esperöd (in paroeciis Tranås & Mellby), non rara; in Gottlandia ad Martebo, parce; e Dania in utroque sexu etiam a D. *Stæger* communicata.

♂♀. Per frontem tuberculatam ab affinibus mox dignota. Inter majores. Nigra subnitida. Frons fortiter setosa, in medio tuberculo parvo transverso atro munita. Antennæ minusculæ nigræ, seta concolore. Oculi oblongi. Palpi exserti compressi dilatati nigri, subtus nigro-pilosi. Proboscis subnuda testacea. Abdomen segmentis in ♂ 6, in ♀ 7! in

utroque sexu nudum nigrum, segmento 1:mo margine apicali albido. Genitale maris vesiculosum, hamis corneis utrinque armatum. Oviductus feminæ subexsertus conicus ferrugineus. Venter continuus. Alæ hyalinæ, vix l. ad costam tenuissime tantum subbrunnescentes. Nervi: costalis fere ad medium costæ productus, modice l. sat longe ciliatus, & auxiliaris simplex, crassiusculi nigri; secundarius paullo ultra medium auxiliaris extensus, ita tamen ut apices hujus nervi & auxiliaris sat longe sint remoti; longitudinales qvatuor tenues, horum 1:mus basi distincte arcuatus, deinde rectus fere in summum apicem alæ excurrens. Halteres nigricantes. Pedes nigri, anticorum femoribus apice plus minus late, tibiis totis & tarsis ferruginantibus. Femora compressa, postica præsertim dilatata. Tibiæ: anticæ extus spinulis 2 una post alteram, apice muticæ; intermediæ extus infra basin spinula gemina, apice bicalcaratæ; posticæ extus ante medium spinula unica, apice calcaribus 4 l. 5. Metatarsus posticus intus quoque apice unispinosus. — Variat pedum anticorum coxis apice femoribusque fere totis rufescentibus. Variat etiam tarsis intermediis fuscis.

Obs. Sub *Tr. mordellaria* Fall. hæc species etiam latet.

**). Frons non tuberculata.

31. *T. mordellaria:* nigra, antennis, halteribus pedibusque concoloribus, horum anticorum geniculis, tibiis tarsisque ferrugineis; palpis flavis; alis leniter fuscanis, nervo costali ad medium costæ extenso, distincte ciliato; 1:mo longitudinali basi arcuato apice recto in apice alæ excurrente; tibiis extus parce spinulosis, apice calcaratis. ♂♀. (Long. fere $1\frac{1}{2}$ lin.).

Fall. Phytom. 6. 4. ♂♀, e parte. — *Phora* eadem Meig. Dipt. 6. 212. 2. Macq. Buff. 2. 630. 26.

Hab. in Scandinavia minus frequens; in Scania (♀

sub muscis ad Abusa 24 Dec.), rarius; in Smolandia semel; (in Ostrogothia ad Gusum & in Uplandia ad Holmiam, teste D. *Wahlberg*); in Norwegia boreali ad diversorium Thynäs d. 4 Jul. 1840 in unico exemplo a me lecta; e Dania aliqvot specimina misit Dom. *Stæger.*

♂♀. Magnitudo, structura partium, color, directio nervorum in alis, armatura pedum &c. omnino ut in præcedente, cum qua a beato *Fallén* commixta; sed palpis flavis, nigris, & fronte nitente lævi, nec tuberculata, certe distincta. Frons lata nitida pilosa absque tuberculo. Antennæ forte paullo majores, quam in priori, atræ, seta nigra. Palpi mediocres flavi, subtus nigro pilosi. Alæ cinereo-hyalinæ, ad costam leniter & indeterminate fuscanæ. Halteres nigricantes. Pedes nigri, geniculis, tibiis tarsisque anticis ferrugineis. Femora compressa, dilatata præsertim postica. Reliqua ut in *Tr. incrassata.*

Obs. An specimina Ostrogothica & Uplandica ad hanc aut priorem speciem sint referenda, pro certo dicere non possum, cum exempla comparare mihi non datum fuit.

32. *T. obscura:* nigra, antennis, palpis, halteribus pedibusque concoloribus, horum anticorum geniculis, tibiis tarsisque rufis; alis sordide hyalinis, nervo costali ad medium costæ extenso, sat longe ciliato, 1:mo longitudinali basi subrecto apice recto in apice alæ excurrente, secundario nonnihil ultra medium auxiliaris producto; tibiis: anticis inermibus; intermediis extus bispinulosis, apice subunicalcaratis; posticis extus unispinosis apice subbicalcaratis. ♀. (Long. circit. $\frac{3}{4}$ lin.).

Hab. in Svecia boreali rarissime; in Jemtlandia ad radicem alpis Mulfjellet mense Jul. 1840 inveni.

♀. Magnitudine multo minore, palpis nigris, nervo 1:mo longitudinali basi magis recto, & tibiis parcius spinulosis, anticis omnino muticis, a præcedente abunde dignoscitur. Tota nigricans seu fusco-nigra, opaca. Frons setosa. Antennæ mediocres, nigræ. Palpi nigri. Abdomen nudum oblongum, apice acutum. Alæ subhyalinæ. Nervi: costalis niger; secundarius & auxiliaris fusci, apicibus sat late remoti; qvatuor longitudinales valde tenues, horum 1:mus basi leniter tantum flexus, 4:tus parum conspiciendus. Halteres nigri. Pedes piceo-nigri, anticorum geniculis summis, tibiis tarsisque dilutioribus, flavo-rufis. Tarsi omnes fuscescentes. Femora modice, nec distincte, dilatata. Tibiæ: anticæ absque omni armatura, intermediæ extus ad basin bisetulosæ, setula una post alteram posita, apice subuni- vel forte bicalcaratæ, posticæ extus ad basin unisetosæ, apice saltem bicalcaratæ.

Obs. *Mas* mihi ignotus, forte corpore intensius nigro.

33. *T. carinifrons:* nigra, antennis, palpis, halteribus pedibusque concoloribus, horum anticorum geniculis, tibiis tarsisque flavis; alis hyalinis, nervo costali fere ad medium costæ extenso, modice ciliato, 1:mo longitudinali basi modice arcuato, apice recto in apice alæ excurrente, secundario paullo ultra medium auxiliaris producto; tibiis: anticis extus unispinulosis, apice muticis; intermediis extus bispinulosis, apice subbicalcaratis; posticis inermibus, apice subtricalcaratis. ♂♀. (Long. circiter 1 lin.).

Stæger in litt. 5 Aug. 1843.

Hab. in Dania, D. *Stæger*, qui marem & feminam ad describendos misit; in Gottlandiæ insula Furillen semel etiam a me inventa 21 Jul. 1841.

♂♀. Similis *T. mordellariæ* & *obscuræ*, sed ab illa magnitudine minore & palpis nigris, nec flavis, ab hac nervo longitudinali 1:mo basi nonnihil arcuato, nec subrecto, & ab utraque armatura pedum. Nigra opaca. Frons setosa. Antennæ mediocres nigræ. Palpi mediocres nigri & nigrosetosi. Abdomen nudum. Alæ cinereo-hyalinæ. Nervi: costalis fere ad medium costæ productus, nigricans, modice vel distincte ciliatus; secundarius paullo ultra medium auxiliaris extensus; longitudinales valde tenues, subobsoleti, horum 4:tus parum perspicuus. Halteres nigri. Pedes nigri, anticorum femoribus apice indeterminate, tibiis totis tarsisque sordide flavis l. rufis. Femora compressa, postica imprimis dilatata. Tibiæ anticæ extus ante medium spinula unica, a medio ad apicem ciliatæ, apice muticæ; intermediæ ante medium bispinulosæ, apice bicalcaratæ; posticæ inermes, apice subtricalcaratæ vel qvadricalcaratæ. Pedes feminæ ita armatæ, in specimine vero masculo præterea tibiæ posticæ extus infra basin spinula unica munitæ.

34. *T. femorata:* nigra, antennis, palpis, halteribus pedibusque concoloribus, horum anticorum femoribus apice, tibiis totis tarsisque flavidis; alis cinereo-hyalinis, nervo costali ad medium costæ extenso, breviter ciliato, 1:mo longitudinali basi eximie arcuato, apice recto in apice alæ excurrente, secundario paullo ultra medium auxiliaris producto; tibiis: anticis extus unispinulosis, apice muticis; intermediis extus bispinulosis, apice subbicalcaratis; posticis extus unispinulosis, apice subtricalcaratis. ♂. (Long. 1—$1\frac{1}{4}$ lin.).

Var. a. pedibus anticis sordide flavis, horum coxis femorumque apice nigris, palpis nigris.

Phora eadem Meig. Dipt. 6. 213. 5.

Var. b. pedibus anticis totis sordide flavis, palpis fusco-testaceis.

Phora flavimana Meig. Dipt. 6. 213. 4.?

Hab. in Scandinavia minus frequens; scilicet var. a. in Scania ad Abusa rarius, & in Jemtlandia boreali ad radicem alpis Mulfjellet mense Julio 1840 semel; var. b. in Svecia meridionali parce a me capta, & in Dania a D. *Stæger* lecta mihique sub indicio: "*Phora flavimana* Meig.?" in unico specimine mutuo communicata.

♂. A prioribus hujus subdivisionis alarum costa brevius ciliata & nervo longitudinali basi distinctius ciliato vere diversa. *T. carinifronti* armatura pedum proxima & de cetero valde similis, sed notis allatis mox dignota. Nigra, parum nitida. Frons setosa. Antennæ minusculæ, nigræ, seta longa. Palpi mediocres, in var. a. nigri, in b. lividi vel sordide flavescentes, in utraque subtus nigro-ciliati. Abdomen nudum. Alæ sordide hyalinæ, costa basi (in interstitiis nervorum costalis, auxiliaris & secundarii) leniter infuscata. Nervi: costalis tenuiter ciliatus, secundarius, & auxiliaris apice crassiusculus (sed non furcatus), obscure brunnei, reliqvi longitudinales tenues & obsoleti, horum 1:mus basi distincte arcuatus, 4:tus vix conspiciendus. Apices nervorum secundarii & auxiliaris sat remoti. Halteres nigri. Pedes nigri, antici, aut (in var. a.) concolores, femoribus apice præsertim subtus late, tibiis totis, tarsisque saltem basi, sordide luteis; aut (in var. b.) toti cum coxis sordide lutei vel flavicantes, tarsis solum apice fuscanis. Femora in utraque varietate compressa, postica latiuscula. Tibiæ: anticæ extus ante medium unispinulosæ, apice submuticæ, intermediæ extus ad basin bispinulosæ, apice bicalcaratæ; posticæ extus infra basin unispinulosæ, apice tricalcaratæ. Metatarsus posticus intus breviter ciliatus, apice spinula 1 vel 2.

Trineurarum formæ incertæ ulteriori examini subjiciendæ.

Sub itinere meo 1840 in Jemtlandiamalpestrem & Norwegiam instituto, individua *Trineuræ* aliqvot deprehendi, huic subdivisioni subjecta, quæ vero ad species cognitas haud referri possunt. Neque e speciminibus solitariis & non bene conservatis novas species fingere ausus sum. Ne autem omnis eorum cognitio desideretur, si in posterum, pluribus & præstantioribus exemplis collectis & comparatis, confirmaretur, ea esse novarum & propriarum specierum formas, seqventi brevi adumbratione eminentiorum eorum existentiam indicare volui:

N:o 1. *Trineura anceps:* nigra subopaca, antennis, palpisque mediocribus, halteribus pedibusque concoloribus, anticorum trochanteribus geniculisque ferrugineis; alis hyalinis, nervo costali ad medium costæ extenso, modice vel longiuscule ciliato, atro, 1:mo longitudinali basi leniter arcuato, apice recto in apice alæ excurrente, secundario paullo ultra medium auxiliaris producto; tibiis: anticis inermibus; intermediis extus trispinulosis, apice bicalcaratis; posticis extus ad basin unispinulosis, apice subtricalcaratis; femoribus compressis, posticis imprimis latiusculis. ♂? (Long. saltem 1 lin.).

Hab. in Norwegia boreali, ubi ad diversorium Thynäs initio Julii 1840 rarissime capta.

N:o 2. *Trineura dubia:* nigra subopaca, antennis mediocribus, palpis subfiliformibus, halteribus pedibusque concoloribus, anticorum tibiis flavis tarsisque fuscis; alis sordide hyalinis, nervo costali ad medium costæ extenso, longiuscule ciliato, atro, 1:mo longitudinali basi leniter arcuato, apice recto in apice alæ excurrente, secundario flavido parum ultra medium auxiliaris flavidi

producto; tibiis: anticis inermibus: intermediis extus ad basin unispinosis, apice bicalcaratis; posticis extus ad basin unispinosis, apice subtricalcaratis; femoribus compressis, posticis modice dilatatis. ♂. (Long. fere $1\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in Norwegia boreali, ad diversorium Garnäs Värdaliæ 12 Jul. semel inventa.

N:o 3. *Trineura vitripennis:* nigra subopaca, antennis mediocribus, palpis subfiliformibus halteribusque concoloribus; pedibus fusco- vel sordide flavis, anterioribus subinermibus, tibiis posticis extus ante medium unispinulosis, apice subunicalcaratis; femoribus firmis, vix dilatatis; fronte parce setulosa; alis hyalinis, nervis: costali ad medium costæ extenso breviter ciliato, & auxiliari, nigris, secundario paullulum ultra medium auxiliaris producto, longitudinalibus obsoletis, horum 1:mo basi subrecto, apice fere in apice alæ excurrente. ♂. (Long. circiter $\frac{1}{2}$ lin.).

An *Phora vitripennis* Meig. Dipt. 6. 223. 36?

Hab. in Jemtlandia boreali rarissime; ad diversorium Faxelfven d. 9 Aug. 1840 in unico exemplo lecta.

♂. Minuta. Nigra. Frons non fortiter setosa. Antennæ mediocres l. majusculæ, seta elongata capillari nigra. Palpi, ni fallor, angustati & nigri. Thorax subnitens. Abdomen nudum opacum atrum. Anus obtusus. Alæ albido-hyalinæ, nervis costalibus nigris. Costa breviter l. brevissime ciliata. Apices nervorum secundarii & auxiliaris sat remoti. Nervi longitudinales valde tenues & obsoleti, horum 1:mus fere totus rectus, 4:tus vix conspiciendus. Halteres obscuri. Pedes mediocres, toti cum coxis fusco-testacei vel lividi, genubus tibiisque anticis dilutioribus. Tibiæ anteriores, quantum observare licuerit, omnino nudæ & muticæ; posticæ extus ante medium setula parva, apice calcare saltem uno distincto.

Manipulus 2:dus: tibiis intermediis (præsertim in ♂) longe ciliatis. Palpi subangustati. Color corporis in ♂ aterrimus. — Vide Meig. Dipt. 6. Tab. 63. f. 11. ♂. (ubi vero ciliæ tibiarum intermediarum usque ad apicem continuatæ, & tibiæ posticæ inermes, nec extus bisetulosæ, immerito depinguntur).

35. *T. aterrima:* atra, antennis, palpis, halteribus pedibusque concoloribus, horum tibiis anticis testaceis; alis pure hyalinis, nervis: costali ad medium costæ extenso sat longe ciliato nigro, longitudinalibus tenuissimis, horum 1:mo leniter arcuato in apice alæ excurrente; fronte latiuscula. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Mas: aterrimus holosericeus, fronte modice lata, tibiis intermediis extus sat dense & longe setosis;

Fem.: nigra opaca, fronte paullo latiori; tibiis intermediis extus parce setosis, setis 2—4 munitis; in copula.

Zett. Ins. Lapp. 796. 8. ♂♀. — *Musca* Fabr. Ent. Syst. 334. 93. ♂. Coqveb. Icon. 106. Tab. 24. f. 3. — *Tephritis* Fabr. Antl. 323. 35. ♂. — *Phora* Latr. Gen. Ins. 4. 360. Meig. Dipt. 6. 224. 37. ♂♀. Macqv. Buff. 2. 629. 23. ♂♀. Tab. 24. f. 4. — *Trineura atra* Meig. Klassif. 1. 2. 313. 1. Tab. 15. f. 22. Fall. Phytomyzid. 7. 7. ♂♀. e parte.

Hab. in floribus, foliis fruticum, sepibus vivis &c., per hortos, prata & silvas Scandinaviæ, ab initio mensis Junii usque ad medium Septembris, vulgaris, in copula multoties deprehensa; sub lapidibus verno tempore interdum observata, at versus autumnum copiose obvia in foliis fruticum die continue currens; mares ante ve-

speram choreas in aëre freqventer ducunt; occurrit nempe in Scania, Smolandia, Ostro- & Westrogothia, Gottlandia (ad Thorsborg, Östergarn &.), Nericia, Dalecarlia ex. gr. ad diversorium Uppbo, Jemtlandia (ad Faxelfven, Ristansfors, alpes Mulfjellen & Åreskutan usque ad regionem nivalem circiter 3000 ped. supra mare adscendens), Ångermannia (ad Hernösand), Bottnia boreali (ad Luleå), Lapponiis Umensi (ad Lycksele, Barrsele, Nästansjö, Frederica & Wilhelmina) & Tornensi (ad Wittangi), ubique non parce; in Norwegia ad Östre-Näs & Garnäs Værdaliæ passim; in Dania, D. *Stæger*. (E Melita mas quoque a Dom. Doct. *Delicata* per Doct. *Schembri* missus, & e Glogavia plura specimina communicata).

♂♀. Tota opaca. Mas aterrimus holosericeus, femina nigra. Frons in ♂ modice lata, in ♀ nonnihil latior, in utroque sexu fortiter setosa. Antennæ mediocres atræ, articulo ultimo basi seta dorsali elongata capillari nigra. Palpi non longe exserti, subangustati atri, subtus setulosi. Oculi in viva in ♂ purpurei aut ænescentes. Abdomen in utroque sexu nudum. Alæ pure hyalinæ seu vitreæ, interstitio nervorum costalium interdum lenissime subferrugineo. Nervi: costalis ad medium costæ extensus, crassiusculus, ater, sat longe (non longissime) & distincte ciliatus; auxiliaris apice simplex & secundarius tantum ad medium auxiliaris productus (hinc apices horum nervorum longius quam in prioribus distantes), flavo-ferruginei; longitudinales quatuor tenuissimi, albidi, horum 1:mus basi leniter arcuatus, apice recto in apice alæ excurrens, 4:ius subinteger, sed valde obsoletus. Halteres nigri. Pedes nigri, anticorum geniculis summis tibiisque totis, flavo-testaceis; femoribus anticis raro piceis. Femora compressa, postica latiuscula. Tibiæ anticæ inermes extus breviter & tenuiter ciliatæ; intermediæ in ♂ extus fere per

totam longitudinem (apice excepto) nigro-setulosæ, in ♀ extus parce setosæ, apice in utroque sexu bicalcaratæ, calcare altero elongato; posticæ extus ante medium bispinulosæ, spinula una post alteram posita, apice subtricalcaratæ, tarsis intus apice etiam breviter unispinulosis.

Var. b. ♂♀ in copula: alarum costa sat breviter ciliata. Simillima var. a., cum qua frequenter (interdum in eadem chorea) habitat, & tantum nervo costali paullo brevius ciliato diversa.

Obs. 1. *Meigen* suam *Phoram aterrimam* "pedibus testaceis" describit.

Obs. 2. In speciminibus detritis, qualia sæpe occurant, armatura pedum deficiens aut obsoleta deprehenditur, setulis nempe tibiarum erosis, & talia cum speciebus Manipuli 1:mi non confundenda; ciliæ vero tibiarum intermediarum, & spinula altera versus medium tibiarum posticarum, plerumque tenacius adhærent. Color intense ater in maribus species Manipuli 2:di quoque statim prodit.

36. *T. velutina:* atra, antennis, palpis, halteribus pedibusque concoloribus, horum tibiis anticis testaceis; alis hyalinis, nervis: costali ad medium costæ extenso modice ciliato nigro, longitudinalibus tenuissimis, horum 1:mo leniter arcuato in apice alæ excurrente; fronte subangustata. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Mas: aterrimus holosericeus, fronte modice angusta; tibiis intermediis extus sat dense & longe setosis;

Fem.: nigra opaca, fronte paullo latiori; tibiis intermediis extus parce setosis, setis 2—4 munitis; in copula.

Phora Meig. Dipt. 6. 224. 38. ♂. Tab. 63. f. 11. (tibiarum omnium armatura non rite delineata). — Macqv. Buff. 2. 630. 24. ♂. — *Trineura atra* Fall. Phytomyzid. 7. 7. e parte.

Hab. cum priori e Scania ad Lapponiam & Norwegiam passim; e Dania quoque sub nomine: "*Phora velutina* Meig." a D. *Stæger* communicata.

♂♀. Magnitudo, habitus, mores, color, habitatio, directio nervorum in alis, armatura pedum & omnia omnino ut in præcedente, a qua, qvantum observare mihi licuerit, non differt nisi fronte in ♂ nonnihil angustiori & alis sordide seu lenissime fusco-hyalinæ, nec pure vitreis, ut & nervis longitudinalibus forte paullulum distinctioribus. Mihi hæc vix nisi varietas *T. aterrimæ* videtur, sed auctoritate Meigeni ut distinctam propono. Variat ut præcedens costæ ciliis brevioribus aut mediocriter longis. Variat etiam uti illa pedibus dilutioribus vel piceis, forte in juvenilibus.

37. *T. stictica:* atra, antennis, palpis, halteribus pedibusque concoloribus, horum tibiis anticis testaceis; alis brunnescentibus, nervis: costali saltem ad medium costæ extenso, sat longe ciliato nigro, longitudinalibus conspicuis, horum 1:mo leniter arcuato in apice alæ excurrente; fronte modice lata. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Mas: aterrimus holosericeus, fronte modice lata; tibiis intermediis sat dense & longe setosis; alis plerumque distincte brunneis vel ferrugineis;

Fem.: nigra opaca, fronte paullo latiori; tibiis intermediis extus parce setosis, setis nempe tantum 3—4 munitis; alis subhyalinis seu parum brunneis; in copula.

Var. a. ♂♀. major, alis in ♂ distincte brunneis, in ♀ leniter fuscanis.

Zett. Ins. Lapp. 797. 9. ♂♀. *Phora stictica* Meig. Dipt. 6. 225. 39. ♂.

Var. b. ♂♀. paullo minor, alis in utroque sexu parum tinctis, nempe in ♂ leniter brunneis, in ♀ fere hyalinis.

Hab. utraque varietas promiscue, & occurrit in foliis fruticum per Sveciam mediam & imprimis borealem atque Lapponiam sylvaticam, nec non Norwegiam, tota æstate, vulgaris, in copula quoque pluries deprehensa; scilicet in Smolandia rarius, collect. *Ljunghii;* in Ostrogothia parce ex. gr. ad Gusum *(Wahlberg)*, Wadstena, ipse; in Uplandia ad Holmiam; in Jemtlandia ad diversorium Faxelfven, nec non ad alpes Åreskutan & Mulfjellet sat copiose; in Lapponiis: Umensi ex. gr. ad Lycksele (in Abiete &c.) frequens, & Lulensi *(Andersson)*; in Norwegia media ad Thynäs, Garnäs &c. non raro. Mares choreas instituentes vidi. (E Finlandia a Prof. *Sahlberg* missa; e Glogavia var. b. a D. *Zeller* communicata).

♂♀. A *T. aterrima* (35), cui simillima, non nisi alis brunnedine plus minus intensa tinctis, nec vitreis, & nervis qvatuor longitudinalibus magis conspicuis & subobscuris, nec tenuissimis albidis, dignoscitur. Frons in ♂ mediocris, h. e. neque multo lata, neque multo angusta. Alarum costa ad medium vel fere ultra medium extensa, sat longe & distincte nigro-ciliata. Nervi auxiliaris & secundarius subferruginei. Pedes nigri, geniculis & tibiis anticis testaceis. Tibiæ & tarsi postica sæpe picea. — Armatura pedum & omnia reliqva ut in *T. aterrima.*

Famil. 39. CORIACEÆ Latr.

204 a). HIPPOBOSCA Linn.

Corpus mediæ l. majoris magnitudinis, late ovatum, depressum, duriusculum, coriaceum, nitidum, nudiusculum, parce pilosum. Caput parvum, liberum, thorace multo angustius, planiusculum, (cum oculis) orbiculare. Antennæ ad epistomatis latera insertæ, ori, quam vertici, propiores, uniarticulatæ (*), parvæ, breves, late remotæ, gemmæformes, apice unisetigeræ, seta antenna multo longiori, capillari, nuda. Frons in utroque sexu lata, ante oculos minime prominens, in medio glabra, ad latera setosa, orbitis oculorum subelevatis latiusculis distinctis. Ocelli nulli. Vertex subelevatus, nudus. Epistoma breve subqvadratum, subelevatum, in medio longitudinaliter canaliculatum, inferne setulosum. Palpi proprii nulli. Loco palporum vagina bivalvis longitudine epistomatis, exarticulata, cornea pilosula, intra quam lingva filiformis (haustellum absque proboscide) sæpe exserta. Oculi magni, oblongi, convexiusculi, nudi. Genæ breves, pilosæ. Thorax lenticularis, medio sutura transversa & striola utrinque humerali transversali; dorso nudus, lateribus setosus. Scutellum breve, late transversum, margine circiter octo-setosum, subtus breviter pilosulum. Abdomen lentiforme, pilosum, præsertim postice setosum. Alæ abdomine saltem duplo longiores, latiusculæ, obtuse rotundatæ, incumbentes, juxta costam distincte (subseptem-) nervosæ. Nervi: costalis longe pone medium costæ extensus, brevissime ciliatus, secundarius vix ad medium, auxiliaris saltem ad medium costæ, 2:dus longitudinalis mox pone antecedentem & 3:tius ad apicem costalis, ducti, 4:tus infra transversum sensim evanescens ad marginem interiorem pone apicem alæ tendens, sed longe ante marginem cessans, 5:tus & 6:tus valde obsoleti, marginem

*) forte triarticulatæ, sed articuli 2 basales tam exigui, ut haud distingvi possint.

non attingentes, parum conspicui. Alulæ ovales, distinctæ. Halteres parvi, sub squamulis ciliatis tecti. Pedes horizontaliter extendendi, firmi, antici a posterioribus approximatis remoti; omnes pilosi. Coxæ anticæ validæ. Tarsi tibia duplo breviores, robusti, 5-annulati, articulis 4 anticis brevissimis, metatarso articulo seqventi æqvali, ultimo (5:to) magno, ungvibus æqvalibus, valide bidentatis. *Color* lividus. *Motus & mores:* celeriter currit, sæpe retrograd iens, invito volat, volatu brevi & velocissimo; abscondita quærit, tenaciter adhærens. Imagines parasitæ: *hospitium* nempe in Mammalibus, præsertim Eqvis, quorum sangvinem sugunt. Vitæ tenaces. Femina pupipara. Larva in abdomine matris nutrita, in pupam magnam larvæ cute indurata obtectam, subcordatam, dicitur abire. *Differentia sexus; mas:* ano parum emarginato; *femina:* ano magis lobato; vagina articulata, brevi retractili. — Ocellorum defectu, tarsorum ungvibus bidentatis, seta antennarum solitaria, alis obtusis & habitatione in Mammalibus genus hoc a seqventibus præcipue distingvitur.

1. *H. eqvina:* brunnea nitida, thorace scutelloque albido-maculatis; pedibus flavo ferrugineis, obscure annulatis. ♂♀. (Long. 3 lin. & ultra).

Linn. Fn. Sv. 1921. Syst. Nat. 1767. Edit. 12. pag. 1010. 1. Hasselqvist It. Palæst. p. 163. Kalm It. Americ. 3. p. 406. De Geer Ins. (Holm. 1776). 6. 275. 1. (ubi metamorphosis plene describitur). Tab. 16. f. 1—20. Modeer in Act. Societ. Gothoburg. 1785. 3. p. 31. ♂♀. Fabr. Ent. Syst. 4. 415. 1. Antl. 337. 2. Panz. Fn. Germ. 7. 23. Schrank Ins. Austr. p. 493. 1007. Rossi Fn. Etr. 1807. p. 508. 1591. Latr. Gen. Ins. 4. p. 363. Fall. Hæmatomyzid. 14. 1. ♂♀. Meig. Dipt. 6. 228. 1. T. 63. f. 15—20. Dahlb. Skandinav. Insekter. 315. 214. — *Hippobo-*

sca eqvi Macqv. Buff. 2. 638. 1. T. 24. f. 8. — *Mouche araignèe* Reaum. 6. Tab. 48. *Nirmomyia eqvina* Nitzsch in Germ. Magaz. 1818. pag. 309. Svet.: *Hästfluga, Fäfluga;* Danice: *Hesteflue, Heste-täge;* Norwegice: *Tägflue:* German.: *Pferdefliege* vel *Rossmüchen;* Angl.: *Horseflye, Sideflye;* Gallice: *Mouche* a *Chien &c.*

Hab. in Equis & Bobus per totam Scandinaviam, tota æstate, vulgatissima, notissima, etiam in Canibus errabunda inventa; in Lapponia minus frequens; in copula deprehensa. Pupam oviformem, rotundatam, inermem, subtiliter punctulatam, nigro-brunneam, sæpe vidi.

♂♀. Nitida, fusca, flavido-maculata. Caput a thorace distinctum, albido-flavum, fronte intra orbitas oculorum obscure brunnea. Antennæ prope os juxta oculos insertæ, subimmersæ, flavæ, seta obscura. Palpi spurii exserti exarticulati valvulas 2 obtusiusculas pilosas obscure brunneas efficientes, haustellum, dum connivent, instar vaginæ amplectentes. Haustellum filiforme, elabiatum (absque proboscide terminali), bivalve, palpis, dum exseritur, nonnihil longius, setam unicam (lingvam seu suctorium proprium) includens; ferrugineum. Oculi magni, piceo-brunnei. Thorax e nigro-brunneo & albido variegatus. Scutellum brunneum, in medio plus minus late albido-flavum. Abdomen in mare subrotundum, latius, in femina subovale, longius, in utroque sexu sat dense pilosum, luridum, segmentis haud distingvendis (**). Alæ subcoriaceæ, sordide hyalinæ, subrugosæ, nervis longitudinalibus ad costam congestis, validis fuscis, interstitiis albescentibus. Sqvamæ pallidæ. Halteres pallidi, clava fusca. Pedes pilosi, flavi, antici plerumque subimmaculati; posteriores: femoribus vitta su-

---

**) segmenta 5 dicuntur.

perne & inferne annuloque ad apicem brunneis, tibiis intermediis annulo basali & posticis annulis duobus (basali & apicali), brunneis; ungvibus omnibus nigricantibus. Femora omnia valida. Pedes intermedii anticis nonnihil postici intermediis paullo, longiores.

---

204 b). ORNITHOBIA Meig.

Corpus minoris magnitudinis, oblongo-ovatum, depressum, duriusculum, coriaceum, nitidum, parce pilosum. Caput parvum, postice thoraci applicatum ejusque medio paullo angustius, planiusculum, cum oculis subtransversum. Antennæ ad epistomatis latera prope os & juxta oculos insertæ, minutæ, immersæ, verruciformes, nudæ. Frons in utroque sexu latissima, subqvadrata vel cum orbitis oculorum latis vix elevatis latior quam longa, glabra, ad latera in orbitis setis aliquot rigidis (in illæsis individuis) munita. Vertex transversim subtrigonus, absque ocellis. Epistoma breve, paullo latius quam longum, læve, nudum, inferne parce pilosum; postice rotundatum. Pseudopalpi 2, valvæformes, angustæ, epistomate parum longiores, haustellum non exsertum plerumque arcte vaginantes, simultanei rostrum cylindricum lineare deflexo-subincurvum referentes, puberuli, apice seta tenui distinctiori; interdum apice hiantes, & tunc haustellum setiforme, palpis fere duplo longius, subincurvum, emittentes. Oculi mediocres l. majusculi, laterales, ovati, nudi. Thorax lenticularis, antice pro receptione capitis leniter rotundato-emarginatus, marginatus, lateribus ante humeros leviter excisus; supra setosus, setis ad latera antice, in medio & postice densius & seriatim dispositis; in humeris tuberculum parvum nudum adest. Scutellum breve, transversum, margine setosum. Abdomen minusculum, thorace angustius & pa-

ullo brevius, haud depressum, margine setosum. Abdomen minusculum, thorace angustius & paullo brevius, haud depressum, dorso annulis saltem 5, quorum 1:mo obscondito, lamina coriacea biloba tecto; totum setosum; apice rotundatum, minime emarginatum. Alæ abdomine duplo & ultra longiores, modice latæ, incumbentes, apice rotundatæ, totæ coriaceæ. Nervi basi & ad costam perspicui, in disco & versus apicem obsoleti: costalis circiter ad $\frac{4}{5}$ partes costæ extensus, omnino nudus, auxiliaris ad tertiam costæ partem productus, simplex h. e. secundario nullo; 1:mus longitudinalis crassus elongatus cum costali ante apicem alæ coit, 2:dus, 3:tius & 4:tus longitudinales pone apicem alæ in marginem interiorem tendunt, valde, obsoleti, 5:tus (infra angulum inferioris nervi transversi) paullo magis conspiciendus integer, 6:tus subobsoletus, etiam integer; transversus solitarius, paullo ante medium alæ ductus, valde obliquus, apice superiore mox ante apicem auxiliaris situs, crassiusculus. Alulæ vix ullæ. Squamæ parvæ ciliatæ. Halteres minuti. Pedes validi, pilosi; postici anterioribus paullo longiores, antici a posterioribus approximatis remoti. Femora anteriora lata, depressa. Tibiæ anteriores intus apice unicalcaratæ, posticæ apice subbicalcaratæ. Tarsi omnes tibia crassiuscula paullo breviores, 5-articulati, articulis 4 anticis brevissimis subæqualibus, 5:to magno, ungvibus subinæqualibus subbidentatis, dente infero minuto. *Color* corporis flavido-fusco-ferrugineus, capitis pedumque ferrugineo-flavus. *Motu* agilis. Imagines parasitæ, in Cervis *hospitantur* sangvisugæ. *Differentia sexus* non rite cognita. — Ocelli nulli, oculi mediocres vel majusculi, antennæ parvæ verrucæformes immersæ nudæ, alæ plene explicatæ, longæ, modice latæ, apice rotundatæ, nervis ad costam paucis distinctis, in disco subqvatuor obsoletis, tarsorum ungves vix nisi simplices, ut & habitatio in Cervis, genus denotant. — Alarum nervis costalibus paucioribus, antennis nudis, nec apice unisetigeris, tarsorum ungvium subinæqualium dente inferiori valde minuto, nec dentibus subæqvalibus, & hospitio in Cervis, nec in Eqvis, ab

Hippobosca; ocellis nullis, antennis immersis nudis, nec oblongis multisetigeris, ungvibus tarsorum subbidentatis, minime tridentatis, & habitatione in Mammalibus, nec in Avibus, ab *Ornithomyza;* antennis immersis, nec exsertis elongatis, alis apice obtusis, nec attenuatis, pedibus crassiusculis, nec simplicibus, & corpore piloso, nec nudo, a *Leptopteryx;* ocellis deficientibus, antennis immersis nudis, nec oblongis plurisetigeris, alis planis, nec subulatis, nervo costali nudo, nec longe ciliato, tarsorum ungvibus subbidentatis, nec tridentatis, & habitatione in Cervis, nec in Hirundinibus, a *Stenopteryx;* antennis depressis nudis, nec oblongis valviformibus plurisetigeris, alis longis apice rotundatis, nec breviusculis apice acutis, nervo costali nudo, nec ciliato, ungvibus torsorum subbidentatis, nec tridentatis, & hospitium in Mammalibus, nec in Avibus, ab *Anapera;* abdomine multo minore & angustiore, lamina basali breviori, & præsertim alis explicatis longis, nec rudimentariis brevissimis, a *Leptotena,* cui de cetero structura partium & habitatione maxime convenit; & tandem abdomine minore, palporum rostro breviori tenuiori, oculis majoribus ovatis, nec sublinearibus, corpore parcius piloso, ut & alis completis, nec nullis, a *Melophaga,* distingvitur *Ornithobia.*

1. *O. pallida:* sordide flavo-ferruginea, capite pedibusque pallidioribus; alis abdomine fere triplo longioribus, paucinervosis, apice rotundatis. ♂? (Long. corporis circiter $1\frac{1}{2}$ lin. vel paullo ultra).

Meig. Dipt. 6. 230. 1. Tab. 63. f. 21—24 (thorace quam in nostra obscuriori & dente interiori in ungvibus tarsorum nimis magno). Macqv. Buff. 2. 639. 1. T. 24. f. 9. ala (nervis longitudinalibus infra transversum justo perspicuioribus). — "*Hippoboscæ cervinæ?* specimen alatum" Fall. Hæmatomyzid. Supplement. 2:dum, e-

ditum a *Dahlbom* 1826, p. 11. Nota sub *Hippob. cervina.* — *Alcephagus pallidus* Gimmerthal in Stett. Entom. Zeit. 1845. p. 152.

Hab., ut asseverarunt Collectores, in Cervo Elapho, per Scandinaviam meridionalem minus frequenter obvia, versus autumnum observata; scilicet in Scania ad Högestad *(Sundewall)*, Öfvedskloster &c. rarius; e Dania sub nomine: "*Ornithob. pallida* Meig." etiam a D. *Stæger* communicata. (E Dalmatia a D. *Kahr* per D. Philos. Doctorem *W. Nylander* nuper quoque individuum hujus obtinui. — Etiam in Cervo Alce habitaverit, teste *Gimmerthal*, quod tamen in dubium vocatur a Prof. v. *Siebold* in Stett. Ent. Zeit. 1845. p. 275. — (Cel. *Meigen*, hujus insecti habitationis inscius, illud in Avibus hospitari conjicit.).

♂? Nitida. Frons ferruginea, opaca, nuda, orbitis oculorum sat latis subdepressis flavis nitidis, parce setosis (in individuis bene conservatis). Vertex leniter elevatus, foveolis 2 minutis obscuris impressus, totus flavus, nitidus, nudus. Epistoma nitidum, flavum, puncto utrinque inter antennas & juxta illas brunneo. Antennæ in foveola ad epistomatis latera insertæ, parvæ, flavæ, nudæ. Palporum rostrum longitudine circiter epistomatis, ferrugineum. Haustellum setiforme, plus minus longe exsertum, pallide flavum. Oculi mediocres l. majusculi, oblongo-ovati, nudi, picei. Thorax lenticularis, nitidus, rufo-ferrugineus, dorso subseriatim setulosus, in medio longitudinaliter impressus, callis humeralibus parvis, nudis, flavis. Scutellum ferrugineum, nitidum, margine setósum. Abdomen thorace fere brevius & illo distincte angustius, ovatum, haud depressum, nitidum, rigide nigro-pilosum, præsertim postice. Segmenta 5 subæque longa, quorum

basale occultatum sub lamina ferruginea punctulata setosa nitida bifida, lobis vix ad segmentum 3:tium descendentibus; 5:tum seu anale rotundatum, subinflexum. Alæ elongatæ, modice latæ, planæ, foveola nulla impressæ, apice rotundatæ; totæ sordide l. cinereo-hyalinæ, nitentes. Nervi ad costam pauci perspicui, omnino nudi & pallide ferruginei, nempe costalis ante apicem alæ determinate cessans (nec ut in figuris Meigeni & Macqvarti ad summum apicem continuus), auxiliaris ad tertiam partem costæ extensus, simplex, 1:mus longitudinalis (vel si mavis ordine 2:dus) cum costali in eorum apice confluens; reliqui longitudinales infra transversum ordinarium valde obsoleti, certo tantum situ observandi; transversus ante medium disci, perspicuus, obliquus, leniter flexus. Halteres parvi, albido-flavi. Pedes firmi nitidi, pilosi, ferrugineo-flavi, ungvibus nigris, vix nisi simplicibus, dente interiori ad basin, si adest, minuto, a pulvillis majusculis seta apicali instructis, ægre distingvendo.

Obs. Forte *Ornithobia pallida* Meig. est mas *Leptotenæ Cervi* infra desriptæ. Magnitudo, structura partium, habitus & locus similes svadent, abdominis forma diversa (hinc differentia sexus) & alarum ratio negant. Cum vero nulla individua huc usque, qvantum noverim, harum formarum in copula juncta deprehensa fuerunt, non solum ut distinctas species,sed quoque ut diversa genera, consentientibus *Meigen* & *Macqvart*,considerare & describere volui. — Conferatur observatio 2:da infra sub *Leptotena Cervi.* Si hæc mea supicio observationibus tempore confirmatur, tunc nomen "*Ornithobia*" rejiciendum.

---

205. ORNITHOMYZA Leach.

Corpus minoris magnitudinis, ovatum, depressum, duriusculum, coriaceum, nitidum, parce pilosum, thoracis disco nudo. Ca-

put parvum, postice thoraci applicatum, ejusque medio multo angustius, planiusculum, orbiculare. Antennæ ad epistomatis latera prope os insertæ, uniarticulatæ, longitudine epistomatis, suboblongæ, plurisetigeræ, setis elongatis, capillaribus, nudis. Frons in utroque sexu lata, ante oculos minime prominula, glabra, orbitis oculorum subelevatis distinctis. Vertex subelevatus, nudus, ocellis tribus approximatis. Epistoma breve, inferne setosum. Loco palporum vagina bivalvis, longitudine epistomatis, exarticulata, cornea, pilosa, intra quam haustellum absque proboscide dum exseritur vagina saltem duplo longius, filiforme. Oculi magni, oblongi, nudi. *Thorax* lenticularis, antice pro receptione capitis marginis postici rotundato-emarginatus; in medio sutura transversa & striola utrinque humerali transversali; dorso nudus, ad latera parce setosus. Scutellum late transversum nudum, margine circiter octo-setosum. Abdomen lentiforme, pilosum, præsertim postice setosum. Alæ abdomine saltem duplo longiores, incumbentes, latiusculæ, apice rotundatæ, perspicue nervosæ. Nervi: costalis longe pone medium costæ extensus, parum ciliatus, secundarius ad tertiam costæ partem, auxiliaris mox pone secundarium, 2:dus longitudinalis ad $\frac{2}{3}$ partes costæ & 3:tius ad apicem costalis, producti; hi omnes una cum nervis basalibus & transversis sunt distincti & validi; longitudinales: 4:tus pone apicem alæ & 5:tus in medio marginis interioris excurrentes, fere integri, infra transversos quidem prioribus multo tenuiores, sed tamen conspicui; 6:tus obsoletus; transversi (medius & ordinarius) mox ante medium disci siti, subperpendiculares valde approximati. Halteres parvi sub scutello tecti. Squamæ ciliatæ. Pedes validi, antici breviores a posterioribus approximatis remoti; omnes pilosi. Tarsi tibia duplo breviores, 5-articulati, articulis 4 anticis brevissimis subæqvalibus, ultimo magno, ungvibus valide tridentatis. *Color* luridus, fusco-virescens. *Motus & mores:* celeriter cursitat, sæpe retrograda, invito volans, volatu rapido. Imagines parasitæ. *Hospitium* in Avibus ad qvarum plumas ungvibus suis firmis apte hæret, sangvisuga. Femina

pupipara. *Differentia sexus; mas:* minor subangustior, ano parum emarginato; *femina:* paullo major, ano sublobato. — Ocellorum præsentia, tarsorum ungvibus tridentatis, setis antennarum multis (nec unica), alis subobtusis, nervis longitudinalibus sat distinctis & habitatione in Avibus genus ab aliis facile distingvitur.

1. *O. avicularia:* flavido-virescens, antennis flavidis; thoracis abdominisque disco dorsali fusco-maculato. ♂♀. (Long. ♂ 2, ♀ 2½ lin.).

Meig. Dipt. 6. 232. 1. Macqv. Buff. 2. 641. 1. Zett. Ins. Lapp. 625. 1. ♂♀. *Hippobosca* eadem Linn. Fn. Sv. 1922. Syst. Nat. 1767. Edit. 12. p. 1010. 2. De Geer Ins. (Holm. 1776). 6. 285. 2. Tab. 16. f. 21—27. Modeer in Act. Soc. Litt. Gothob. 1785. 3. p. 35. Fabr. Ent. Syst. 4. 415. 2. Antl. 338. 3. Rossi Fn. Etr. p. 508. n:o 1593. Fall. Hæmatomyzid. 15. 2. ♂♀.

Hab. in Pavone cristato, Loxia curvirostra, Falconibus, Pico, Sylvia Phoenicurus, Alauda arvensi, Perdice cinerea, Fringilla domestica & variis aliis Avibus ex. gr. Corvo & Pica, libenter in harum omnium pullis, in nido adhuc remanentibus, per totam Scandinaviam & Lapponiam tota æstate vulgaris, sub ipsis mensib. Novembri & Decembri deprehensa. (E Finlandia a Professore *Sahlberg* quoque communicata).

♂♀. Viva virescenti-flavida, mortua sordide flavida parum virescens. Caput pallidum, vitta frontali intra orbitas oculorum dilute brunnea, regione ocellorum fusca. Frons ad latera in bene conservatis exemplis pilis paucis munita; antice pro receptione epistomatis emarginata. Antennæ pallidæ, basi fuscæ, setis obscuris. Palpi spurii, valvuliformes, pallidi. Haustellum seti-

forme, elabiatum, vulvulis amplectentibus duplo vel triplo longius, pallide flavum. Setæ oris fuscæ. Oculi magni, piceo-brunnei. Thorax flavidus, disco dorsali late brunneo, linea longitudinali media gemina ante scutellum abbreviata, pallide flava. Pleuræ vitta ab humeris ad radicem alarum extensa nigro-brunnea. Scutellum brunnescens. Abdomen pallidum, dorso fusco-maculatum; in ♂ parvum, basi utrinque lobo laterali piloso. Alæ planiusculæ, modice latæ, apice obtuse rotundatæ, totæ sordide hyalinæ, nervis perspicuis, ut in diagnosi generis directis, obscuris. Ad apicem nervi costalis vestigium obsoletum lineolæ brevis subarcuatæ impressæ. Halteres albidi. Pedes pallidi, leniter virescentes, geniculis summis fuscis, ungvibus nigris. — Specimen femineum sub nomine: "*Ornithomyza viridula* Meig." e Dania a D. *Stæger* missum.

Obs. Meigeni *Ornithomyia viridis* & *viridula* mihi dubiæ videntur.

---

206. LEPTOPTERYX Zett.

Corpus parvum, fusiforme, glabriculum. Caput parvum depressum. Antennæ longitudine capitis, triarticulatæ, crassæ, non setigeræ. Ocelli? Oculi exserti, rotundi. Thorax capite quadruplo major, subglobosus. Abdomen circiter thoracis longitudine, at illo angustius, oblongum. Anus subobtusus. Alæ abdomine paullo longiores, versus apicem attenuatæ; nervis obsoletis. Halteres? Pedes elongati, haud validi, nudi. *Color* fuscus. *Motus?* *Habitatio* in alpestribus. *Differentia sexus* ignota. — Antennarum forma, seta nulla, alarum pedumque structura ab aliis hujus Familiæ discrepat. Genus tamen dubium.

1. *L. nivalis:* fusca; alis lactescentibus; thoracis

margine laterali albo; pedibus sordide albidis, fusco-maculatis. ♂? (Long. circiter 1 lin.).

Zett. Ins. Lapp. 625. 1.

Hab. in Lapponia Svecica meridionali rarissime; in alpe Brattiksfjell prope novaculum Umenäs Lapponiæ Umensis, die 8 Jul. 1832 ab oculatissimo *Dahlbom* in unico individuo detecta, in ipsa nive reptans capta.

♂? Glabra. Caput parvum, depressum, fuscum. Antennæ longitudine capitis, 3-articulatæ, porrectæ, cylindricæ, crassæ, articulis subæqualibus, ultimo obtuso absque omni seta. Oculi exserti rotundati. Thorax capite circiter quadruplo major, subglobosus, brunneus vel fuscus, lateribus & antice marginatus, margine albido; subtus fusco-nigricans. Abdomen thorace parum longius, angustius, oblongum, fuscum, in mortua corrugatum. Anus obtusiusculus. Alæ abdomine paullo longiores, versus apicem angustatæ, totæ lacteæ, nervis obsoletis, ad costam tamen paullo distinctioribus. Pedes elongati, subtenues, nudi, glabri, sordide albidi, genubus, tibiarum apice tarsisque fuscis.

Obs. Chioneæ araneoides Dalm. habitu quodammodo similis, sed antennarum articulatione, alis explicatis, pedibus glabris, nec hirsutis, &c., abunde dignoscitur. — Insectum interea paradoxum, usque dum plura & utriusque sexus specimina pro accuratiori examini subjiciendis colligere datur.

---

207 a). STENOPTERYX Leach.

Corpus minoris magnitudinis, ovatum, depressum, duriusculum, nitidum, parce pilosum, thoracis disco nudo. Caput par-

vum, postice thoraci applicatum, ejusque medio multo angustius, planiusculum, orbiculare. Antennæ epistomatis lateribus insertæ, uniarticulatæ, longitudine epistomatis, oblongæ, plurisetigeræ, setis elongatis, capillaribus, nudis. Frons in utroque sexu latissima, ante oculos non prominula, antice pro receptione epistomatis emarginata, in medio glabra, ad latera serie setarum ornata, orbitis oculorum subelevatis distinctis. Vertex trigonus, subelevatus, nudus, ocellis tribus approximatis. Epistoma breviter obcordatum, inferne setosum. Loco palporum vagina bivalvis, longitudine epistomatis, exarticulata, cornea, pubescens, valvula singula apice unisetigera. Intra hanc valvulam seu palpos spurios haustellum setiforme absque proboscide, longitudine valvulæ, includitur. Oculi mediocres vel minusculi, laterales, horizontales, ovati, nudi. Thorax lenticularis, antice pro receptione capitis marginis postici rotundato-emarginatus; in medio sutura transversa & in humeris striola transversalis, obsoletæ; disco dorsali nudus, angulo antico utrinque, & regione ante alas fasciculo setarum. Scutellum late transversum, margine multisetosum. Abdomen lentiforme, segmentis haud distinctis, apice emarginatum, totum pubescens, postice setosum. Alæ abdomine duplo & ultra longiores, subfalcatæ, angustissimæ, apice fere subulatæ, intricate nervosæ. Nervi: costalis ad $\frac{3}{4}$ partes costæ extensus, basi longe ciliatus; secundarius vix ad tertiam partem costæ, auxiliaris ad tertiam costæ partem, longitudinalis 2:dus pone medium costæ, & 3:tius ad apicem nervi costalis, producti; hi omnes recti, costæ prope adjacentes & valde approximati, ita ut ægre numerentur & distingventur; longitudinalis 4:tus fere in apice l. paullo pone apicem alæ excurrit (ut in figura Macqvarti, nec ut in figura Meigeni); 5:tus in medio marginis interioris excurrit, & 6:tus etiam ad marginem extenditur; transversi ante medium alæ modice remoti. Halteres parvi, sub squamis rudimentariis occulti. Pedes validi, pubescentes & sat longe pilosi; antici breviores a posterioribus approximatis remoti. Tarsi tibia duplo breviores, 5-articulati, articulis 4 anticis brevissimis

subæqualibus, 5:to magno, ungvibus tridentatis. *Color* stramineus. *Motus & mores* ut in *Ornithomyza*, at alæ volatui vix idoneæ. Imagines parasitæ, sangvisugæ. *Hospitium* in Avibus. Femina pupipara. *Differentia sexus* in externis vix nisi ex abdomine *maris* minore, *feminæ* paullo majore, oviductu sæpe exserto, conjicitur. — Ocellorum præsentia, tarsorum ungves tridentati, setæ antennarum oblongarum plures, oculi mediocres ovati, haustellum palpis spuriis non longius, alæ abdomine multo longiores, angustissimæ, apice subulatæ, costa basi longe pilosa, & habitatio in Hirundinibus, genus præprimis denotant.

1. *St. Hirundinis:* straminea; oculis piceis; abdomine obscuro; alis subulatis pallidis. ♂♀. (Long. fere 2 lin.).

Leach Eproboscid. 16. 1. Tab. 25. f. 9. Meig. Dipt. 6. 234. 1. T. 64. f. 5—7 (directione nervorum in alis non adcurate delineata). — Macqv. Buff. 2. 644. 1. T. 24. f. 13. (abdomine nimis longo). — *Hippobosca Hirundinis* Linn. Fn. Sv. 1923. Syst. Nat. 1767. Edit. 12. 1010. 2. Reaumur Ins. T. 11. f. 1—5. Schæff. Elem. Entom. Tab. 70. Modeer in Act. Soc. Litt. Gothob. 1785. 3. p. 37. Fabr. Ent. Syst. 4. 415. 3. Antl. 339. 5. Ross. Fn. Etr. 508. 1592. Fall. Hæmatomyz. 15. 3. ♂♀. — *Ornithomyia Hirundinis* Latr. Gen. 4. 362. Nitzsch in Germ. Mag. 3. p. 309.

Hab. in Hirundinum nidis ubi pullos imprimis infestant, libenter in Cypselo Apus, sæpe in Hirundine rustica, interdum etiam in Hirund. urbica; per Scandinaviam meridionalem & mediam minime rara; agilissime currit, volando inepta. (Ad Moabite prope Berolinum a D. *Dahlbom* 16 Jul. 1842 capta mecumque communicata).

♂♀. Ovata, pallida seu straminea, nitida. Frons disco opaco; setis lateralibus sæpe detritis. Punctum ocellorum fuscum. Antennæ valvæformes ferrugineo-flavæ, setis longis nigris, apice pallidis. Palpi valvæformes flavi. Haustellum plerumque longitudine palporum vaginantium, sed interdum duplo longe exseritur; flavum. Setæ oris nigræ. Oculi haud magni, laterales, oblongi, nigro-picei. Thoracis anticum utrinque angulo humerali prominulo apice nigro-setoso. Thorax etiam postice & præsertim ante radicem alarum nigro-setosus, disco nudus. Scutellum margine sat dense nigro-setosum. Abdomen rotundatum depressum brevissime puberulum fuscum, segmento basali subelevato pallido; apice emarginatum, margine postico sat longe & dense nigro-ciliatum. Oviductus feminæ, dum exseritur, brevis subulatus ferrugineus. Alæ abdomine multo longiores, angustissimæ, falcatæ, late remotæ, pallidæ vel sordide albo-hyalinæ, ob angustiam nervis ægre distingvendis, costali ad apicem auxiliaris longe nigro-piloso, deinde sensim brevissime ciliato; transverso ordinario apici auxiliaris opposito. Squamæ pallidæ. Halteres albidi. Pedes pallidi, obscure pilosi. Femora præsertim anteriora crassa. Ungves omnes nigri.

Obs. 1. *Hippobosca Hirundinis* Panz. non ad hanc, sed ad *Anaperam pallidam* (pag. 2911) pertinet.

Obs. 2. Observante *Modeer* l. c. sæpissime "e pupis vernalibus *Stenopter. Hirundinis,* individua circiter 30 (e singula pupa) *Ichneumonis* cujusdam" (an *Encyrti* generis?) "utriusque sexus, *Pulice* parum majora, ferruginea, initio mensis Augusti, egressa; e pupis vero autumnalibus tales *Ichneumones* primum in medio Junii anni sequentis proventi fuerunt."

---

207 b). ANAPERA Meig.

Corpus minoris magnitudinis, ovatum, depressum, duriusculum,

nitidum, parce pilosum, thoracis disco nudo. Caput parvum, postice rotundatum thoracique applicatum, ejus medio multo angustius, planiusculum, orbiculare. Antennæ ad latera epistomatis insertæ, uniarticulatæ, oblongæ, valvæformes; longitudine epistomatis, plurisetigeræ, setis elongatis, capillaribus, nudis. Frons in utroque sexu latissima, antice pro receptione epistomatis emarginata, in medio glabra, lateribus serie setarum ornata, orbitis oculorum subelevatis distinctis. Vertex trigonus, subelevatus, nudus, ocellis nullis. Epistoma breviter obcordatum, inferne setosum. Loco palporum vagina bivalvis, longitudine epistomatis, exarticulata, cornea, pubescens, valvula singula apice unisetigera, seta valvula saltem dimidio longiori. Intra hanc valvulam vaginantem haustellum setiforme absque proboscide, longitudine valvulæ, includitur. Oculi minusculi, laterales, horizontales, ovales, nudi. Thorax sublenticularis, antice pro receptione capitis marginis posterioris rotundato-emarginatus; disco dorsali nudus, humeris distincte prominulis & regione ante alas setosis. Scutellum late tranversum, margine multisetosum. Abdomen lentiforme, segmentis haud distinctis, apice emarginatum, totum pubescens, postice setosum. Alæ abdomine circiter dimidio longiores modice angustæ, in medio margine interiori paullo latiores, totæ coriaceæ, nervis ut in genere præcedente directis, paullo evidentioribus; apice (in nostra) acutæ. Nervus costalis fere per totam longitudinem longe ciliatus. Halteres parvi, sub quamis parvis haud ciliatis occulti. Pedes firmi, pubescentes & sat longe pilosi; postici anterioribus longiores; antici a posterioribus subapproximatis remoti. Tarsi tibia duplo breviores, 5-articulati, articulis 4 anticis brevissimis subæqualibus, 5:to magno, ungvibus tridentatis. *Color* stramineus. *Motus* agilis. Imaginis parasitæ, sangvisugæ in Avibus *hospitantur*. Femina pupipara. *Differentia sexus* ut in priori genere. Oviductus feminæ subulatus in speciminibus a nobis lustratis ad dimidii abdominis longitudinem exsertus. — Priori generi valde similis & affinis, sed ocellis nullis, oculis forte paullo minoribus,

alis brevioribus & saltem in medio distincte latioribus, certe & facile discernitur.

1. *A. pallida:* straminea; abdomine obscuro; alis apice acutis. ♂♀. (Long. fere 2 lin.).

Meig. Dipt. 6. 235. 1. Macqv. Buff. 2. 643. 1. *Oxypterum pallidum* Leach Eproboscid. 17. 1. Tab. 25. f. 12—14. *Hippobosca hirundinis* Panz. Fn. Germ. 7. 24. (exclus. synonym. Linn. & Fabr.) — Schæff. Icon. Tab. 53. f. 1. 2.

Hab. in Hirundinibus & præcipue in Cypselo Apus, per Scandinaviam meridionalem & mediam passim; in Scania, Blekingia & Smolandia hinc inde observata; e Dania a D. *Stæger* missa. (Ex Hamburgo a beato *von Winthem* etiam communicata).

♂♀. Magnitudine, statura, colore & habitatione cum *Stenopter. Hirundinis* omnino conveniens, & cum illa ab Auctoribus veteribus confusa, sed defectu ocellorum in vertice, oculis nonnihil minoribus, ut & alis paullo brevioribus & latioribus statim dignota. Ovata, sordide pallida, nitida. Caput flavum, frontis disco immerso, dilute brunneo, opaco, setis lateralibus elongatis nigris. Antennæ flavæ, earum orisque setis nigris, apice sæpe pallescentibus. Palpi spurii & haustellum flava; hoc in individuis a nobis lustratis tantum apicem valvulæ attingens. Oculi minusculi, elliptici. Thorax lateribus in medio incisus, utrinque angulo antico distincte, & postico (ante alas) nonnihil prominulis, nigro-setosis, disco dorsali nudo. Scutellum nigro-ciliatum. Abdomen rotundatum, depressum, brevissime puberulum, fuscum, segmento basali subelevato, pallido; apice emarginatum, sat longe & dense nigro-ciliatum. Oviductus feminæ ferrugineus. Alæ abdomine paullo tantum longiores, modice latæ, abdominis

medium non tegentes, sordide albo-hyalinæ, nervis flavo-ferrugineis, costalibus approximatis seu congestis, validis, longitudinalibus 4, 5 ad marginem interiorem tendentibus, & 6:to abbreviato, tenuioribus; costali longe nigro-ciliato, ciliis versus apicem nervi decrescentibus; apice acuminatæ seu subito acutæ. Squamæ pallidæ. Halteres albidi. Pedes flavi, longe nigro-pilosi; femoribus anterioribus crassis; ungvibus omnibus validis, nigris.

---

207 c). LEPTOTENA Nitzsch.

Corpus minoris magnitudinis, oblongo-ovatum, depressum, duriusculum, nitidum, parce pilosum. Caput parvum, postice rotundatum & thoraci arcte applicatum, eoque nonnihil tantum angustius, subtransversum, planiusculum, non punctatum. Antennæ epistomatis lateribus juxta oculos insertæ, parvæ, veruciformes, immersæ, nudæ. Frons in utroque sexu latissima, subquadrata vel cum orbitis oculorum parum elevatis nonnihil latior quam longa, glabra, lateribus in bene conservatis setulis paucis munita. Vertex subtrigonus, vix rudimento ocellorum. Epistoma paullo latius quam longum, nudum, postice rotundatum. Palpi 2 subfiliformes longitudine epistomatis, haustellum breviusculum (interdum extra palpos exsertum), filiforme absque proboscide, arcte vaginantes, brevissime puberuli, apice seta tenui distinctiori. Setæ oris paucæ. Oculi magni, laterales, rotundati, nudi. Thorax lenticularis, antice pro receptione capitis leniter rotundato-emarginatus, in medio longitudinaliter impressus, dorso seriatim parce setosus, setis sat rigidis ad latera in medio & ante alas densioribus munitus; in humeris tuberculum parvum nudum adest. Scutellum breve, transversum, margine setosum. Abdomen lentiforme, dorso segmentis saltem 5 distinctis, horum 1:mo abscondito, clypeo bilobo tecto; apice obtusum

subemarginatum; totum pubescens & pilosum. Ventris discus continuus, pubescens. Alæ brevissimæ, mutilatæ videntur. Squamæ rudimentariæ. Halteres parvi. Pedes validi, pilosi; postici anterioribus paullo longiores, antici a posterioribus approximatis remoti. Femora anteriora lata, depressa. Tibiæ anteriores intus apice unicalcaratæ, posticæ apice subbicalcaratæ. Tarsi omnes tibia paullo breviores, 5-articulati, articulis 4 anticis brevissimis subæqualibus, 5:to magno, ungvibus subsimplicibus. *Color* fuscus. *Motu* agilis. Imagines parasitice in Cervis *hospitantur*, sangvisugæ. *Differentia sexus* latet. — Ocelli vix ulli, oculi magni, antennæ verrucæformes, immersæ, alæ rudimentariæ, tarsorum ungves duo subsimplices, & habitatio in Cervis, genus hoc ab affinibus distingvunt.

1. *L. Cervi:* e livido & fusco variegata; alis brevissimis. (Long. circiter 2 lin.).

Nitzsch in Germ. Mag. 1818. 3. p. 310. (Lipoptena). — Macqv. Buff. 2. 645. 1. Tab. 24. f. 14. (figura cum nostris haud consentanea). — *Pediculus Cervi* Linn. Fn. Sv. 1944. Syst. Nat. 1767. Edit. 12. p. 1017. 7. Fabr. Ent. Syst. 4. 418. 5. Antl. 341. 6. Panz. Fn. Germ. 51. 15. *Melophagus Cervi* Meig. Dipt. 6. 237. 2. *Hippobosca cervina* Fall. Hæmatomyz. Suppl. 2:dum 1826. p. 11. n:o 3—4. *Pediculus Capreoli* Frisch. Ins. Germ. 12. p. 15. t. 5.

Hab. in Cervo Elapho, Dama, Capreolo, a mense Julio usque ad medium Octobris per Scandinaviam meridionalem haud raro observata.

Oblongo-ovata, nitida. Caput lividum l. sordide flavicans. Frons opaca, dilute brunnescens, orbitis nitidis. Antennæ immersæ,

flavæ. Epistoma breve, inter antennas punctis 2 brunneis. Palpi brunnei, haustello ferrugineo. Setæ oris pauciores, nigræ. Oculi picei. Thorax brunneus, plus minus flavo-maculatus, tuberculis humeralibus semper flavis; setis semper nigris. Scutellum fuscum, setis nigris. Abdomen thorace paullo jam majus, jam minus, jam æquale, sed vix umquam tam inflatum & amplum ut in figura Panzeri; obscure brunneum, nigro-setosum, dorso fasciis 3 albidis, ad latera non usque extensis. Segmentum basale tegitur a lamina magna coriacea, in medio excisa, lobis lateralibus ad medium abdominis descendentibus etiam segmenti 2:di latera obtegentibus; tota hæc lamina punctulata, plerumque obscure brunnea, margine exteriori sæpe ferrugineo. Venter continuus, plerumque albidus, margine laterali brunneo segmenta tria indicante. Alæ latiusculæ, brevissimæ, parum ultra scutellum extensæ, apice truncatæ, laceræ, ita ut fere vi fractæ vel abscissæ videantur, numquam tamen, quantum noverim, integræ observatæ, ne quidem in individuis de cetero illæsis & nuper ac in vivo captis. In his vero alis rudimentariis albidis nervi inchoantes deteguntur. Pedes robusti, nigro-pilosi, testacei vel ferrugineo-flavi, aut immaculati aut femoribus plerumque ab apice ad medium brunneis, tibiis etiam sæpe dilute brunnescentibus, ungvibus subsimplicibus (nec distincte bi- vel tridentatis) semper nigris.

Obs. 1. Nobil. *Macquart* l. c. & in descriptione generis & in figura oculos minutissimos ("très-petits") tribuit. Cel. *Nitzsch* l. c. oculos "distinctos mediocres" dixit; in omnibus vero nostris speciminibus iisque pluribus oculi sunt magni rotundati, latera capitis occupantes. — Beatus *Meigen* speciem ipse numquam viderit.

Obs. 2. Verosimiliter est *Leptotena Cervi* tantum femina *Ornithobiæ pallidæ*. Vide observationem sub *Ornithobia pallida* supra in pagina 2900.

208. MELOPHAGA Zett. (*Melophagus* Auctor.).

Corpus minoris magnitudinis, ovatum, depressum, duriusculum, nitidum, pilosum. Caput mediocre, postice rotundatum & thoraci arcte applicatum, eoque fere latius, transversum, planiusculum. Antennæ epistomatis lateribus juxta oculos insertæ, parvæ, verruciformes, immersæ, nudæ. Frons in utroque sexu omnium latissima, multo latior quam longa, orbitis oculorum haud distingvendis; tota nitida, subtiliter punctulata, glabra, ad latera & antice in illæsis aliquot setulis munita. Vertex transversim subtrigonus, nudus, lævis, ocellis nullis. Epistoma breve, multo latius quam longum, nitidum, læve, nudum, postice rotundatum. Pseudopalpi 2 subfiliformes, longitudine capitis, haustellum vaginantes, puberuli, apice setulosi. Haustellum setiforme, absque proboscide; dum exseritur palpis duplo vel triplo longius. Setæ oris paucæ. Oculi parvi, lineares, depressi, a genis & juxta antennas oblique extensi circiter ad medium frontis, subperpendiculares; nudi. Thorax capite fere paullo angustior, subquadratus, depressus, glabriculus, ad latera antice posticeque sat rigide setosus. Scutellum haud distinctum, loco ejus margine setoso. Abdomen thorace duplo majus, rotundatum, depressum, segmentis haud distingvendis; apice leniter emarginatum; totum opacum, pubescens & præsertim ad latera breviter setosum; basi lamina brevi, biloba, coriacea, punctata, nitida, breviter selulosa, tectum. Alæ nullæ. Halteres haud conspiciendi. Pedes validi, sat dense pilosi, subæque longi, antici a posterioribus approximatis remoti. Coxæ anticæ magnæ. Femora præsertim antica subdepressa, latiuscula. Tibiæ omnes femoribus fere æque longæ, compressæ, latiusculæ; anteriores intus apice unicalcaratæ, posticæ apice multisetosæ. Tarsi omnes tibia parum breviores, 5-articulati, articulis 4 anticis brevissimis, æqualibus, ultimo magno, ungvibus mediocribus, bidentatis. *Color* flavo-ferrugineus. *Motu* agilis. Imagines parasitice in Ovibus *hospitantur*, sangvisugæ. Pupæ maximæ. *Differentia sexus* haud rite co-

gnita. — Per ocellos verticis nullos, oculos parvos lineares, antennas verrucæformes immersas, thoracem subangustatum, alas nullas, & ungves tarsorum mediocres bidentatos, a prioribus generibus Coriacearum Familiæ facile distingvitur.

1. *M. ovina:* ferruginea, capite pedibusque rufo-flavis; alis nullis. (Long. circiter 2 lin.).

Melophagus ovinus Latr. Gen. Ins. 4. p. 363. Leach Eprobosc. 18. 1. Tab. 26. f. 14. 15. Meig. Dipt. 6. 236. 1. Tab. 64. f. 16. (thorace nimis rotundato). Macqv. Buff. 2. 645. 1. T. 24. f. 15. (instrumentis cibariis justo multo brevioribus depictis). — *Pediculus ovinus* Frisch Ins. Germ. 5. pag. 40. Tab. 18. *Hippobosca aptera* Linn. It. Westrogoth. 1747. p. 59. *Hippobosca ovina* Linn. Fn. Sv. 1924. Syst. Nat. 1767. Edit. 12. p. 1011. 4. Schrank Ins. Austr. 493. 1008. Modeer in Actis Societ. Litter. Gothoburg. 1785. 3. p. 40. Fabr. Ent. Syst. 4. 416. 4. Antl. 339. 7. Panz. Fn. Germ. 51. 14. (figura haud contemnenda). — Fall. Hæmatomyzid. 15. 4. (♂ & ♀.) — *Melophila ovina* Nitzsch in Germ. Mag. 1818 3. p. 311.

Hab. inter lanam Ovium, attactu agilissima, per totam Scandinaviam & Lapponiam (ex. gr. ad Juckasjervi), in quacumque terra & regione, ubi Oves aluntur, sæpe copiose; a primo vere (20 Maj.) usque ad serum autumnum observata; tonsores Ovium sæpe etiam molesta, primum supra manum hominis celeriter currens, deinde corpus ipsum sub vestimentis quærens, suctorio longo penetrans, tumorem cum dolore instar *Acari Ricini* caussans; Suethice *Fårlus*, Danice *Faare-Leye* & Norwegice *Faare-Täge* appellatur. *Melophagarum* a-

gmen depelli dicitur, si Oves in aqva marina, vel adhuc efficacius, in urina lavantur.

Ovata, ferruginea, obscure pilosa, nitida, abdomine opaco. Caput pallide ferrugineum, totum nitidum. Frons saltem antice pilosula. Epistoma flavum immaculatum. Antennæ immersæ, flavæ. Palpi longi, haustellum vaginantes, simultanei cylindrum formantes, perpendiculariter deflexi, flavi. Haustellum interdum retractum, sæpe exertum, & tunc palpis duplo vel triplo longius, incurvum; setaceum, pallide flavum. Oculi angusti, sublineares, parum lunati, depressi, picei. Thorax dorso ferrugineus, punctulatus. Scutellum margine postico loco scutelli rigide nigro-setoso. Abdomen thorace sæpissime majus, suborbiculare, depressum, jam ferrugineum, jam fuscum, jam flavidum, semper opacum, perspicue pubescens, limbo dorsali plerumque elevato; basi lamina duriori, coriacea, brevi, in medio emarginata, inde bipartita, tota punctata pilosa ferruginea nitida tectum. Alarum nequidem rudimentum. Halteres & squamæ vix detegenda. Pedes breviusculi, firmi, sat longe pilosi, flavo-ferruginei, tibiis pallidioribns, ungvibus mediocribus, saltem non validissimis, bidentatis, nigris.

NYCTERIBIA Latr.

Obs. Nycteribia Vespertilionis Latr. 4. 364. Tab. 15. f. 11. Fabr. Antl. 350. 1. Fall. Hæmatomyzid. 1818. p. 16. Meig. Dipl. 6. 238. 1. T. 64. f. 19. Macqv. Buff. 2. 647. 1. T. 64. f. 16. — *Pediculus* idem Linn. Fn. Sv. 1941. — *Acarus* Linn. Syst. Nat. 1767. Edit. 12. p. 1023. 9. — *Hippobosca* Nitzsch in Voigt. Magaz. 1803. 6. p. 165. Tab. 10. f. 4. & 5. (♀?). Schrank Fn. Boica 3. p. 175. 2587. — *Nycteribia pedicularia* Latr. Hist.

Nat. p. 403. T. 112. f. 14. Nitzsch in Germ. Magaz. 1818. P. 3. p. 312. Westwood Monogr. in Trans. Zool. Soc. 1834. Vol 1. p. 290. 7. Tab. 36. "fusca ,corpore supra pedibusque flavo-rufescentibus, thorace subtus fusco-rufescente linea longitudinali mediana nigra; pedibus longis arcuatis, coxis anticis brevibus subcylindricis, femoribus tibiisque valde compressis fere ellipticis; pectinibus lateralibus thoracis brevibus; abdomine setis rigidis armato". Long. circiter $1\frac{1}{3}$ lin. — & altera species: *Nycteribia vexata:* "pallide ferruginea; pedibus elongatis, coxis anticis brevibus; abdomine maris 8-articulato, testaceo, ovato-conico, apice subrotundato, snbtus ad apicem stylis duobus incurvis alteroque intermedio armato. Long. corpor. $1-1\frac{1}{2}$ lin." Westwood l. c. p. 291. *Phthiridium Vespertilionis* Hermann Mem. Apt. Tab. 5. f. 1. ♂., ambæ in *Vespertilione murino* Europæ habitantes, mihi non in natura, sed tantum e descriptionibus & figuris Auctorum interdum contradicentium cognitæ, inde adhuc ambiguæ, haustello eproboscideo, defectu alarum, ocellis nullis, habitu araneiformi, hospitio parasitico, victu e sangvine, metamorphosi?, &c., *Melophagæ* affines & proximæ, sed capite minuto, compresso, thoraci superne affixo, sursum spectante, verticali, antennis, oculis &c. aliter constructis, pedibus ad latera thoracis superne insidentibus, elongatis, metatarso longissimo subarcuato, ungvibus simplicibus &c. distinctæ, ob alas halteresque in utroque sexu omnino nulla, a *Dipterorum* Ordine forte removendæ & ad *Apterorum* reducendæ. — Cfr. observatio sub *Melophaga* in Dispositione hujus operis pag. 83.

Index Generum

in Tomis I—VII comprehensorum.

(Nomina systematica litteris rectis, synonyma vero litteris obliqvis seu cursivis sunt excusa).

F.

I.

K.

L.

U.

V.

W.

X.

Z.

DIPTERA SCANDINAVIÆ

DISPOSITA ET DESCRIPTA.

Auctore

PH.D:RE JOHANNE WILHELMO ZETTERSTEDT

AD UNIVERSITATEM LUNDENSEM BOTAN. ET OECON. PRACT. PROFESSORE REG. ET ORD.; EQUITE AURATO REG. ORDINIS DE WASA; REG. ACAD. SCIENT. HOLM., SOCIET. ENTOMOL. PARIS., NATUR. CURIOS. LIPS., SOCIET. CUVIER. PARIS., SCIENTIAR. LITTERARUMQUE ELEGANT. GOTHOB., PHYSIOGRAPH. LUND., CULTURÆ BOMBYCINÆ SUECANÆ HOLM., ENTOM. SCANDINAV. HAFNIÆ., ET OECON. MALMOG., SODALI; REG. SOCIET. OECONOM. BOTN. OCCIDENTALIS, SOCIETAT. HORTULANÆ GOTHOBURGENSIS ET SOC. PRO FAUNA ET FLORA FENNICA HELSINGFORSIÆ, MEMBRO HONORIFICO; ATQUE SOCIET. ENTOM. STETINI ET SOCIET. HISTOR. NATUR. HARZIÆ CORRESPONDENTE.

TOMUS OCTAVUS

SEU

SUPPLEMENTUM,

CONTINENS

CONSPECTUM SYNOPTICUM FAMILIARUM, GENERUM ET SPECIERUM, ADDENDA, CORRIGENDA ET EMENDANDA TOMIS SEPTEM PRIORIBUS.

LUNDÆ,

EX OFFICINA LUNDBERGIANA,

SUMTIBUS REGIIS.

1849.

Viro Celeberrimo
Domino Consiliario a Justitia
R. C. STAEGER,

præsentem hujus operis partem tanto libentius addico quanto plures ibi obviæ species et multæ non parvi momenti observationes atque additamenta large, officiose celeriterque a Te, Amice honoratissime, mecum communicata fuerunt.

Lundæ d. 12 Aug. 1849.

J. W. Zetterstedt.

Fam. 1. TABANII Lat.

1. TABANUS Linn.

Sect. 1. oculis in utroque sexu nudi.

1 *bovinus* Linn. ♂♀. 2 *autumnalis* Linn. ♂♀. 3 *latifrons* Zett. ♀. 4 *atricornis* Meig. ♂. 5 *bromius* Linn. ♂♀. 6 *glaucopis* Meig. ♂♀.

Sect. 2. oculis in mare semper, in femina sæpissime, hirtis.

a) nervus tertius longitudinalis apice simpliciter furcatus.

7 *tarandinus* Linn. ♂♀. 8 *auripilus* Meig ♀. 9 *flaviceps* Zett. ♀. 10 *tropicus* Linn. ♂♀. 11 *luridus* Fall. ♂♀. 12 *nigricornis* Zett. ♀. (hujus ♂ putatur *T. alpinus).* 13 *borealis* Fabr. ♂♀. 14 *lugubris* Zett. ♂. 15 *nigerrimus* Zett. ♂. 16 *alpinus* Zett. ♂. (hujus ♀ *nigricornis* habetur). 16—17 *lapponicus* Wahlb. n. sp. ♂♀. 16—17 *punctifrons* Wahlb. n. sp. ♂. 17 *albo-maculatus* Zett. ♀. 18 *maculicornis* Zett. ♂♀. 19 *confinis* Zett. ♀. 20 *sublunaticornis* Zett. ♂.

b) Nervus tertius longitudinalis apice furca appendiculata.

21 *rusticus* Linn. ♂♀. 22 *fulvus* Meig. ♂♀. 23 *ruralis* Zett. ♀. 24 *plebejus* Fall. ♂♀.

1. *T. bovinus* I. pag. 105. adde synon.: *Tabanus* thorace cinereo; abdomine flavescente, segmentis singulis triangulo albo. Geoffr. Ins. Paris. 1762. Tom. 2. p. 459. 1. — *T. bovinus* Zeller Dipter. Beytr. in Isis 1842. Heft. XI. p. 814. 1. ♂♀. Fig. 2—4.

2. *T. autumnalis* I. p. 106. *Tabanus* cinereus, thorace fasciis longitudinalibus albis, abdominis segmento singulo triangulo maculisque albis. Geoffr. Ins. Paris. 1762. Tom. 2. p. 460. 2. Tab. 17. f. 2. ♂. — *T. autumnalis* Zell. Isis 1842. p. 816. 3. ♂♀. f. 9.

3. *T. latifrons* I. p. 106. Hab. etiam in Ostrogothia, ubi in pluribus individuis a D. Doct. *C. Stenhammar* 1843 lectus; ad Ekenäs in Wermdön die 12 Jan. 1842 in fenestra quoque a *D. Wahlberg* inventus — An tantum femina seqventis?

4. *T. atricornis* I. p. 107. Etiam in Blekingia a beat. *Aspegren* deprehensus. — An solum mas sit *T. latifrontis* ulterius docebunt observationes.

5. *T. bromius* I. p. 107. Coqvebert Illustr. Icon. Ins. Parisiis 1804. Dec. 3. p. 119. Tab. 27. f. 3 A. ♀. — Zell. Isis 1842. p. 817. 5. ♂♀. f. 14—19.

Var. b. ♂. abdominis lateribus usque ad segmentum 4:tum, ventreque in medio late, ferrugineis, in ceteris var. a. similis; sub indicio: «*Tab. tropicus* variet. vel forte potius nova species» a D. *Staeger* ex Hafnia 14 Jun. 1848 communicatus. Femina simul missa vestigio rufedinis in abdominis lateribus et ventre quoque gaudet.

Obs. *T. maculicornis* n:o 18 huic (*T. bromio* var. a.) valde affinis, sed vix ejus varietas.

6. *T. glaucopis* I. p. 108.

Obs Specimina utriusque sexus, quæ e Sicilia per D. Professorem *Löw* sub nomine *T. glaucopis* 1847 obtinui, differunt a nostro oculis (in utroque sexu) breviter, sed sat dense puberulis, fronte maris haud calloso, feminæ callis quidem tribus nigris simplicibus, sed macula inferna (inter angulos oculorum) didyma nigra nulla, et ad speciem diversam pertinere videntur. Individua Sicula Svecicis quoque nonnihil breviora sunt.

7. *T. tarandinus* I. p. 108.

E variet. a. ♂ in Ostrogothia a D. *Stenhammar* quoque repertus fuerit, et ♀ in paroecia Nykyrke Ostrogothiæ a D. *August. Holmgren* parce lecta.

8. *T. auripilus* I. p. 109. Zell. Isis 1842. p. 821. 3. ♀.

Femina in Bottnia boreali ad Luleå 1843 a D. Magist. *Andersson* frequenter quoque observata.

9. *T. flaviceps* I. p. III. In Bahusia ad Marstrand ♀ a Prof. *Wahlberg* etiam visa.

10. *T. tropicus* I. p. III. Zell. Isis 1842. p. 822. 5.

11. *T. luridus* I. p. 112.

12. *T. nigricornis* I. p. 112. Etiam in Lapponia Lulensi 1845 inventus a Prof. *Wahlberg*, qui affirmat hunc esse feminam *T. alpini* n:o 16. Si ita est, quod verosimile videtur, nomen *nigricornis* delendum, et *alpinus* pro specie retinendum.

13. *T. borealis* I. p. 113. var. a Zell. Isis. 1842. p. 821. 4. ♀.

Var. d. ♀ etiam in Bottnia boreali cum *T. auripilo* D. *Andersson* reperit.

14. *T. lugubris* I. p. 114.

15 *T. nigerrimus* I. p. 115.

16. *T. alpinus* I. p. 116. est mas *T. nigricornis* n:o 12, observante Prof. *Wahlberg*. Qvoque in Lappon. Lulensi lectus.

16—17. *T. lapponicus:* oculis æneis. transversim purpureo-trilineatis, nigricans, subnitidus; fronte albo-cinerascente; palpis nigricantibus; antennis fulvis apice infuscatis; abdomine serie media macularum trigonarum segmentorumque apicibus tenuiter albidis, lateribus supra anguste ferrugineis, ventre nigro; tibiis obscure ferrugineis, anticis apice late nigris; alis immaculatis. ♂♀. (Long. ♂ 6—7, ♀ 7—8 lin.)

Mas: capite magno, oculis valde convexis;

Fem.: oculis sat late distantibus, callo infimo ab antennis remotiori.

Wahlb. in Conspect. Actor. Reg. Acad. Holm. 1848. n:o 9. p. 199. ♂♀.

Hab. in Lapponiis septentrionalibus versus finem Julii et initio Augusti, D. Profess. *Wahlberg*; scilicet ad Qvickjock, Lapponiæ Lulensis, et ad Karesuando atque Palajoënsuu, Lapponiæ Tornensis, 1843 et 1847 in utroque sexu deprehensus.

♂♀. A me neque inventus neque visus. Celeb. *Wahlberg* l. c. affert hanc speciem "magnitudine et statura *T. alpino* æqvalem, a confinibus capite maris magno, oculis breviter et dense cinereo-hirtis, interstitio feminæ frotali latiusculo, palpis utriusque sexus obscuris, antennis fulvis apice tantum infuscatis, abdomine convexiusculo, segmentorum apicibus tenuiter maculisque mediis minutis albidis, lateribus tantum supra anguste ferrugineis, ventre, segmentorum apicibus exceptis, toto nigricante, et nervis denique alarum crassiusculis," præcipue differre.

16—17. T. *punctifrons:* oculis æneis, transversim purpureo-trilineatis, mediocribus, minus convexis, nigricans, subopacus; triangulo frontali plano, albo-cinerascente, apice nigro-bipunctato; palpis albidis; antennis basi ferrugineis; abdomine maculis trifariam positis segmentorumque apicibus tenuiter griseis, lateribus in utraque pagina segmentoque ventris tertio toto ferrugineis; tibiis obscure ferrugineis, anticis apice infuscatis; alis subhyalinis; immaculatis. ♂. (Long. 5 lin.)

Wahlb. Conspect. Actor. Acad. Holm. 1848. n:o 9. p. 200. ♂.

Hab. in Lapponia Lulensi rarissime; in planitie alpis Walli prope Qvickjock 3,100 ped. supra mare elevata mas in unico exemplo 20 Jul. 1843 a D. *Wahlberg* detectus; mihi nunquam obvius.

♂. In suo genere minor, latus, parum convexus. Proximus *T. alpino*, sed et ab hoc et a celeris facile dignotus punctis 2 frontalibus minutis, nigro-pilosis. Per alas hyalinas, nec subfumatas, et tibias ferrugineas insuper a *T. albo-maculato* discrepat. Indicante cel. Detectore, vix est mas *T. confinis*.

17. T. *albo-maculatus* I. p. 116.

18. T. *maculicornis* I. p. 117. diagnosis hujus speciei ita recte sonat:

T. *maculicornis:* oculis nudis æneis, transversim purpureo-unilineatis, linea fere in medio oculi, niger, palpis tibiarumque basi albis; antennarum medio ferrugineo; thoracis lineis subqvinis abdominisque maculis trifariam positis, albidis; alis immaculatis. ♂♀. (Long. 5—5 ½ lin.)

Individua quædam feminea hujus ad Holmiam a D. *Boheman*, et in Bottnia boreali ad Luleå 1843 a D. *Andersson*, quoque lecta fuerunt.

Obs. T. maculicornis, licet *T. bromio* n:o 5 sat similis, tamen vix est ejus varietas.

19. *T. confinis* I. p. 118. — Etiam in Lapponia Lulensi a D. *Wahlberg* 1845 captus.

20. *T. sublunaticornis* I. p. 118.

21. *T. rusticus* I. p. 119. Zell. Isis 1842. p. 823. 2. ♂♀.

22. *T. fulvus* I. p. 120. Zell. Isis 1842. p. 822. 1.

23. *T. ruralis* I. p. 120. In Ostrogothia ad Gusum quoque parce deprehensus.

24. *T. plebejus* I. p. 121. Zeller Isis 1842. p. 823. 3. ♂♀.

Femina in Bottnia boreali ad Luleå 1843 etiam a D. *Andersson* observata.

---

2. HÆMATOPOTA. Meig.

1 *pluvialis* Linn. ♂♀. 2 *longicornis* Macqv. ♀. 3 *crassicornis* Wahlb. n. sp. ♂♀.

1. *H. pluvialis* I. p. 122. *Tabanus* fuscus, alis cinereis, punctis minutissimis albis. Geoffr. Ins. Paris. 1762. 2. p 461. 5. ♀.

Circa Gryphiam et Berolinum Jul.—Sept. a D. *Dahlbom* etiam copiose visa.

2. *H. longicornis:* oculis pictis, nigricans; thoracis lineis abdominisque incisuris cinereis; alis fumatis, maculis subundulatis albis; antennis capite saltem 1 ½ longioribus, nigris, articulo primo cylindrico ultimo parum crassiori. ♀. (Long. 4 lin.)

Macqv. Buff. 1. 211. 3. ♀. *Hæmatop. pluvialis* var. 2. Meig. Dipt. 2. 79. ♀.

Hab. in Svecia media, Smolandia rarius; etiam e Dania sub nomine allato a D. *Stæger* in unico specimine communicata.

♀. Ab *Hæmat. pluviali,* cui valde similis, differt præcipue antennis paullo longioribus, articulo 1:mo minus crasso, ut et abdomine parum cinereo-maculato. Antennæ capite circiter 1⅔ longiores, articulo 1:mo cylindrico basi ultimi haud crassiori; totæ nigræ, articulo 3:tio basi brunnescenti-nigro. Abdomen nigrum, incisuris distincte, et macula apicali in singuli segmenti medio trigona, cinereis. Harum macularum illa, quæ in segmento 2:do exstat, major, perspicuior ad apicem segmenti 1:mi extensa; reliqvæ parvæ, parum distingvendæ. Pedes nigricantes, tibiis anticis a basi et fere ad medium albidis. Tibiæ posteriores flavescentes, basi et apice annuloque medio fuscis. Metatarsi posteriores flavescentes. Alæ fuscanæ, guttis in disco sat numerosis albis, plerisque liberis, versus costam sæpe connexis. Reliqua ut in *H. pluviali.*

3. *H. crassicornis:* oculis pictis, nigra, breviuscula, thoracis lineis lateralibus abruptis et interruptis, cum incisuris abdominis maculisque parvis rotundis distinctis bifariam positis, albidis; alis saturate fumatis, maculis albis in lineas circulares, undulatas confluentibus; antennis capitis latitudine brevioribus, basi crassis. ♂♀. (Long. 4 lin.)

Wahlb. Conspect. Actor. Reg. Acad. Holm. 1848. n:o 9. p. 200. ♂♀.

Hab. in Svecia media valde rara; unicum tantum marem tempore vernali ad Mariæberg prope Holmiam, unicamque feminam ad Gusum Ostrogothiæ collegit Prof. *Wahlberg*.

♂♀. Speciem ipse non vidi — Descriptionem igitur Detectoris afferam. "*H. pluviali* affinis, an specie distincta? Formæ intermediæ adesse videntur. Differt statura breviori, colore intensius nigricante, nec subfusco, pictura thoracis abdominisque albida, nec cinerea, maculis alarum albis in lineas subcirculares magis confluentibus. Triangulum frontale angulo supero minus acuto l. brevius inter oculos adscendente. Antennæ breviores, articulo 1:mo maris subgloboso-elliptico, feminæ elliptico, nec maris elliptico, feminæ oblongo-elliptico. Lineæ thoracis laterales abbreviatæ et interruptæ, sat distinctæ, nec subcontinuæ, obsoletiores. Maculæ abdominis parvæ, rotundæ, distinctæ, nec majores, obsoletæ." *Wahlb.*

"*Obs. H. Equorum* Fabr., segmentis abdominis 2 et 3 ad latera ferrugineis, *H. pluvialis*, de cetero simillimæ, sine dubio est varietas, *Tabanorum* analoga. Marem ad Gothoburgum invenit nobilissimus D. *O. I. Fåhræus*." *Wahlberg* l. c.

---

3. CHRYSOPS Meig.

1 *cæcutiens* Linn. ♂♀. 2 *relictus* Meig. ♂♀. 2—3 *melanopleurus* Wahlb. n. sp. (*C. morio* Zett.) ♂♀. 3 *nigripes* Zett. ♀. 4 *pictus* Meig. ♀. 5 *quadratus* Meig. ♂♀. 6. *rufipes* Meig, ♂♀. 7 *sepulchralis* Fabr. ♂♀.

1. *C. cæcutiens* I. p. 123. In Uplandia ad Ekenäs

in Wermdön femina etiam a D. *Wahlberg* lecta. (♂ certe hujus e St. Sever Galliæ a nobiliss. D. *Leon Dufour* 1844 mecum communicatus — specimina mascula etiam ad Hamburgum a D. *Dahlbom* collecta — Feminæ e Lubeca a D. D. *Jacobo Behrens* et *Milde* missæ).

2. *C. relictus* I. p. 124. Huic sat affinis videtur *Chrys. parallelogrammus:* "alis costa fasciisque nigricantibus; abdomine ferrugineo, segmenti 2:di striolis longitudinalibus subparallelis nigris, 3:tii 4:tique fascia bis emarginata, in medio interrupta, nigra. ♀." Zell. Isis 1842 p. 823. f. 31. Hæc vero glogaviensis species Faunæ Scandinaviæ forte peregrina. *C. relictus* ♀ ad Ekenäs in Wermdön a D. *Wahlberg* quoque observatus. (Circa Gryphiam ex. gr. ad Rosenthal et aliis locis, atque etiam ad Hamburgum versus finem Junii et toto Julio in utroque sexu hunc haud raro deprehendit D. *Dahlbom).*

2—3. *C. melanopleurus:* "niger (♂), vel nigro-fuscus (♀), nigro-pilosus; antennis et pleuris concoloribus; palpis infuscatis; segmentis abdominis apice anguste ferrugineis, primo lateribus flavo-testaceo, secundo nigro, ad latera flavo-testaceo (♂), vel flavo-testaceo macula media gemina nigra (♀), dorso feminæ serie macularum testacearum; tibiis metatarsisque posterioribus testaceis, apice nigris; alis nigris, sinubus 2, in femina latioribus, hyalinis. ♂♀. (Long. 3 lin.)" Wahlb.

Wahlb. Conspect. Actor. Reg. Acad. Holm. 1848. n:o 9 p. 200. ♂♀.

Hab. in Lapponiis septentrionalibus mense Julio rarissime; marem in alpe Dowre Norwegiæ detexit D.

Boheman 1832, feminam inter pagum Palajoënsuu ad fluvium Muonio et montem Pajtasvara, Lapponiæ Tornensis, 1847 invenit D. *Wahlberg*.

♂♀. " *Chrys. relicto* statura et magnitudine æqualis, sed differt colore obscuriore, antennis totis nigris, palpis infuscatis, pictura abdominis diversa et pleuris denique in utroque sexu nigro-hirsutis, qua nota ab omnibus fere nostris speciebus facile distingvitur." Wahlb. I. c.

Obs. Antequam delineationem hujus speciei nuper allatam perlegerim, descriptionem ejusdem speciei, alio nomine imposito, e specimine masculo Dowreensi, a D. *Boheman* communicato (et ni memoria fallor cum eodem nomine remisso), jam confeci, quam adumbrationem, ex annotationibus meis extructam, afferre mihi liceat, quo conformitas in describendo hanc et ceteras species more nostro, obtineatur:

C. morio: nigricans, antennis palpisque concoloribus; tibiis testaceis; abdominis segmentis 1 et 2 macula laterali, reliqvis margine apicali summo, flavidis; pleuris nigro-pilosis. ♂. (Long. 4 lin.)

Hab. in alpe Dowre Norwegiæ mense Julio, D. *Boheman*.

♂. Similis *C. quadrato* n:o 5, sed differt alarum abdominisque pictura, ut et pleuris atro- (nota priva), nec flavo - vel fulvo-pilosis. Niger, nigro-pilosus, thorace vix vittato. Alæ nigricantes, maculis 2 transversis albis, una mox ante medium, altera versus apicem alæ sita, utraque nec costam, nec marginem interiorem attingens. Abdominis macula lateralis flava segmentorum 1:mi et 2:di in tertium etiam anguste descendit. Pedes ut in *C. quadrato*.

3. *C. nigripes* I. p. 125. Feminæ in alpibus Qvickjockensibus Lapponiæ Lulensis 1843 copiose observatæ a D. D. *Wahlberg* et *Boheman*. (Femina quoque in

Finlandia ad Uleåborg 10 Jul.—10 Aug. frequenter obvia, teste D. Doct. *William Nylander.)*

4. *C. pictus* I. p. 125. (E St. Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* 1844 duo specimina feminea sub indicio: "*Chrysops* sp. ign. affinis *C. quadrato* Meig.", obtinui forte potius variet. *C. picti*, quorum alterum segmento abdominis 2:do toto flavo, immaculato seu absque macula nigra.)

5. *C. quadratus* I. p. 125. (mares partim in hortis Gryphicis Jun. 1844 a D. *Dahlbom* in copia lectos, partim ad Hamburgum a D. D. *Dahlbom* et *Thorey* inventos, partimque olim ex Austria a D. *Andersch* missos vidi; femina e Berolino a D. *Hoffmann* 1842 communicata).

Obs. Abdominis macula media nigra difformis subquadrata in segmento 2:o saltem in ♂ est perspicua.

6. *C. rufipes* I. p. 126.

7. *C. sepulchralis* I. p. 127. (♀ ad Jungfern-Heyde et Moabite prope Berolinum Jul. 1842 sat frequenter observata a D. Doct. *Dahlbom).*

3—4. HEXATOMA Meig.

Corpus magnum, tabaniforme, villosulum. Oculi convexi, lineati. Ocelli nulli. Antennæ capite fere longiores, filiformes, porrectæ, radice approximatæ, articulo 1:mo piloso; sexarticulatæ, articulis 3:tio longissimo, 1:mo modice longo, 6:to nonnihil breviori, apice obtuso, 2:o, 4:to et 5:to brevissimis. Palpi biarticulati, crassi, pilosi. Proboscis exserta,

carnosa, stipite brevi, capitulo ovato, bilabiato. Alæ deflexæ, parallelæ, nervis ut Sectione 2:da *Tabanorum* directis, nervo longitudinali tertio apice furca simplici terminato. *Color* corporis niger, pubescentiæ grisescens. *Mores Tabani. Differentia sexus; mas:* oculis maximis, contiguis; palpis articulo ultimo rotundato proboscideque horizontaliter exsertis; *femina:* oculis paullo minoribus, in fronte remotis; palpis articulo ultimo anguste conico, acutiori, proboscideque oblique exsertis.

1. *H. bimaculata:* oculis hirsutulis lineatis, nigra, antennis, palpis, proboscide pedibusque concoloribus, tibiis omnibus metatarsisque posterioribus, basi late albis; thorace griseo-villoso; abdomine basi glauco-bimaculato; alis hyalinis subimmaculatis, squamis albidis, halteribus sordidis. ♂♀. (Long. circiter 6 lin.)

Mas: oculis magnis contiguis purpureo-æneo-que bilineatis.
Fem.: oculis minoribus distantibus purpureo-æneo-que qvadrilineatis.

Meig. Dipt. 2. 83. 1. ♂♀. Macqv. Buff. 1. 213. 1. ♀. Tab. 5. f. 6. (caput). — Wahlb. Conspect. Actor. Reg. Acad. Holm. 1848. n:o 9. p. 198. ♂♀. *Heptatoma* eadem Fabr. Antl. 105. 1. *Tabanus pellucens* Fabr. Ent. Syst. 4. 365. 15. *Tabanus albipes* Schrank Ins. Austr. p. 480. 977. ♀.

Hab. in Svecia media, rarissime; scilicet in floribus Laserpitii, in convalle fodinas ferreas Ormstorp et Nartorp interjacente, paroeciæ Skällvik in Ostrogothia orientali-maritima, d. 6 Jul. 1848 marem unicum deprehendit eximius noster naturæ scrutator Professor *Wahl*

berg. (Mea specimina mascula e Gallia meridionali beato *von Winthem* debeo).

♂♀. Magnitudo et statura *Taban. bromii,* sed antennis longis et porrectis, ut et abdomine basi maculato mox dignota. Epistoma lateribus tumidum nigrum nitidum, medio concavum albo-hirtum. Pleuræ sat dense albo-villosæ. Abdomen atrum et atro-pilosum, basi utrinque macula glauca. Anus albido-hirtus. Segmenta ventralia margine apicali præsertim ad latera glaucescente. Alæ hyalinæ, nervo longitudinali 2do crassiori, ferrugineo. Pedes nigri, obscure pilosi, tibiis anticis a basi ad medium, posterioribusque ultra medium candidis et (in ♂) candido-villosis. Metatarsi posteriores testacei, apice nigricantes.

Fam. 2. XYLOPHAGII Latr.

4. XYLOPHAGUS Meig.

1 *ater* Fabr. ♂♀. 2 *cinctus* Fabr. ♂♀. 3 *maculatus* Fabr. ♂♀.

1. *X. ater* I. p. 128. Femina quoque ad Gusum Ostrogothiæ reperta a D. *Wahlberg.* — Larvæ hujus speciei in larvis *Pyrochroæ coccineæ* prædantes vivunt, teste D. *Drewsen.*

2. *X. cinctus* I. p. 128.

3. *X. maculatus* I. p. 129.

---

5. SICUS Fabr.

1. *S. ferrugineus* Fall. ♂♀. I. p. 130.

---

6. BERIS Latr.

1 *dubia* Zett. ♂. 2 6—*dentata* Fabr. ♂♀. 2—3 *fuscipes* Meig. ♂. 3 *clavipes* Linn. ♂♀. 4 *vallata* Meig. ♂♀. *obscura* Meig. ♂.

1. *B. dubia* I. p. 131.

Obs. Propter distinctionem a *B.* 6-*dentata* seqventia descriptioni addam: sequente major, robustior. Antennæ capite nonnihil fere breviores, nigræ. Oculi in fronte cohærentes, hirti. Thorax griseo-pubescens. Abdomen latum, glabriculum, nigrum, ano concolore; segmento ultimo ad latera leniter griseo-pubescente. Alæ parum fuscanæ, stigmate brunnescente. Ex area discoidali oblonga quatuor radii excurrunt ad marginem interiorem alæ tendentes, quorum 2:dus (ab infra numeratus) in medio abbreviatus. Pedes fusci, genubus et metatarsis pallidis. Coxæ nigricantes. Metatarsus posticus parum incrassatus. — In Lapponia Lulensi ad Qvickjock raro quoque observata fuerit.

2. *B. sexdentata* I. p. 132. Löw Ent. Zeit. 1846. n:o 8. p. 261. var. 1. ♂♀. *Beris flavipes* Macqv. Buff. 1. 233. 9. ♂♀. et Meig. Dipt. 7. 56. 14., volente *Löw* l. c. — (Specimen masculum a D. *Zeller* e Sudetis sub nomine *B. chalybeata* quoque communicatum. Feminam etiam ex Helvetia obtinui.)

Mas: antennæ capite fere breviores. Frons antice et epistoma nigro-pubescentia. Oculi cohærentes, hirti. Thorax supra obscure æneus, nigro-pubescens. Abdomen oblongum, atrum, opacum, ano concolore. Alæ et halteres obscura. Radius 2:dus (ab infra numeratus) ex alarum area discoidali excurrens parum conspiciendus. Coxæ nigræ. Femora et tibiæ flavida. Tarsi nigricantes. Metatarsus posticus distincte incrassatus, lividus.

Femina: antennæ longitudine capitis. Frons lata, glabra, nitida. Epistoma brevissime puberulum. Thorax supra chalybeus, brevissime griseo-puberulus. Abdomen nigrum nitens, ano concolore. Alæ parum fuscanæ, stigmate brunnescente, nervis ut in ♂ directis. Halteres flavi. Coxæ saltem basi subinfuscatæ. Femora et tibiæ flava. Tarsi nigricantes, metatarso postico leniter incrassato, flavido. Scutelli radii numero variant. Abdomen interdum piceum vel ferrugineum, incisuris obscuris.

Obs. Specimen hamburgicum (♂) a *von Winthem* sub nomine: 6-*dentata* Meig. missum, differt a nostra: magnitudine fere duplo majore, alis minus infuscatis, fere hyalinis, stigmate brunnescente, et halteribus flavis; forte alia est species.

2—3. *B. fuscipes:* thorace obscure æneo (♂), capite, scutelli radiis 6, abdomineque, nigris; pedibus brunneis, genubus tarsorumque basi dilutioribus; alis subfuscanis, halteribus sordide flavidis. ♂. (Long. $2\frac{1}{2}$ lin.).

Meig. Dipt. 2. 3. 11. ♂. Löw Ent. Zeit. 1846. n:o 9. p. 282. 4?

Hab. in Svecia media rarissime, mihi non obvia, sed in pratis humidis ad Holmiam Uplandiæ 20—24 Jun. 1842 a D. *Boheman* lecta mihique communicata.

♂. Similis *B. sexdentatæ*, a qua thorace brevius hirto, alis paullo minus infuscatis, pedibus obscurioribus, halteribus,

dilutioribus, etc. distingvitur. Caput cum antennis et oculis omnino ut in *B.* 6-*dentata.* Thorax nitens, breviter nigro-hirtus. Scutelli radii 6 distincti, sed forte ad basin utrinque adest radius licet minutissimus (unde scutellum a *Meigen* 8-radiatum dicitur). Abdomen angustatum, nigrum, nitidum, vix nisi ad latera parce pilosulum. Alæ leniter fuscanæ, basi dilutiores, stigmate brunneo. Area discoidalis tres tantum radios in marginem interiorem emittit. Halteres flavescentes (ut apud Meigenum), nec ut in Löwii *B. fuscipede* "nigricantes" — Coxæ nigræ. Femora brunnea, geniculis flavidis. Tibiæ brunnescentes. Tarsi obscuri, articulo 1:mo basi flavido. Metatarsus articulis reliquis parum longior, incrassatus, totus obscurus.

Obs. 1 Femina cum mare etiam a D. *Boheman* reperta fuerit, mihi ignota; *Beris nigra* Meig. a D. *Löw* habetur.

Obs. 2. *B. nitens* Löw Ent. Zeit. 1846. n:o 9. p. 287 et 7 mas mari *B. fuscipedis* accedit, sed corpore longius piloso, antennis capite longioribus, alis magis fuscis, pedibus totis nigris, etc., longe differt, a Cel. *Löw* mecum communicata.

3. *B. clavipes* I. p. 132. Löw Ent. Zeit. 1846. n:o 9. p. 259. 2. ♂♀.

4. *B. vallata* I. p. 133. Löw Ent. Zeit. 1846. n:o 7. p. 222. 1. ♂♀. *Stratiomys* nigra, alis nigris, femoribus abdomineque luteis. Geoffr. Ins. Paris. 1762. 2. p. 483. 8. ♂.

(Par copulatum e St. Sever Galliæ mihi quoque communicavit Nobiliss. *Leon Dufour*).

5. *B. obscura* I. p. 133. *B. sexdentata* Löw Ent. Zeit. 1846. n:o 8. p. 261. var. scutelli radiis 4. ♂.

Fam. 3. STRATIOMYDÆ Latr.

7. STRATIOMYS Geoffr.

Sect. 1. Antennarum articulus 1:mus 2:do quadruplo et ultra longior.

1 *Chamæleon* De Geer ♂♀. 1—2 *Potamida* Meig. ♂♀. 2 *furcata* Fabr. ♂♀. 3 *strigata* Fabr. ♂♀.

Sect. 2. Antennarum articulus 1:mus et 2:dus subæque longi.

4 *ornata* Meig. ♂♀. 5 *Microleon* Linn. ♂♀. 6 *argentata* Fabr. ♂♀. 7 *nigrita* Fall. ♂♀. 8 *Hydropota* Meig. ♂♀. 9 *ruficornis* Zett. ♂♀. 10 *Hydroleon* Linn. ♂♀. 11 *viridula* Fabr. ♂♀.

1. S. *Chamæleon* I. p. 134. Diagnosis hoc modo corrigenda: thorace fusco, scutello flavo: basi macula triangulari nigra; abdomine supra atro, fasciis interruptis flavis, harum 3:tia maculiformi, subobliqva, subtus flavo, strigis nigris; pedibus testaceis, maris femoribus tibiarumque annulis nigris, feminæ femoribus annulo ante apicem fusco subtus in strigam elongato. ♂♀. (Long. fere 7 lin.)

Stratiomys fusca, thorace subhirsuto ferrugineo, abdomine glabro ovato plano, lunulis 6 luteis. Geoffr. Ins. Paris. 1762. 2. p. 479. 1. Tab. 17. f. 4.

Etiam in Scania ad Esperöd haud raro inventa. (E Lubeca a D. *J. Behrens* 1843 missa).

Obs. *Stratiom. cenisiam*, quam ab Exteris obtinui, ab imaginum *Str. Chamæleontis* pictura parum differre videtur.

1—2. S. *Potamida:* thorace fusco, scutello flavo: basi macula semicirculari angusta nigra, abdomine supra atro, macula basali utrinque fasciisque duabus angustis flavis, harum 1:ma in ♂ interrupta, subtus flavo, fasciis nigris; pedibus testaceis, femoribus tibiarumque annulis nigris. ♂♀. (Long. 6—7 lin.)

Mas: oculis cohærentibus, capite nigro, epistomatis macula utrinque subtriangulari, flava; abdominis fascia prima interrupta;

Fem.: oculis late distantibus, capite flavo, fronte epistomatisque linea media nigris; abdominis fasciis integris, prima in medio angustissima.

Meig. Dipt. 3. 136. 3. ♂♀. Macqv. Buff. 1. 243. 3. ♂♀.

Hab. in Sveciæ meridionalis Umbellatis Julio rarius; utrumque sexum in Scania inveni; marem quoque ex Hafnia a D. *Stæger* obtinui.

♂♀. Similis *Str. chamæleonti*, sed abdominis pictura præcipue distincta. Oculi nudi. Caput nitidum. Scutellum cum spinis flavum, basi fascia angusta nigra. Abdomen atrum, segmentis: 2:do macula laterali triangulari flava; 3:tio fascia apicali angustata flava, aut in medio abrupta (in ♂), aut integra in medio valde angusta (in ♀); et 4:o etiam fascia in utroque sexu integra, in ♂ tamen in medio paullo angusta. Anus macula triangulari flava. Venter sordide flavus, fasciis 4 angustis nigris. Reliqua ut in præcedente.

2. S. *furcata* I. p. 135. In Uplandia jam 23 Maji lecta. (Ad Jungfern-heyde, Moabite, Rixdorff etc., prope Berolinum a D. *Dahlbom* etiam deprehensa).

3. *S. strigata* I. p. 135. *Stratiomys* fusca, thorace hirsuto ferrugineo, abdomine glabro ovato plano immaculato. Geoffr. Ins. Paris. 1762. 2. p. 480. 2. (e larvis educata).

Etiam in Gottlandia *D. Bohemau* 1847 duo specimina invenit. (E St. Sever Galliæ a D. *Leon Dufour*, e Sicilia a Prof. *Löw*, et e Melita (Malta) a Doct. *Schembri* obtinui 1846.

4. *S. ornata* I. p. 136. Löw Linnæa Entomol. 1846. 1. p. 476. ♂♀.

In floribus Laserpitii ad Gusum Ostrogothiæ 1848 utrumque sexum invenit D. *Wahlberg*. (E Sicilia a D. *Löw* 1846 quoque missa).

5. *S. Microleon* I. p. 137. In Ostrogothia ad Gusum 20 Maji 1842, D. *Wahlberg*, et ad Winnerstad, D. *Aug. Holmgren*, etiam hanc speciem legerunt.

6. *S. argentata* I. p. 137. Zell. Isis 1842. p. 287. 10. *Odontomyia* Löw Linnæa 1846. 1. p. 476. 5. ♂♀. (Sub nomine *Strat. paludosa* Schum. ♀ e Posnania 1843 a D. *Löw* communicata.)

In Dania in Ordrups Mose Dominus *Jacobsen* invenit in floribus Salicis sat copiose (6 Maji) feminas tarde se moventes, et mares aut in culmis sedentes aut in aëre velocissime volitantes.

7. *S. nigrita* I. p. 138. *Stratiomys* nigra, tibiis albidis, alarum margine exteriore nigro. Geoffr. Ins. Paris. 1762. 2. p. 481. 5. *Odontomyia tigrina* Löw Linnæa 1846. 1. p. 468. ♂♀.

(Mares ad Neuenkirchen (in Mecklenburg) jam 15—20 Maji, et feminas ad Neustadt Eberswalde prope Berolinum circa 12 Junii 1842, sat frequentes observavit D. *Dahlbom*).

8. *S. Hydropota* I. p. 138. *Odontomyia angulata* Löw Linnæa 1846. I. p. 483. 9? ♂♀. *Stratiomys angulata* Panz. Fn. Germ. 58. 19. affirmante Löwio l. c.

Var.b. ♀. *Odontomyia felina* Löw Linnæa 1846. I. p. 487. 11. *Stratiomys felina* Panz. Fn. 58. 22. volente Löwio l. c.

9. *S. ruficornis* I. p. 139. *Odontomyia angulata* Löw Linnæa 1846. I. p. 483. 9. ♂♀. forte?

In Uplandia ad Holmiam a D. *Wahlberg* etiam lecta; ad Hafniam a D. *Stæger* deprehensa.

Obs. Ut "*Stratiomyd. brevicornem* Löw" (Isis 1840) exemplum femineum nostræ *S. ruficorni* simile communicavit Professor *Löw*, sed cum antennæ in specimine misso *mutilatæ* sunt, veram identitatem affirmare non possum.

10. *S. Hydroleon* I. p. 140. *Odontomyia eadem* Löw Linnæa 1846. I. p. 481. 8 ♂♀. — *Stratiomys* fusca; abdomine viridi, fascia longitudinali nigra. Geoffr. Ins. Paris. 1762. 2. p. 481. 4? (longitudo ($3\frac{1}{2}$ lin.) et abdominis pictura in descriptione allatæ *Str. Hydroleonem* significant, oculorum vero pictura *Str. viridulam* aperte prodit.)

Obs. Inter loca natalia deleatur forte Holmia, ubi species genuina hactenus vix observata est.

Descriptioni adde: antennæ nonnihil longiores quam in *Str. Hydropota* et *ruficorni*. Caput vero quam in illis paullulum minus. Abdominis vittæ nigræ dentes laterales 2:dus et 3:tius magis dilatati, fere ad marginem interiorem extensi.

11. *S. viridula* I. p. 140. *Odontomyia* eadem Löw

Linnæa 1846. I. p. 491. 13. ♂♀. Etiam in Norwegia ad Christianiam freq., D. Hortulan. *Moë.* (Ad Jungfernheyde et Moabite prope Berolinum Jul. 1842 non raro reperit D. *Dahlbom).*

---

8. OXYCERA Meig.

1 *Hypoleon* Linn. ♂♀. 1—2 *Meigeni* Stæg. ♂♀. 2 *trilineata* Linn. (Syst. Nat.) ♂♀. 3 *pardalina* Meig. ♂♀. 4 *maculata* Zett. ♀. 5 *formosa* Meig. ♂♀. 6 *pygmæa* Fall. ♂♀.

1. *O. Hypoleon* I. p. 142.

Duæ species Scandinavicæ sub hoc nomine olim latentes et commixtæ, jam distingvendæ, nempe:

1. *O. Hypoleon:* nigra, antennis testaceis; thoracis vitta laterali antica, puncto utrinque postico magno, lineolis dorsalibus 2, scutello, abdominis fasciis 3 interruptis obliqvis maculaque anali, flavis; pedibus flavis; coxis, femorum anticorum basi tarsorumque omnium apice nigris. ♂♀. (Long. 2½ fere 3 lin.)

Zett. Dipt. Scand. 1. 142. 1. ♀. (exclus. synon. Meig. et Panz.) — *Musca hypoleon* Linn. Syst. Nat. Edit. 12. 1767. 2. p. 980. 7. — *Stratiomys hypoleon* Fall. Stratiomyd. 10. 7. ♀. certe secundum specimen typicum — *Oxycera Falleni* Stæg. Ent. Zeit. 1844. 5. p. 410. 3. Löw Dipt. Beitr. 1845. p. 13. 2. fig. 3 ♂., fig. 4 ♀ (bonæ).

Hab. in Scandinavia meridionali rarissime; specimen femineum in frutice Coryli juxta molinam ad vil-

lam Esperöd Scaniæ mense Augusto 1816 a beat. *Fallén* detectum; uterque sexus deinde (25 Aug. 1844) in Dania a D. *Stæger* inventus, mihique benigne communicatus.

Mas. Caput nigrum, griseo-pubescens, supra antennas punctis 2 pallidis. Oculi distincte nigro-hirti, in fronte arcte cohærentes, in vivo linea media transversa purpurea. Antennæ flavescentes, basi apiceque nigricantes, seta nigra. Proboscis pallida. Thorax niger, pubescens, vitta laterali ab humeris ad medium seu ad suturam transversam ducta, in humeris modice lata, versus suturam sensim paullo latiori, tota flava; huic proxime subjecta est alia in pectore, ejusdem longitudinis et coloris, sed antice multo angustior, petiolata. In disco dorsali adsunt lineolæ 2 late distantes, valde tenues, abbreviatæ, ad suturam transversam descendentes, totæ flavæ. Juxta scutellum utrinque macula rotundata flava. Scutellum flavum, basi anguste, et spinis summo apice, nigris. Metathorax niger. Abdomen rotundatum, nigrum; ad latera maculæ tres flavæ (una utrinque in singulo segmentorum 2, 3 et 4), quarum 1:ma minuscula rotundata, 2:da et 3:tia oblongæ, obliquæ. Hæ maculæ formant fascias tres flavas, quarum 1:ma latissime, 2:da modice, et 3:tia tantum paullulum, interruptæ. In segmento ultimo macula late trigona, flava. Alæ sordide hyalinæ, nervis presertim costalibus pallescentibus. Halteres flavi. Pedes flavi, coxis omnibus trochanteribusque nigris. Femora antica basi annulo lato nigro. Tarsi antici nigri, metatarso toto, et articulo 2:do saltem basi, pallidis. Tarsi posteriores pallide flavi, articulis 2 ultimis nigris.

Fem. Similis mari, sed per seqventia differt. Oculi late distantes, tenuiter hirti. Frons et epistoma flava, vitta media nigra. Antennarum articulus ultimus testaceus. Orbita oculorum postica tumidiuscula flava. Thorax parum pubescens. Lineæ dorsales flavæ in disco evidentiores et nonnihil longiores. Pone radicem alarum ad metathoracem macula utrinque

flava. Maculæ laterales in segmento 2:do paullo longiores (rectæ). Reliqva ut in ♂.

Obs. *Linné* in descriptione suæ *Muscæ hypoleonis* l. c. dixit: "*antennæ pallidæ* et *pedes flavi*," quæ notæ haud male in nostram speciem quadrant. Verba Linnæi: "abdomen flavum fasciis abbreviatis, 2, curvis, fere connexis," ita interpretata volo, ut abdomen sit flavum per (quoad) fascias vel mediantibus fasciis abbreviatis (interruptis), quarum 2 curvæ (obliquæ), fere connexæ h. e. fere integræ. Linnæi igitur sententia minime esse potuit abdomen *totum* (mente Lövii l. c.) esse *flavum* exceptis fasciis nigris, sed fuit e contrario aperte fascias esse flavas, reliqua abdominis parte præsuposita esse nigra.

1—2. *O. Meigeni:* nigra, antennis fuscis l. obscuris; thoracis lunula humerali transversa, maculis lateralibus utrinque 2, lineolis dorsalibus 2, scutello, abdominis fasciis 3 interruptis obliqvis maculaque anali, flavis; pedibus flavis, coxis totis, omnibusque femoribus basi late, nigris; tarsis anticis obscuris. ♂♀. (Long. 3 ½ lin. et ultra).

Stæg. Ent. Zeit. 1844. 5. p. 410. 2. — Löw Dipt. Beitr. 1845. p. 11. 1. f. 1. ♂. f. 2. ♀. (fideles). (synon. Macqvarti *Oxyc. Hypoleon* mihi dubium videtur). — *Strat. hypoleon* Fabr. Ent. Syst. 4. 267. 20. Ejusd. Antl. 85. 29. Panz. Fn. Germ. 1. 14. ♂. — *Oxycera Hypoleon* Meig. Dipt. 3. 124. 1. ♀. (exclus. syn. Linn. et Fall.)

Hab. in Dania, ubi medio mensis Julii valde rara occurrit; a D. *Stæger* in utroque sexu communicata, mihi nec in Svecia, nec in Norwegia obvia.

♂♀. A priori (*O. Hypoleone*), cui, etiam quoad discrimen sexus valde similis, differt præcipue: magnitudine paullo ma-

jore, antennis (in nostris speciminibus) paullo obscurioribus, thoracis macula antica flava lunulam humeralem transversam, nec vittam lateralem, formante, femoribus omnibus, nec tantum anticis, basi nigris, et tarsis anticis totis obscuris, nec metatarso cum articulo 2:do flavis. Frons et epistoma flava, vitta media nigra. Antennarum seta pallida. Lunulæ humerales flavæ cum lineolis dorsalibus interdum cohærent. Coxæ, trochanteres, et femora ultra medium, nigra. Tarsi posteriores flavi, versus apicem ferruginei. Frons flava in ♀ anterius nonnihil latior, lineaque media nigra anterius quoque paullulum forte latior, nec (ut in priori) frons parallela, nec linea media nigra exacte linearis. Tarsi antici in ♀ articulis 2 basalibus latiusculis subcompressis, nec simplicibus, ultimo flavido, nec obscuro. Reliqva ut in *O. Hypoleone.*

2. *O. trilineata* I. p. 142.

Var. a. *Stratiomys trilineata* Linn. Syst. Nat. Ed. 12. 2. p. 980. 6. — *Stratiomys* luteo-virescens, thorace lineis 3 longitudinalibus, abdomine tribus transversis arcuatis nigris. Geoffr. Ins. Paris. 1762. Tom. 2. p. 482. 7. ♂.

Var. b. Meig. 1. c. var. in descript. — *Musca Hypoleon* Linn. Syst. Nat. Ed. 12. 1767. 2. p. 980. 7., demonstrante *Löw* Dipterolog. Beitr. 1845. p. 17. an recte? Repugnant interea seqventia: 1:mo *Musca trilineata* et *Hypoleon* a *Linnæo* ut duæ *distinctæ* species describuntur, nulla mentione facta de earum (Linnæanarum) similitudine, quæ tamen excepto colore viridi (in una) et flavo (in altera specie) maxima esset. 2:do e contrario thorax et abdomen *Muscæ trilineatæ* et *hypoleonis* ornata describuntur *pictura* in ambabus speciebus satis *diversa* et *dissimili.*

Hab. var. a., præter loca allata, etiam in Scania ad Lund, Kjellby, Lindholmen, Esperöd etc., non parce; var. b. in utroque sexu quoque ad Wadstena Ostrogothiæ inventa. (Var. a. ♂. ad Rixdorff, Johannis Thal et Rudower prope Berolinum Jul. 1842 a D. *Dahlbom* observata; etiam e Posnania a D. *Löw* missa).

Obs. Transitus individuorum corpore coloris *viridi-flavi* dantur, et varietatem a. cum b. conjungunt.

3. *O. pardalina* I. p. 143.

4. *O. maculata* I. p. 144.

5. *O. formosa* I. p. 145.

6. *O. pygmæa* I. p. 145.

E Smolandia specimen masculum etiam obtinui.

---

9. NEMOTELUS Geoffr.

1 *uliginosus* Linn. ♂♀. 2 *bifasciatus* Meig. ♂. 3 *notatus* Stæg. ♂♀. 4 *pantherinus* Linn. ♂♀.

1. *N. uliginosus* I. p. 146. Epistoma rectius modice productum quam "longe porrectum" dicitur.

Var. a. Löw Linnæa Ent. 1846. 1. p. 432. 4. ♂♀. *Nemotelus* niger abdomine punctis albis. Geoffr. Ins. Paris. 1762. 2. p. 543. 2. ♀.

In Scania haud raro in copula capta. (Ad Rosenthal prope Gryphiam feminas non parce observavit Jun. 1844 D. *Dahlbom*).

Obs. Masculorum partes genitales etiam nigræ.

Var. b. ♂. adde descriptioni: partes genitales et sæpe etiam abdominis apex nigra.

2. *N. bifasciatus* I. p. 148.

Epistoma modice, nec multo longe porrectum. ♂ in Scania ad Esperöd 20 Jul. 1843 quoque collectus.

Obs. 1. Secundum *Löw* in Linnæa *Nem. bifasciatus* esset non nisi varietas *Nem. uliginosi.*

Obs. 2. E Posnania a D. Prof. *Löw* specimen masculum sub nomine: "*N. Pica* Löw." obtinui, quod quantum observare possim, a nostro *N. bifasciato* non differt nisi abdominis fascia apicali in segmento 4:to nigra immaculata, nec punctum albidum utrinque includente.

3. *N. notatus* I. p. 148. Löw Linnæa 1846. I. p. 437. 6. ♂♀.

Var. a. ♂♀. In litore maris ad Borgholm Ölandiæ etiam a D. *Wahlberg* inventus. (Ad Gryphiam Jul. 1845 in utroque sexu lectus a D. *Dahlbom.* Ad Salinas circa Nauheim et Wisselsheim Germaniæ in fine Aug. 1843 deprehensus a D. Senatore *v. Heyden.* Cfr. Ent. Zeit. 1844 n:o 6. p. 202—203.)

Var. c. ♂. in floribus litoralibus ad Esperöd Scaniæ 20 Jul. 1843 quoque repertus. (Ad Gryphiam observavit D. *Dahlbom).*

4. *N. pantherinus* I. p. 150. Löw. Linnæa 1846. I. p. 445. 9. ♂♀. — *Nemotelus* niger, abdomine niveo, fasciis duabus nigris. Geoffr. Ins. Paris. 1762. 2. p. 543. 1. Tab. 18. f. 4. ♂.

(Etiam e Posnania in utroque sexu a D. *Löw* communicatus).

Obs. 1. Epistoma modice longum, nec longiusculum.

Obs. 2. *Nem. punctatus* Fabr. et Meig. est ♂, et *N. longirostris* Wied. Dipt. exot. est ♀ ejusdem speciei.

5. *N. nigrinus* I. p. 151. Löw Linnæa 1846. I. p. 454. 18. ♀. (♂♀ etiam a Prof. *Löw* missi).

---

10. PACHYGASTER Meig.

Larvæ descriptæ et depictæ in Beiträge zur Entomolog. von *Schilling* 1. Heft. p. 94. Tab. 8. f. 8. — Cfr. etiam *Leon Dufour*: Sur la larve des *Pachygaster meromelas*. Brochure n:o 1. p. 264. — Larvæ quoque in ligno putrido Populi observatæ.

1 *ater* Fabr. ♂♀. 2 *tarsalis* Zett. ♂♀. 3 *pallipennis* Macqv. ♂♀. 4 *minutissimus* Zett. ♂♀.

1. *P. ater* I. p. 152.

(♂♀ etiam e Posnania a D. *Löw* communicati.)

2. *P. tarsalis* I. p. 152.

3. *P. pallipennis* I. p. 153. In Ölandia 25—30 Jun. marem legit D. *Boheman*. (Sub nomine: "*Vappo pallipennis* Macqv. e S:t Sever Galliæ" ut frequens incola in utroque sexu a D. *Leon Dufour* 1844 missus).

4. *P. minutissimus* I. p. 153.

Mas similis *feminæ*, sed oculi cohærentes, halteres nigri, tibiæ obscuræ.

♂ et ♀ e pupis elongatis (1½ lin. longis), depressis, apicibus rotundatis, totis brunneis, parce pilosis, segmentis 8, sub cortice truncis Abietis vetustis, egressi 6—10 Maji 1842 Holmiæ, D. *Boheman*.

---

11. CHRYSOMYIA Macqv.

*) oculis in utroque sexu hirtis.

1 *formosa* Schrank ♂♀.

**) oculis in utroque sexu nudis.

2 *polita* Linn. ♂♀. 3 *pallipes* Meig. ♂♀. 4 *cyaneiventris* Zett. ♂♀.

1. *C. formosa* I. p. 151. In litore maris ad Lomma Scaniæ 9 Aug. 1843 frequens, *Dahlbom*. (In hortis Gryphicis Jul.—Sept. 1843, ad Rixdorff, Johannis Thal et Rudower prope Berolinum 1845, et Kiliæ Holsatiæ Jul. 1847, ab eodem *Dahlbom* in utroque sexu sat copiose lecta. E S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* 1844, et e Sicilia a D. *Löw* 1847, et mares et feminas missos quoque obtinui).

2. *C. polita* I. p. 155. In Dania ad Hafniam (Dyrhaven) etiam legit D. *Dahlbom*; in Norwegia ad Christianiam, copiose D. Hortulan. *Moë*. (Ad Gryphiam freqventer observata a D. *Dahlbom*. E Gallia in utroque sexu a D. *Leon Dufour* communicata).

3. *C. pallipes* I. p. 155. ♂ var. a. in Scania ad Lomma 9 Aug. 1843 a D. *Dahlbom* captus. (Mares quoque in hortis Gryphicis Maji 1842 et Hamburgum ab Eodem deprehensi).

4. *C. cyaneiventris* I. p. 156. Etiam Holmiæ a D. *Wahlberg* inventa. ♀ in Smolandia rarissime.

---

12. SARGUS Fabr.

Antennarum articulus 3:tius normaliter suborbicularis, in exotico *Sargo nigro* subulatus. Larvæ quarundam specierum etiam in cadaveribus mammalium vivunt, *Bremi*.

1 *cuprarius* Linn. ♂♀. 2 *nubeculosus* Zett. ♂♀. 3 *infuscatus* Meig. (non Fall.) ♂♀. 4 *flavipes* Meig. (var. a.

b. c.) ♂♀. 5 *nigripes* Zett. ♂♀. 6 *nitidus* Meig. ♂♀. 6—7 *minimus* Zett. n. sp. ♂♀.

1. *S. cuprarius* I. p. 157. *Musca* oblonga, capite viridi, thorace aureo, abdomine cupreo, alis macula fusca. Geoffr. Ins. Paris. 1762. 2. p. 525. 6. 1.

In Norwegia ad Christianiam, D. *Moë.* (Ad Levenhagen et Neuenkirchen prope Gryphiam, ad Rixdorff et Rudower prope Berolinum, atque ad Sedinum, sat copiose in utroque sexu observatus a D. *Dahlbom.* Mas e Posnania missus 1843 a D. *Löw).*

2. *S. nubeculosus* I. p. 157. In Scania Jul. Aug. haud parce, ex gr. ad Lomma, D. *Dahlbom*, in Lemmeströ skog prope Börringe, Stud. *Sjörén*, et in horto proprio Lundæ frequenter, ipse; in Norwegia ad Christianiam, D. *Moë.*

Oculorum pars infera, eaque maxima, viridis a superiori ænea per lineam transversam violaceam inferne cæruleo-marginatam disjuncta. Halteres albidi.

3. *S. infuscatus* I. p. 157. In Scania ad Lyngsjö, D. *Petersson;* in Smolandia ad Skärsjö frequens.

Pedes nigri, geniculis summis plerumque et præsertim in exsiccatis testaceis.

4. *S. flavipes* I. p. 158.

Var. a. *Mas:* pedibus brunneis l. nigris, genubus, tibiis omnibus basi late, metatarsisque posterioribus, flavis, nervis tribus ex area discoidali excurrentibus ad marginem interiorem descendentibus, 4:o tantum abbreviato; *femina:* pedibus rufo-flavis, coxis nigricantibus; femorum anticorum annulo medio lato, tarsisque omnibus apice late, fuscis, tibiis anticis etiam apice sæpe brunnescentibus; alarum nervis ut in ♂,

Hab. in Svecia, Dania et Lapponia frequens et sæpe in copula deprehensus.

Var. b. *Mas:* sinilis var. a. plerumque nonnihil major; pedibus ut in var. a., sed metatarsis omnibus etiam anticis tibiisque posticis totis rufo-flavis; *femina*: pedibus totis rufo-flavis, coxis nigricantibus, tarsorum apice fusco; alis ut in var. a.

Hab. in Ostrogothia et Dania passim.

Var. c. *Mas:* similis mari varietatis a., sed majoribus ejus individuis æqualis, et nervis tribus inferioribus ex area discoidali excurrentibus abbreviatis, nec in marginem interiorem alæ descendentibus.

Hab. in Scania meridionali rarissime, mihi non obvius, in unico specimine a D. *Stæger* e Dania missus. An specie distincta? Deest ♀.

Obs. S. flavipedis interstitium frontale in ♂ est paullo, in ♀ multo latius, quam in *Sarg. cuprario.*

5. *S. nigripes* I. p. 159.

6. *S. nitidus* I. p. 159.

Sub hoc nomine duæ commixtæ sunt species, quæ ita distingvendæ:

6. *S. nitidus:* oculis non lineatis, aureo-viridis, abdomine maris cupreo, feminæ violaceo; alis in utroque sexu fusco-hyalinis, nubecula nulla, halteribus pallidis; antennis pedibusque nigris, tibiarum ima basi testacea. ♂♀. (Long. $2\frac{1}{2}$—$2\frac{3}{4}$ lin.)

Meig. Dipt. 3. 108. 4. ♂♀. Macqv. Buff. 1. 261. 3.

Hab. in Scandinavia rarius; marem in Scania semel legi; uterque sexus a D. *Stæger* e Dania communicatus sub indicio: "*Sarg. infuscatus* var. minutus, *Sargo nigripedi* Zett. accedens."

♂♀. Similis *S. infuscato et nigripedi;* sed a priori magnitudine constanter multo minore, oculis (in vivo) immaculatis, ut et geniculis non pallidis, tantum tibiarum summa basi testacea; et a *S. nigripede*, cujus magnitudine gaudet, femoribus usque ad summum apicem nigris, et metatarsis omnibus nigris, nec postico flavo, differt. — Oculi non lineati, secundum sexum ut in *S. cuprario* distant. Punctum geminum supra antennas niveum. Alæ subhyalinæ, stigmate fusco, sed nubecula nulla. Abdomen maris cupreum, apice anguste et indeterminate violaceum, feminæ violaceum, basi anguste et indeterminate cupreum.

6—7. *S. minimus*: oculis non lineatis, aureo-viridis, abdomine maris cupreo, feminæ violaceo, alis in utroque sexu fusco-hyalinis, nubecula nulla, halteribus pallidis; antennis nigris; pedibus brunneis. ♂♀. (Long. 1 ½—1 ¾ lin.)

Sarg. nitidus Zett. Dipt. Scand. 1. 159. 6. ♂♀. exclus. synon. Meig. et Macqv.

Hab. in Svecia valde rara; feminam in Smolandia, et utrumque sexum ad Wadstena Ostrogothiæ inveni.

♂♀. Similis iterum *S. nitido*, sed adhuc duplo minor, *Chrysomyiæ politæ* æqvalis. Ob hanc parvitudinem et pedes dilutiores ut distinctam considero speciem. — Oculi ut in priori. Macula supra antennas gemina albida. — Abdomen et alæ ut in præcedente. Pedes fusci, genubus omnibus metatarsisque posterioribus præsertim in ♀ dilutioribus, subflavidis.

Fam. 4. ASILICI Lat.

13. LAPHRIA Fabr.

Obs. Antennarum articulus 3:tius obtusus, nudus.

Sect. 1. alarum nervis longitudinalibus 4 et 5 ad marginem interiorem disjunctis.

1 *gibbosa* Linn. ♂♀. 2 *flava* Linn. ♂♀. 3 *Ephippium* Fabr. ♂♀. 4 *gilva* Linn. ♂♀. 5 *ignea* Meig. ♂♀. 5—6 *podagrica* Meig. ♂. 6 *marginata* Linn. (var. a. b.) ♂♀. 7 *rufipes* Fall. ♂♀. 8 *lapponica* Zett. ♂♀.

Sect. 2. alarum nervis 4 et 5 longitudinalibus paullo ante marginem interiorem conjunctis, per nervulum brevem ad marginem continuatis.

9 *atra* Linn. ♀.

1. *L. gibbosa* I. p. 160. Zell. Isis 1840. 73. 1. ♂. Löw Linnæa Entom. 1847. 2. p. 543. 4. ♂♀. (exclus. syn. Zett. Ins. Lapp.) — *Asilus Bombylius* De Geer Ins. 6. 238. 1. Tab. 13. f. 6 et 7.

In Smolandia etiam ad Ryssby *(Linné)*, et Skärsjö *(Ljungh)*. (Ad Berolinum a D. Stud. *Hoffmann* lecta mecumque communicata).

Obs. In Lapponia hæc species hactenus non observata fuerit, quantum noverim.

2. *L. flava* I. p. 161. Zeller Isis 1840. 74. 2. ♂♀. Löw Linnæa 1847. 2. p. 545. 6. ♂♀.

(A D. *Hoffmann* quoque e Berolino missa).

3. *L. Ephippium* I. p. 161. Löw Linnæa 1847. 2. p. 544. 5. ♂♀.

4. *L. gilva* I. p. 162. Zell. Isis 1840. 75. 6. Löw Linnæa 1847. 2. p. 548. 8. ♂♀.

(Etiam e Gallia meridionali olim a *v. Winthem* communicata.)

5. *L. ignea* I. p. 162. Löw Linnæa 1847. 2. p. 547. 7. ♂♀.

In truncis arborum quoque in paroecia Nykyrke

prope Wettern Ostrogothiæ ♂♀ a D. *A. Holmgren* deprehensi.

5—6. *L. podagrica:* "nigra; epistomate flavo mystace nigro; femoribus posticis incrassatis. ♂. (Long. 4¼ lin.)" Meig.

Meig. Dipt. 2. 297. 19. ♂.

Hab. in Dania rarissime: in Soröe a D. Adjuncto *Jacobsen* in unico specimine capta, teste D. *Stæger*; a me numquam inventa, neque visa.

♂. Similis fuerit Meig. *L. femoratæ* (excepto epistomate flavo, nec candido) et forte ejus varietas? *Laphr. proboscideæ* (♀) Löw Linnæa 1847. 2. p. 554. 11. accedere quoque videtur. — Mihi de cetero ignota.

6. *L. marginata* I. p. 163.

Var. a ♂♀. epistomate flavo- l. fulvo-villoso, mystace nigra; incisuris abdominis aureo-villosis.

Huc pertinent synonyma allata Fabr. etc. etc. — Löw Linnæa 1847. 2. p. 556. 12. ♂♀. — *Asilus marginatus* Linn. Syst. Nat. Ed. 12. 2. p. 1008. 10.

Per Sveciam frequens.

Var. b. ♂♀. epistomate albo- l. albido-villoso, mystace nigra; incisuris abdominis albidis, interdum flavo- l. aureo-villosis.

L. marginata var. Löw l. c. p. 558. not. 2. — *L. nigra* Meig. Dipt. 2. 293. 11. ♂♀. — Arhens. Fn. Europ. apud. Germar. Fasc. 2. f. 24.

Cum var. a. passim; femina raro.

7. *L. rufipes* I. p. 163. — Löw Linnæa 1847. 2. p. 560. 14. ♂♀. (certe cum nostra identica).

(E Glogavia duo mares a D. *Zeller* missi, nostris

simillimi, sed tantum paullo majores, magnitudine scilicet *L. marginatæ* æquales).

8. *L. lapponica* I. p. 164. Löw Linnæa 1847. 2. p. 561. 15. ♀. (e Siberia).

9. *L. atra* 1. p. 164. Meig. Dipt. 2. 302. 28 T. 20. f. 24. Macqv. Buff. 1. 285. 23. Löw Linnæa 1847. 2. p. 564. 17. ♂♀. — *Asilus ater* Linn. Syst. Nat. Ed. 12. 2. p. 1007. 7.

Etiam duo exempla feminea in Ostrogothiæ paroecia Nykyrke in truncis arborum prope Wettern a D. *Aug. Holmgren* inventa. (♀ ad Jungfern-Heide prope Berolinum 16 Jul. 1842 a D. *Dahlbom* capta).

---

14. ASILUS Linn.

Sect. 1. colore corporis lutescente.

1 *crabroniformis* Linn. ♂♀.

Sect. 2. colore corporis nigricante, hirsutie grisescente.

Subd. A. pedibus ex parte rufis vel testaceis.

2 *germanicus* Linn. ♂♀. 3 *æstivus* Schrank. ♂♀. 4 *atricapillus* Fall. ♂♀. 5 *variabilis* Zett. ♂♀. 6 *cingulatus* Fall. ♂♀.

Subd. B. pedibus totis nigris vel nigricantibus.

7 *albibarbus* Zell. ♂♀. 8 *melampodius* Zell. ♂♀. 9 *Forcipula* Zell. (*A. forcipatus* Linn. Fall.) ♂♀. 10 *hispidus* Zell. ♂♀.

1. *A. crabroniformis* I. p. 165. Linn. Syst. Nat. Ed.

12. 2. 1007. 4. Geoffr. Ins. Paris. 1762. 2. 468. 3. Tab. 17. f. 3. ♀. De Geer Ins. T. 6. 247. 7. Tab. 14. f. 3. ♀.

(Etiam in campo arenoso ad pagum Moabite prope Berolinum 14 Aug. 1847 a D. *Dahlbom* lectus).

2. *A. germanicus* I. p. 166. In Scania ad Esperöd 1847 ♂ a D. *Fritz Areschoug* captus. (Ad Putbus et Stubbenkammer in Rugia, nec non ad Gryphiam atque Jungfernheide prope Berolinum in utroque sexu a D. *Dahlbom* 31 Maji—16 Jul. haud infrequenter observatus).

3. *A. æstivus* I. p. 167.

4. *A. atricapillus* I. p. 168. Ad Christianiam Norwegiæ Jul. 1844 masculi frequenter observati a D. D. *Dahlbom* et Hortulano *Moë*. (Sub nomine: »*Asil. opacus* Macqv." e St. Sever Galliæ ambo sexus a D. *Leon Dufour* 1844 communicatus).

5. *A. variabilis* I. p. 169.

Obs. Sub nomine: *Asilus cinctus* hujus speciei varietatem a. in collectionibus Svecorum veteribus vidi.

6. *A. cingulatus* I. p. 170. (Ad Rixdorff, Rudower et Jungfern-heide prope Berolinum, nec non in hortis Gryphicis in copula Jul.—Sept. haud parce deprehendit D. *Dahlbom*. Mas ex Austria a D. *Andersch* missus, Mus. Fallenianum).

A. setulosus p. 172. (Mas ad Jungfernheide 16 Jul. 1842 a D. *Dahlbom* visus).

A. rufinervis Meig. (Uterque sexus ad Berolinum frequenter observatus a D. D. *Dahlbom* et *Hoffmann* 16 Jul. 1842).

7. *A. albibarbus* I. p. 172. In Scania ad Widtsköfle locis arenosis etiam inventus. (Mas ad Jungfern-heide et Moabite prope Berolinum campis arenosis Jul. 1842 a D. *Dahlbom* copiose lectus.).

8. *A. melampodius* I. p. 173. Var. a.: eadem est ac *Asilus rufibarbis* Meig. Dipt. 2. 311. 6., volente *Löw* in Linnæa 1848. 3. p. 460.

In Ostrogothia ad Gusum quoque a D. *Wahlberg* inventus; in Smolandia uterque sexus in copula observatus. (Mas e St. Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* sine nomine missus).

9. *A. Forcipula* I. p. 174. Feminæ plures e Christiania Norwegiæ a D. *Moë* communicatæ. (Mas ad Gryphiam Maji 1842 a D. *Dahlbom* frequenter lectus).

Obs. Cfr. *Löw* in Linnæa Entom. 1848. 3. p. 438. 7.

10. *A. hispidus* I. p. 176. Löw Linnæa 1848. 3. p. 443. 8. ♂♀.

Etiam in Smolandia ♀ hujus reperta; in Selandiæ et Jutlandiæ arenosis quoque occurrit, teste *Stæger*. (Ad Reinberg Pomeraniæ et ad Putbus Rugiæ 30—31 Maji 1842 multa specimina feminea a D. *Dahlbom* collecta. E St. Sever Galliæ exempla utriusque sexus sine synonymia a D. *Leon Dufour* 1844 missa.)

Obs. Secundum *Löw* l. c. hæc species certe identica erit cum *Asilo trigono* Meig.

---

15. DASYPOGON Meig.

1 *cinctus* Fabr. (*D. hirtellus* Fall.) ♂♀. 2 *lateralis* Fall. ♂♀. 3 *lapponicus* Zett. ♂♀. 4 *brevirostris* Meig. (*D. longitarsis* Fall. ♂; *D. armillatus* Fall. ♀) ♂♀. 5 *vitripennis* Meig. ♂♀. 6 *luteicornis* Zett. ♀.

1. *D. cinctus* I. p. 177.

Var. a. Löw Linnæa Entom. 1847. 2. p. 509. 35. ♂♀. "pedibus antennisque omnino nigris, antennarum stylo terminali nudo." — *Asilus cinctus* Fabr. Ent. Syst. 4. 387. 51., teste *Löw* l. c. — *Dasyp. cinctellus* Meig. Syst. Beschr. 2. 272. 22., affirmante *Löw* l. c. (Ex Austria ♀ a D. *Andersch* olim communicata, Mus. Fall.)

Var. b. (etiam ♂ ad Eldena prope Gryphiam, ad Putbus in Rugia et aliis locis 28—31 Maji 1842 frequenter a D. *Dahlbom* observatus).

Obs. abdomen hujus speciei nigrum nitidum, tenuiter cano-hirsutulum, incisuris albis.

2. *D. lateralis* 1. p. 177. Löw Linnæa 1847. 2. p. 523. 41. ♂♀. — In Uplandia ad Holmiam uterque sexus a Prof. *Wahlberg* inventus.

3. *D. lapponicus* I. p. 178.

4. *D. brevirostris* l. p. 179. Löw Linnæa 1847. 2. p. 493. 28. ♂♀.

5. *D. vitripennis* I. p. 180. Löw Linnæa 1847. 2. p. 495. 29. ♀.

Etiam in Wermelandia ad Lyreds Bruk hæc species a D. *Aug. Holmgren* observata fuit.

6. *D. luteicornis* 1. p. 181.

---

16. DIOCTRIA Meig.

1 *oelandica* Linn. ♂♀. 2 *rufipes* De Geer. (var. a. b.) ♂♀. 2—3 *Reinhardi* Meig. ♂♀. 2—3 *cothurnata* Meig. ♂♀. 3 *flavipes* Fall. ♂♀. 3—4 *cingulata* Stæg. n. sp. ♂♀. 4 *fuscipennis* Fall. ♂♀.

1. *D. oelandica* I. p. 182. Löw Linnæa Entom. 1847. 2. p. 410. 1. ♂♀.

In Norwegia ad Christianiam Jul. 1844, D. D. *Dahlbom* et *Moë*. (Mas quoque in insula Rugia ad Stubbenkammer 1 Jun., et ad Zirkow 6 Jun. 1842 a Doct. *Dahlbom* haud parce observatus).

2. *D. rufipes* I. p. 183.

Var. a. Löw Linnæa 1847. 2. p. 425. 9. ♂♀: "atra, abdomine concolore, alis subhyalinis; thoracis dorsum lineis 2 angustis cinerascentibus, primus antennarum articulus 2:do duplo longior, tuberculus (tuberculum) frontalis magnus." *Dioctr. frontalis* Fabr. Antl. 150. 5.

Var. b. Zett. ♀. pedibus omnibus rufis. (Ad Gryphiam Jul. 1845 a D. *Dahlbom* lecta.)

Obs. 1. Tuberculum frontale, cui antennæ insident, in hac specie paullo longius et elevatius, quam in reliqvis. Antennarum articulus 1:mus 2:o saltem duplo longior.

Obs. 2. In diagnosi extat: pleuris, sed lege: pleurarum.

2—3. *D. Reinhardi:* nigra nitida: alis subhyalinis; epistomatis candidi nitentis barba alba, menti nivea; thoracis dorso lineis duabus angustis cinerascentibus postice abbreviatis; pleuris immaculatis; femorum tibiarumque basi flava. ♂♀. (Long. circiter 4 lin.)

Meig. Dipt. 2. 247. 13. Tab. 19. f. 24. Macqv. Buff. 1. 291. 9 Zell. Isis 1840. p. 40. 5. ♂. Löw Linnæa 1847. 2. p. 412. 2. ♂♀.

Hab. in Scandinavia rarius; in Jutlandia boreali Daniæ a D. Adjuncto *Jacobsen* nuper inventa, mihique per benignitatem Domini *Stæger* communicata. (Ex Uleåborg Finlandiæ 1845 a D. *William Nylander* accepi; e

Gryphia a D. *Dahlbom* Jul. 1845, et ex Austria a D. *Andersch* ante plures annos, quoque obtinui.)

♂♀. Similis priori (*D. rufipedi*), sed sæpe nonnihil minor, atque corpore glabriori et exinde magis nitido, pleurarum maculis deficientibus, frontis tuberculo minus prominente, pedibus nigris, tantum femorum tibiarumque basi flava, etc., abunde distincta. Epistoma sub antennis atrum nitidum, inferne album vel lacteum, mystacibus albis. Articulus antennarum 1:mus 2:do vix 1 ½ longior, 3:tius longitudine fere 1:mi et 2:di simul sumtorum. Tuberculum frontale parum elevatum. Thorax totus niger nitidus, immaculatus, superne in disco lineis 2 ad scutellum non descendentibus cinereis et rudimento intermediæ valde tenuis. Alæ subhyalinæ, parum fuscanæ. Halteres pallide flavi. Pedes ut in priori constructi, sed nigri, trochanteribus omnibus, femoribusque basi anticis anguste, intermediis modice, et posticis latius (non tamen usque ad medium), pallide flavis. Tibiæ omnes basi flavæ. Pulvilli pallidi. Abdomen in mare paullo angustius quam in femina.

2—3. *D. cothurnata:* nigra, nitida, alis subhyalinis; epistomatis orichalcei mentique barba flavido-albida; thoracis dorso lineis duabus cinerascentibus postice abbreviatis; pleuris immaculatis; pedibus ferrugineis, tibiarum apice tarsisque fuscis. ♂♀. (Long. 4. lin.)

Meig. Dipt. 2. 244. 6. ♀. Löw Linnæa 1847. 2. p. 420. 7. ♀. — Forte etiam *D. Umbellatarum* Meig. Dipt. 2. 244. 7. ♀.

Hab. in Scandinavia valde rara; marem ex Uleåborg Fenniæ mihi benevole communicavit Doct. *Nylander*; feminam ex Holstebro in Jutlandia boreali Daniæ captam misit D. *Stæger*. (Individuum femineum ad Gryphiam Jul. 1845 quoque invenit Cel. *Dahlbom*).

♂♀. A præcedente (*D. Reinhardi*), cui similis et affinis, differt præcipue epistomate orichalceo, nec albo, thoracis lineis dorsalibus cinereis paullo evidentioribus, ut et pedibus maxima ex parte rufis l. ferrugineis. Epistoma immediate sub antennis anguste atrum. Mystaces et barba menti sordide albida, vel albido-flavida. Antennarum articulus 1:mus 2:do circiter $1\frac{1}{2}$ longior. Tuberculum frontale parum prominens. Thoracis lineæ dorsales duæ e pube omnium brevissima cinerea ortæ sat perspicuæ, et intermedia paullo angustior sæpe etiam evidens. Pleuræ immaculatæ, sed pectus utrinque vitta laterali (immediate sub thoracis dorso) cano-micante. Abdominis incisuræ omnium tenuissime vix conspicue albæ. Alæ subhyalinæ, basi et ad costam leniter et dilute subbrunnescentes. Halteres flavi, sed in specimine Finlandico alter halter rufo-flavus, alter fuscus (ut in *D. Umbellatarum* Meig.). Coxæ nigræ. Femora rufa, sæpe (præsertim posteriora) plus minus brunnea, omnia basi flava. Tibiæ nigro-brunneæ, basi fere ad medium rufæ. Tarsi nigro-brunnei. Pulvilli pallidi. Abdomen maris paullo angustius, quam feminæ.

3. *D. flavipes* I. p. 183. Meig. Classif. 1. 257. 2. Löw Linnæa 1847. 2. p. 246. 10. ♂♀: »atra, abdomine concolore, thoracis dorso cinerascente lineis 2 intermediis maculisque lateralibus atris subelevatis, alis subhyalinis, femoribus læte testaceis, posticis sæpissime litura sublineari nigra superius signatis.»

(Mares circa Berolinum ex gr. ad Neustadt Eberswalde 12 Jun., et Rixdorff 14 Jul. 1842, atque feminas ad Gryphiam Jul. 1845, haud infrequenter observavit D. *Dahlbom*. Mascula individua etiam e Dalmatia a D. D. *Dohrn* et *Kahr* nuperius communicata).

Obs. Antennarum articulus 1:mus 2:o circiter $1\frac{1}{2}$ longior. Tuberculum frontis modice tantum protuberans. Variat femoribus posticis fere totis nigris. Variat quoque femoribus iisdem rufis, vitta tantum superne nigra.

3—4. *D. cingulata:* nigra, alis hyalinis, epistomatis argentei barba pauciori alba, menti nivea; thoracis medio lineatim griseo-pubescente, pleuris maculis canomicantibus; abdominis medio cingulis duobus ferrugineis; pedibus anterioribus totis flavis, posticis flavo-rufis, femoribus in medio annulo latissimo, tibiisque fere totis, nigris, tarsis infuscatis. ♂♀. (Long. 3—3 ½ lin.)

Stæg. in litt. 17 Jul. 1848.

Hab. in Scandinavia meridionali rarissime, marem scilicet in Selandia Daniæ a D. *Jacobsen* captum mihi in unico exemplo sub nomine allato misit D. *Stæger*, feminamque unicam in Scania Sveciæ ad Esperöd ipse semel deprehendi.

♂♀. *D. flavipedi* proxima et valde similis, sed pedibus pallidioribus et abdomine in medio annulis 2 *rufis* differt, et vix ejus varietas juvenilis. *D annulatæ* Meig. Dipt. 2. 251. 19. T. 19. f. 25. ♂.: " atra; hypostomate orichalceo; abdomine fasciis 2 flavis; pedibus rufis: tibiis posticis fuscis: metatarso crassissimo; alis hyalinis," etiam prope accedere videtur, sed epistomate albo, nec orichalceo, abdomine basi nigro immaculato, nec in singulo segmentorum 1:mi et 2:di macula laterali citrini coloris, et tandem metatarso postico oblongo, modice incrassato, nec ovato valde crasso, recedit. Statura gracilis et magnitudo *D. flavipedis.* Caput cum antennis, et thorax ut in illa. Abdominis incisuræ 3 et 4 rufæ vel rufoflavæ cingulos duos in medio abdominis forment, in mare magis conspicuos. Alæ ut in *D. flavipede.* Pedes anteriores cum coxis pallide flavi, tarsorum articulis apice late fuscis, unde tarsi quasi fusco-annulati videntur. Pedes postici variegati: coxæ nempe et trochanteres pallide flava, femora nigra basi apiceque modice late rufo-flava, tibiæ nigræ, ima basi rufæ, apice subincrassatæ, tarsi fusci, metatarso modice incrassato basi anguste indeterminate rufescentes.

Obs. Speciem hanc præsertim secundum individuum masculum descripsi.

4. *D. fuscipennis* I. p. 184.

Var. a. (p. 185.) Löw Linnæa 1847. 2. p. 413. 3. ♂♀., ubi plura synonyma allegata leguntur.

(Ad Gryphiam nec non ad Putbus Rugiæ multa specimina utriusque sexus a fine mensis Maji ad medium Julii 1842 et 1843 collegit D. *Dahlbom).*

---

17. LEPTOGASTER Meig.

1 *cylindricus* De Geer (*Dasyp. tipuloides* Fabr. — *Leptog. fuscus* Meig.) ♂♀. 2 *guttiventris* Stæg. (*Leptog. cylindricus* Meig.) ♀.

1. *L. cylindricus* I. p. 186. — Löw Linnæa Entom. 1847. p. 403. 7., ubi etiam plura hujus synonyma afferuntur.

Occurit etiam in Norwegia, ubi ad Christianiam a D. Hortulano *Moë* lecta fuit. (Kiliæ et circa Stetinum feminas initio mensis Junii sat frequenter observavit D. *Dahlbom.* Marem e Posnania a D. *Löw* obtinui).

Variat femoribus posticis flavis immaculatis, vix vestigio lineæ lateralis brunneæ utrinque.

Obs. Synonymon Meigeni *L. cylindricus* deleatur et loco ejus inseritur *L. fuscus* Meig. Dipt. 2. 344. 2. ♂♀.

2. *L. guttiventris* I. p. 187. — Löw Diptera Asilica in Linnæa 1847. 2. p. 397. 3. ♂♀: "antennarum articulo 2:do rufo-ferrugineo, stylo terminali distincte pubescente, femoribus posticis ante apicem nigro-annulatis

(vel maculatis)." — *L. cylindricus* Meig. Dipt. 2. 343. 1. Tab. 21. f. 16.

Femina in Scania iterum reperta; etiam in Ostrogothia ad Gusum exemplum femineum a D. *Wahlberg* inventum.

Obs. Alæ longitudine vix ⅔ part. abdominis.

Fam. 5. BOMBYLIARII Latr.

18. BOMBYLIUS Linn.

Sect. 1. Alarum nervuli transversi ordinarii discoidales non oppositi, h. e. anticus paullo longius quam posticus a basi alæ remotus. *Majores.*

1 *major* Linn. ♂♀. 2 *medius* Linn. ♂♀. 3 *albibarbis* Zett. ♂♀. 4 *pumilus* Meig. ♂♀. 5 *minor* Linn. ♂♀.

Sect. 2. Alarum nervuli transversi ordinarii discoidales ante medium alæ oppositi, h. e. æqve longe a basi alæ remoti. *Minores.*

6 *aurulentus* Meig. ♂♀. 7 *minimus* Fabr. ♂♀.

1. *B. major* I. p. 188.

In Ostrogothiæ paroecia Winnerstad a D. *Holmgren* captus, etiam ad Gusum 20 Maji 1842 a Prof. *Wahlberg* deprehensus; ♂ ad Luleå a D. *Andersson* 1843 observatus.

Obs. 1. Fascia ventralis, in latera abdominis dorsi assurgens, nigra.

Obs. 2. *B. major*, *minor* et *cruciatus* sunt frequentes ad St. Sever Galliæ, teste D. *Leon Dufour* in litt. 1844.

2. *B. medius* 1. p. 189.

Obs. B. medius Meig. verus: subtus niger, ano fusco- l. obscure piloso, ad Stetinum 8 Jun. 1842 a D. *Dahlbom* in exemplo femineo lectus. Talem quoque e Glogavia à D. *Zeller* obtinui.

3. *B. albibarbis* I. p. 190.

4. *B. pumilus* I. p. 190.

In floribus Lavandulæ spicæ mense Julio 1848 in horto proprio (Lundæ) 12 mares et 9 feminas deprehendi. Postquam igitur plura specimina comparare potui, minorem tantum differentiam inter hanc et sequentem detegere valui. Antennæ in ♂ paullo longiores sunt quam in ♀, et id in ambabus speciebus. Tarsi quoque variant articulis ultimis jam 4, jam 3, jam tantum 2 nigris. Alarum fuscedo costalis in ♂ longius (nempe paullo ultra medium costæ) extensa, quam in *B. postico* Fabr., ubi alarum brunnedo basalis magis determinata non usque ad medium alæ dilatatur. Nervi transversi 2 discoidales perspicue distant. — In Smolandia ad Skärsjö uterque sexus quoque repertus.

Obs. Specimen femineum, quod sub nomine: "*B. pumilus* Macqv." e Gallia australi a D. *Leon Dufour* 1844 obtinui, nonnihil majus videtur, et nervis transversis discoidalibus duobus (medio et ordinario) paullulum magis approximatis (minime tamen oppositis ut in *B. minimo*) gaudet.

5. *B. minor* I. p. 191.

Etiam in Smolandia ad Skärsjö captus.

Obs. B. pumilus et *minor* inter se parum differunt.

6. *B. aurulentus* I. p. 192.

In Gottlandia 30 specimina a D. *Boheman* 1847 collecta.

7. *B. minimus* I. p. 193.

19. PHTHIRIA Meig.

1 *pulicaria* Mikan, Meig. (*Volucella campestris* Fall.) ♂♀. 2 *canescens* Löw. ♂♀.

1. *P. pulicaria* I. p. 194. diagnosis ita mutanda: obscure cinerea, pedibus concoloribus; fronte valde prominente; alis albo-hyalinis. ♂♀. (Long. 1—1 ½ lin.).

Löw Linnæa Entom. 1846. 1. p. 384. 1. ♂♀.

2. *canescens:* obscure cinerea, pedibus concoloribus; fronte parum prominente; alis albo-hyalinis. ♂♀. (Long. 1 ½—1 ¾ lin.)

Löw l. c. 1846. 1. p. 390. 3. ♂♀:

"fronte parum prominente; nervulorum e cellula discoidali excurrentium duobus posterioribus parum convergentibus, subparallelis. — ♂ alis hyalinis; ♀ abdomine unicolore." — *Phthiria pulicaria* Zett. Dipt. Scand. 1. p. 195. var. in descriptione.

♂♀. *Simillima P. pulicariæ*, a qua tamen fronte in utroque sexu haud prominente mox differt. Magnitudine etiam sæpe paullulum major.

Obs. Cum nervuli duo inferiores, qui ex area discoidali excurrunt, in individuis meis, et in *P. pulicaria* et *canescente* variant jam fere paralleli, jam plus minus convergentes, hanc notam in diagnosi specierum adhibere haud aptum duxi

---

Fam. 6. ANTHRACIDES Fall.

20. ANTHRAX Scopol.

Sectio 1. Corpus flavescenti-tomentosum. Alæ hyalinæ, interstitio inter nervum costalem et 1:mum longitudinalem ferrugineo-brunneo; costa ima basi atropectinata. Ova in Lepidopterorum larvis deponuntur.

1 *flava* Meig. ♂♀. 2 *circumdata* Meig. ♂♀. 3 *cingulata* Meig. ♂♀.

Sectio 2. Corpus nigrum et nigro-pubescens. Alæ variegatæ. Ova in arenosis deponuntur.

4 *morio* Panz. ♂♀. 5 *maura* Linn. ♂♀. 6 *sinuata* Fall. ♂♀. 7 *fenestrata* Fall. ♂♀. 8 *æthiops* Fabr. ♂♀. 9 *varia* Fabr. ♂♀.

1. *A. flava* I. p. 195.

(Uterque sexus e Melita a Doct. *Schembri* mihi missus).

Proboscis, antennæ et pedes nigra, femoribus et tibiis saltem postice pallide squamatis.

2. *A. circumdata* I. p. 196. *Nemotelus hottentotta* De Geer Ins. 6. 190. Tab. 11. f. 7. Forte etiam *Anthrax hottentotta* Fabr. Ent. Syst. 4. 260. 16.

Halteres flavi. Nervus longitudinalis 2:dus basi cum transverso ordinario coit, sed in unico individuo longius descendit et nonnihil pone transversum (basi alæ propius) cum 3:tio longitudinali conjungitur, ideoque transverso medio fere oppositus.

3. *A. cingulata* I. p. 197.

In Norwegia ad Christianiam 1844 feminæ a D. D. *Dahlbom* et *Moë* haud raro observatæ.

Halteres plerumque flavi; sed individua halteribus fuscis etiam vidi.

Obs. In descriptione hujus speciei linea 4 ab infra exstat: squama antealari in ♀ flavida; sed lege: squama antealari in ♂ flavida.

4. *A. morio* I. p. 198.

(Prope Berolinum ex. gr. ad Neustadt Eberswalde 12 Jun. 1842, atque ad Jungfernheyde et Moabite in

campo arenoso 16 Jul. ejusdem anni, haud parce a D. *Dahlbom* inventa).

5. *A. maura* I. p. 198.

In Helsingia ad Stråtjära 27 Aug. 1840 frequenter visa.

6. *A. sinuata* I. p. 199.

(Ex Hispania a D. *Leon Dufour* missa).

Obs. Larvæ in nido *Megachil. murariæ* prædantes vivunt, teste *von Bremi.*

7. *A. fenestrata* I. p. 199.

8. *A. æthiops* I. p. 200.

Sub nomine: *Anthrax punctata*, a D. Löw missa.

9. *A. varia* I. p. 201.

---

21. LOMATIA *) Meig.

1. *L. lateralis* I. p. 202. — Löw Linnæa Ent. 1846. I. p. 380. ♂♀. (ubi "hypostoma" minime recte dicitur pro *epistoma*).

In Ölandia Sveciæ mediæ (nec "meridionalis") hactenus tantum inventa.

In Dania quoque obvia fuerit, significante *Löwio*. (E Kilia Holsatiæ ♀ olim a beat. *Wiedemann* mecum communicata).

---

22. THEREVA Latr.

1 *nobilitata* Fabr. ♂♀. 1—2 *subfasciata* Schumm. n.

*) *Lomatia* est etiam genus plantarum Rob. Br., ad ordinem Protacearum pertinens; vide Endlicher Enchirid. p. 216, nec non Dietrichs Botanik Part. 3. p. 92. (Tetrandia, monogynia).

sp. ♂♀. 2 *plebeja* Linn. ♂♀. 3 *lugubris* Fabr. ♂♀. 4 *bipunctata* Meig. ♂♀. 5 *albipennis* Meig? (*Th. marginula* Meig.) ♂♀. 6 *fuscinervis* Zett. (var. a. b.) ♂♀. 7 *lanata* Zett. ♂. 8 *vetula* Zett. ♂♀. 9 *anilis* Linn. ♂♀. 10 *annulata* Fabr. 11 *lunulata* Zett. ♂♀.

1. *Th. nobilitata* I. p. 203. — *Tabanus* niger, thoracis lineis 2 longitudinalibus cinereis, abdominis segmentis limbo cinereo. Geoffr. Ins. Paris. 1762. 2. 462. 6. ♀ et ♂. *Nemotelus hirtus* De Geer Ins. 6. Tab. 11. f. 1. ♂.

E Christiania Norwegiæ a D. *Moë* 1844 communicata. (Ad Levenhagen prope Gryphiam Aug. 1844 in utroque sexu a D. *Dahlbom* frequenter observata. Marem e Posnania 1843 a D. *Löw* quoque obtinui).

♂♀. Antennæ et palpi nigra. Pedes nigricantes, tibiis metatarsisque testaceis, summo apice sæpe obscuro. *Mas:* hirsutie capitis longa, ferrugineo-flava, in vertice, supra antennas et in latera epistomatis descendente, nigra; halterum clava obscura. *Femina:* hirsutie capitis pallidiori, supra antennas parcius nigra, macula frontali transversa atra modice lata; halterum clava sæpe flavida; ano atro, nitido.

Obs. Ther. rustica Löw ♂, *Ther. nobilitatæ* accedit, sed magnitudine duplo minore, pedibus totis nigris etc., abunde distincta, nec talis in Scandinavia inventa, e Posnania a D. *Löw* mecum benevole communicata.

1—2. *Th. subfasciata:* nigricans, ferrugineo-hirta; abdomine obscuro, incisuris anguste flavis; tibiis metatarsisque testaceis; alis subflavicantibus, impictis. ♂♀. (Long. $2\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$ lin.).

Mas: oculis in fronte arcte contiguis, hirsutie corporis modice longa, ferrugineo-flava, capitis longiori, supra antennas et in vertice nigra;

Fem. (qualem a *Löwio* obtinui): oculis distantibus, macula

supra antennas transversa, didyma, modice lata, atra nitidissima, hirsutie corporis breviori, supra flavida, subtus capitisque cana.

Thereva subfasciata Schumm., Löw in litt.

Hab. in Svecia meridionali, Scania ex. gr. ad Lund et Esperöd, ubi tria specimina inveni. (Uterque sexus e Posnania a Prof. *Löw* communicatus).

♂♀. Valde similis *Th. nobilitatæ*, a qua tamen magnitudine sæpe fere duplo minore, abdomine obscuro, segmentorum marginibus angustis determinatis flavis, hirsutie corporis in ♂ minus obscura, in ♀ subtus magis canescante et ano fusco opaco, nec nigro nitido, differt. Alæ in utroque sexu subhyalinæ, costa paullo ultra medium anguste pallide ferruginea. Halterum clava in utroque sexu fusca. Pedes nigricantes, tibiis totis (excepto summo tantum apice leniter infuscato) metatarsisque testaceis. Tarsorum articulus 3:tius etiam plerumque testaceus. In specimine femineo viso thoracis dorsum (nonnihil detritum) fuscum, vittis in medio duabus albidis paullo latioribus, quam in *Ther. nobilitata.*

2. *Th. plebeja* I. p. 204.

Obs. Barbam epistomatis et menti in ♂ albidam, in ♀ niveam, incisuras abdominis in utroque sexu et præsertim in ♀ albidas, ut et feminæ maculam frontis atram majorem latiorem, probe attendas, ut speciem hanc a *Th. nobilitata* distingvas. Halterum clava in utroque sexu nigra.

3. *Th. lugubris* I. p. 204.

Mares etiam in Norwegia ad Christianiam 1844 legerunt D. D. *Dahlbom* et *Moë.*

Halterum clava in utroque sexu nigra.

4. *Th. bipunctata* I. p. 205.

In Norwegia ad Christianiam mares a D. *Moë* haud

raro observati. (Ad Jungfernheide et Moabite prope Berolinum 7 Jul. 1842 in copula junctam collegit D. *Dahlbom*).

5. *Th. albipennis* I. p. 207.

Obs. 1. Mas hujus speciei missus est a D. *Zeller* e Glogavia sub nomine: "*Th. marginula* Meig," et forte jure; sub eodem nomine (*Th. marginula*) uterque sexus a D. *Löw* e Posnania quoque mihi communicatus fuit. Ut "*Bibionem marginatam* Fabr." feminam etiam ab Exteris obtinui.

Obs. 2. Alæ pone stigma intra costam habent maculam sat magnam dilute fuscam, quæ ad apicem alæ extenditur, marginem tamen ipsum nullibi attingentem; hæc macula speciem optime designat.

6. *Th. fuscinervis* I. p. 207.

Obs. Macula costalis dilute fusca a stigmate ad apicem alæ, quæ in *Th. albipenni* (seu *marginula*) conspicua, in *Th. fuscinervi* desideratur. Hirsuties thoracis grisea l. obscura, capitis supra antennas et in vertice in ♂ nigra.

Barba epistomatis et menti in utroque sexu nivea. Antennæ in individuis diu exsiccatis fere totæ nigrescunt, in recentioribus articulo ultimo plerumque rufescente. Clava halterum in utroque sexu sæpissime obscura.

Var. b. ♂♀. antennis totis nigris l. fuscis; hujus plura individua in Lapponia Lulensi a D. *Andersson* inventa.

7. *Th. lanata* I. p. 208.

In Lapponia Lulensi ad Qvickjock quoque reperta.

Obs. Barba et hirsuties capitis ut in *Th. fuscinervi.*

8. *Th. vetula* I. p. 208.

Uterque sexus in Lapponia Lulensi ad Qvickjock 1845 a D. *Wahlberg* inventus fuerit.

9. *Th. anilis* I. p. 209.

Obs. Larvæ in fungis vivunt, affirmante *Bouché.* — *Crabronis*

patellati femina feminam *Ther. anilis* occidit et ad nidum secum trahit pro nutrimento prolis, observante D. *Dahlbom.* Halterum clava in ♂ pallida, basi nigra; in ♀ tota pallida.

10. *Th. annulata* I. p. 210. — Meig. Dipt. 2. 126. 17. ♂♀. Macqv. Buff. 1. 420. 11. *Bibio* Fabr. Antl. 68. 13. ♀. Fall. Anthrac. 5. 4. ♂♀. *Thereva anilis* Latr. Gener. Ins. 4. 296.

In Norwegia ad Christianiam Jul. 1844 a D. D. *Dahlbom* et *Moë* non parce visa. (Uterque sexus e Posnania a D. *Löw* 1843 communicatus. — Sub nomine: "*Ther. anilis*" ♂ et ♀ quoque e St. Sever Galliæ 1844 a D. *Leon Dufour* missi.)

11. *Th. lunulata* I. p. 211.

In Lapponia Lulensi ad Qvickjock quoque inventa, D. *Boheman.*

Obs. In ♀ abdominis segmenta 2, 3 et 4 basi macula lanata magna brunneo-atra. Halterum clava in utroque sexu nigricans.

---

23. PSILOCEPHALA Zett.

Sect. 1. Alarum area marginalis media ad marginem occlusa.

1 *imberbis* Fall. ♂♀. 2 *confinis* Fall. ♂♀.

Sect. 2. Alarum area marginalis media ad marginem aperta.

3 *lapponica* Zett. ♂♀. 4 *eximia* Meig ♂♀.

1. *Ps. imberbis* I. p. 212.

Etiam in Smolandia ad Skärsjö raro deprehensa; in Lapponia Lulensi ad Qvickjock.

2. *Ps. confinis* I. p. 213.

Femina quoque in Scania ad Esperöd a D. *Fritz Areschoug* 1847 capta. (Uterque sexus e Glogavia a D. *Zeller* jam ut "*Thereva confinis* Fall.?" jam ut "*Th. ruficaudis*," missus.

3. *Ps. lapponica* I. p. 214.

In Lapponia Lulensi 1845 a D. *Wahlberg* inventa.

4. *Ps. eximia* I. p. 215.

Quoque alter sexus, nempe mas in insula Wermdön prope Holmiam versus finem Junii 1846 a Professore *Wahlberg* captus.

Fam. 7. LEPTIDES Meig.

24. LEPTIS Fabr.

1 *scolopacea* Linn. (var a. b.) ♂♀. 2 *tringaria* Fabr. ♂♀. 3 *Vanellus* Fabr. ♂♀. 4 *stigmatica* Wahlb. ♂♀. 5 *annulata* De Geer ♂♀. 6 *Ephippium* Zett. ♀. 7 *maculata* De Geer ♂♀. 8 *lineola* Fabr. ♂♀. 9 *cinerea* Zett. ♂♀.

1. *L. scolopacea* I. p. 216.

Var. a. ♂♀. (Ad Rixdorff, Johannis Thal et Rudower prope Berolinum, ut et ad Gryphiam Jun. Jul. 1842 et 1845 sat copiose a D. *Dahlbom* observata; ex Archangel a D. *Liljeborg* 1848 reportata).

Var. b. ♀. coxis omnibus femorumque anticorum posticorumque annulo medio lato obscuris. In Lapponia

Lulensi 1844 a D. *Andersson* detecta. In Svecia inferiori mihi non obvia.

2. *L. tringaria* I. p. 217. — *Rhagio tringarius* Fabr. Ent. Syst. 2. 272. 2.

E Christiania Norwegiæ uterque sexus a D. *Moë* missus. (Ad Bixdorff et Moabite prope Berolinum mense Jul. abunde a D. *Dahlbom* observata; e Glogavia ex utroque sexu a D. *Zeller* communicata).

3. *L. Vanellus* I. p. 217.

(In horto Kreyi Gryphiæ Jul.—Sept. individua mascula deprehensa).

4. *L. stigmatica* I. p. 218.

Specimina utriusque sexus jam vidi, a Prof. *Wahlberg* benigne communicata.

5. *L. annulata* I. p. 219.

In Scania ad lacum Ringsjön mense Majo 1846 ♂ a D. *Gust. Möller* lectus; ♀ in Smolandia ad Skärsjö; in Ostrogothia ad Gusum 20 Maj 1842, D. *Wahlberg*.

6. *L. Ephippium* I. p. 219.

7. *L. maculata* I. p. 220.

In vicinitate urbis Mariefred Sudermanniæ, D. *Aug. Holmgren*; ♂ ad Holmiam, D. *Wahlberg*.

8. *lineola* I. p. 221. — *Rhagio lineola* Fabr. Ent. Syst. 4. 275. 17.

(Circa Gryphiam et Berolinum mense Julio 1842 et 1845 feminæ copiose a D. *Dahlbom* observatæ).

9. *L. cinerea* I. p. 221.

25. CHRYSOPILA Macqv.

Obs. Antennarum articulus ultimus in ♀ paullo major est, quam in ♂, quod in *Chrys. nubecula* et *luteola* præcipue conspicitur. Alarum area angularis ad marginem semper arcte conclusa.

1 *atrata* Fabr. ♂♀. 2 *nubecula* Fall. ♂♀. 3 *luteola* Fall. ♂♀. 4 *læta* Zett. ♀. 5 *diadema* Linn. ♂♀.

1. *D. atrata* I. p. 222. — *Rhagio atratus* Fabr. Ent. Syst. 4. 276. 21. ♂. Latr. Gen. Ins. 4. 288. *Rhagio tomentosus* Fabr. Ent. Syst. 4. 275. 16. ♀. *Musca* fusca, alis macula marginali fusca. Geoffr. Ins. Paris. 1762. 2. 534. 79.

In Norwegia ad Christianiam Jul. 1844 a D. *Dahlbom* frequenter visa.

2. *B. nubecula* I. p. 223.

3. *C. luteola* I. p. 223.

In Scania etiam ad Lomma, *Dahlbom*.

4. *C. læta* I. p. 224.

5. *C. diadema*: nigra (♂),aut cinerea (♀); parce aureo-tomentosa; palpis pedibusque flavis; alis hyalinis, macula substigmaticali fusca; halterum clava obscura, basi pallida; abdomine in ♂ cingulis atris. ♂♀. (Long. 2 lin.)

Macqv. Dipt. du Nord etc. Leptides 84. 3. ♂♀. Ejusdem Buff. 1. 429. 2. ♂♀. *Musca diadema* Linn. Syst. Nat. Edit. 12. 2. p. 982. Schrank Austr. p 442. 898? *Musca* fusca, alis puncto marginali fusco, pedibus flavescentibus. Geoffr. Ins. Paris. 1762. 2. p. 535. 80. *Rhagio diadema* Fabr. Spec. Ins. 2. p. 421. 10. *Atherix* eadem Fabr. Antl. 73. 2. *Leptis* eadem Meig. Dipt. 2. 101. 19. ♂♀.

Hab in Dania rarissime; ad Soroe Selandiæ a D.

Jacobsen in specimine masculo capta mihique per benevolentiam D. *Stægeri* communicata; in Svecia et Norwegia hactenus non observata, quantum noverim.

♂. Antennæ et palpi obscura. Epistoma cinereum. Proboscis flava. Thorax (forte detritus) obscurus, parce aureo-tomentosus. Pectus cinereum, segmentorum margine anteriori atro. Alæ cinereo-hyalinæ, e metallico resplendentes, macula sub stigmate (intra apicem nervorum longitudinalium 2 et 3) ovali, brunnea. Halteres pallide flavi, clava apice late nigra. Pedes tenues, flavi, tarsorum articulis saltem 3 ultimis nigricantibus. Coxæ anteriores cinerascentes.

♀. Epistoma et frons cinerea. Corpus griseo-brunneum, pallide tomentosum. A *Macquart* et *Meigen* describitur, a me non visa.

Obs. Huic affinis et similis est *Crysop.* (*Leptis*) *splendida* Meig. (*Atherix nigrita* Fabr. Antl.), sed differt statim proboscide, halteribus pedibusque nigris, tibiis tantum lividis, clava halterum basi anguste pallida, corpore sat dense aureo-tomentoso, etc. Hæc vero *Chrysop. splendida* ad Rixdorff et Moabite prope Berolinum 14 Jul. 1842 a D. *Dahlbom* copiose capta, etiam in copula, mihique communicata, in Scandinavia peregrina videtur.

---

26. ATHERIX Meig.

Obs. Area alarum angularis in *A. crassicorni* subaperta, in reliqvis nostris plus minus occlusa.

1 *crassicornis* Panz. ♂♀. 2 *marginata* Fabr. ♂♀. 3 *nebulosa* Fabr.

1. *crassicornis* I. p. 225.

Obs. Alæ hyalinæ, basi subflavicantes.

2. *marginata* I. p. 225. — Meig. l. c. certe; an etiam Fabricii?

Obs. Antennæ, palpi, proboscis, halteres et pedes in utroque sexu nigra.

Mas: Alæ ad marginem interiorem hyalinæ, fasciis costalibus tribus brunneis, 1:ma latissima, omnibus per fasciolam albam e maculis 2 l. 3 conflatam distinctis; *femina:* alæ hyalinæ, fasciis costalibus tribus brunneis, 1:ma angustata, ultima totum apicem alæ occupante.

3. *A. nebulosa* I. p. 226.

Obs. Sub nomine: "*Atherix nebulosa* Meig.," D. *Leon Dufour* e St. Sever Galliæ 1844 communicavit individuum masculum, circiter 2 lineas longum, nigrum, nitidum, nudum. Antennæ nigræ. Oculi magni, in fronte arcte cohærentes. Epistoma cinereum. Palpi parum exserti et proboscis nigra. Punctum utrinque humerale pallidum. Scutellum ab acu perforatum haud conspicuum, nigrum videtur. Abdomen angustum, nigrum, incisuris duabus 1:mis sat distincte, 3:tia anguste, flavis. Anus forcipe connivente nigro nitido leniter clavatus. Venter basi pallidus. Alæ sordide hyalinæ, macula stigmaticali oblonga (nec ut in figura Degeeri rotundata), majuscula, nigro-brunnea. Ab hac macula descendit per nervulos transversos medios fasciola angusta irregularis valde obsoleta, fusca. Alæ de cetero immaculatæ. Area angularis arcte conclusa. Halterum clava nigra, petiolo pallido. Pedes tenues, anteriores cum coxis flavi, tarsis elongatis, obscuris, puberulis; postici nigri, femorum basi (non ad medium) pallida, metatarsis robustis. — Synonymia hujus mihi adhuc dubia videtur. *Meigen* tantum feminam describit. *De Geer* et marem et feminam adumbrat, illum alis macula solum stigmaticali fusca, hanc alis fusco-maculatis. *Fabricius* alas nebulosas vocat. *Fallén* ex auctoribus citatis speciem transscripsit, ipsi ignotam.

Obs. Atherix Ibis Auctor.: brunneo-nigra, fronte, epistomate thoracisque lineis qvatuor cinerascentibus, alis albido-hyali-

nis, fasciis tribus maculisque duabus juxta apicem fuscis; area angulari arcte occlusa; halterum clava obscura, petiolo flavo; pedibus rufis, tarsis apice fuscis; circiter 4 lin. longa; *mas:* oculis in frontis postico cohærentibus, abdomine ferrugineo, segmentis 1:mo fere toto, 2:do, 3:tio et 4:to punctis trifariam dispositis, reliqvis margine basali late, nigris; *femina:* oculis in fronte late, paralleliter distantibus, abdomine nigro, segmentorum margine apicali flavido l. cinerascente; etiam in Dania habitare fertur, mihi in Scandinavia non obvia, sed ex Hamburgo in utroque sexu a *von Winthem* olim missa.

---

27. PTIOLINA Stæg.

Obs. Species hujus generis cum *Spania* Meig. (Dipt. 6. p. 335. 1. T. 66. f. 12. ♂.) haud male conjungi possunt, consentiente D. *Stæger.* Locum autem melius sub *Leptidibus* (ut voluit *Macqvart*), quam inter *Hybotinas* Meig. tenet *Ptiolina* seu *Spania.* Tres quoque sine dubio adsunt antennarum articuli, licet 1:mus valde exiguus vix conspiciendus et a *Meigen* (in unico ejus individuo) facile prætervisus. A *Spania nigra* Meig. et Macqv., ubi tertius seu inferior trium nervorum, qui ex area discoidali excurrunt, abbreviatus (conferantur figuræ Meigeni et Macqvarti), aperte differunt nostræ species *Ptiolinæ*, in quibus omnes tres nervi, ex area discoidali excurrentes, integri sunt et ad summum marginem interiorem alæ extensi. — Si vero *Ptiolina* sub *Spania* refertur, nomen *Ptiolina nigra* in *Spaniam atram* mutetur, ut jam proposuit D. *Stæger.* Interea species duas Scandinavicas heic allatas sub genere *Ptiolina* retinuimus.

1 *obscura* Fall. ♂♀. 2 *nigra* Stæg. (*Spania atra* Stæg.) ♂♀.
1. *Pt. obscura* I. p. 227.

Mas: oculis (in viva) dimidietate superiori purpurea, inferiori nigra; (observante D. *Stæger*).

2. *Pt. nigra* I. p. 227.

Mas: area alarum discoidali (in Dipt. Scand. l. c. erronee legitur "angulari") nervulos subtres in marginem interiorem emittente.

Fam. 8. ACROCERINÆ Zett.

28. ACROCERA Meig.

1 *Globulus* Panz. ♂♀. 2 *borealis* Zett ♂?

1. *A. Globulus* I. p. 229.

2. *A. borealis* I. p. 230.

---

29. HENOPS Meig.

1 *gibbosus* Linn. ♂♀. 2 *marginatus* Meig. ♂♀. 3 *nigripes* Zett.

1. *H. gibbosus* I. p. 231.

2. *marginatus* I. p. 231.

Etiam in Norwegia ad Christianiam 1844 a D. *Moë* inventus.

3. *H. nigripes* I. p. 232.

---

30. SPHÆROGASTER Zett.

1 *Sph. arcticus* Zett. I. p. 234.

Fam. 9. HYBOTIDÆ Macq.

Obs. In *Hormopeza* et *Iteaphila* nervus 3:tius longitudinalis furcatus, in reliquis hujus Familiæ generibus simplex.

---

31. HYBOS Meig.

1 *funebris* Fabr. ♂♀. 2 *infuscatus* Stæg. ♂. 2—3 *rufitarsis* Zett. n. sp. ♂. 3 *vitripennis* Meig ♂♀. 4 *flavipes* Fabr. ♂♀. 5 *fumipennis* Meig. ♀.

1. *H. funebris* I. p. 234.

(Mares ad Gryphiam Julio, et feminas in Pinetis ad Neuenkirchen prope Gryphiam Septembri 1844, frequenter observavit D. *Dahlbom*. Etiam e Kilia a beat. *Wiedemann* olim missus.)

Obs. Thorax (in bene conservatis) lenissime cinereo-micans. Pedes toti nigri immaculati. ♂: alis fuscis, ima basi flavidis, stigmate obscuro; femoribus posticis valde incrassatis, tibiis tarsisque anterioribus pilosis seu subspinulosis; ♀: alis subhyalinis l. leniter fusco-hyalinis, ima basi paullo dilutioribus; femoribus posticis modice incrassatis.

2. *H. infuscatus* I. p. 234.

Obs. Sub hoc nomine latent duæ species, quæ ita distingvendæ:

H. infuscatus: niger, pedibus concoloribus breviter villosis, genibus omnibus puncto minuto ferrugineo, tarsorum intermediorum articulo 1:mo basi anguste rufo; corpore leniter cinereo-micante; alis subfuscanis, apice parum et indeterminate subhyalinis, stigmate fusco, halteribus pallidis. ♂♀. (Long. 1 $\frac{3}{4}$ lin.)

Stæg. in litt. 14 Jun. 1848. ♂♀. — *Hybos infu-*

scatus Zett. Dipt. Scand. 1. 234. 2. in descriptione; specimen Danicum (excluso specimine Scanico).

Hab. in Scandinavia minime vulgaris; scilicet in Dania a D. *Stæger* detectus mihique pro comparatione communicatus; in Sveciæ Gottlandia et ad Lärketorp Ostrogothiæ etiam parce legi; ad Gusum Ostrogothiæ a D. *Wahlberg* quoque captus.

♂♀. Ab *H. funebri*, cui similis, differt: colore corporis e cinereo leniter quidem, sed forte paullo magis conspicue micante, geniculorum puncto rufo, et in ♂ femoribus posticis minus incrassatis et tibiis præsertimque tarsis nonnihil brevius hirsutis; atque in ♀ femoribus posticis paullo tenuioribus, alis cinerascentibus, stigmate dilute brunneo.

2—3. *H. rufitarsis:* niger, geniculis omnibus puncto ferrugineo, tibiis intermediis tarsisque omnibus rufo-flavis; corpore leniter cinereo-micante; alis subfuscanis, apice indeterminate subhyalinis, stigmate dilute fusco, halteribus albidis. ♂. (Long. 1 $\frac{3}{4}$ lin.)

Hybos infuscatus Zett. Dipt. Scand. 1. 234. 2. ♂. Diagnosis (excluso specimine Danico).

Hab in Svecia valde rarus; in Scania nempe ad Lund semel inveni; in Ostrogothia ad Gusum a D. *Wahlberg* quoque lectus fuerit.

♂. Similis *H. infuscato*, pedum colore præcipue distinctus. Anus majusculus rotundatus, forcipe connivente. Tibiæ anticæ nigræ, parce spinulosæ, intermediæ flavæ, distincte spinulosæ. Tarsi omnes parce et breviter hirsuti (haud spinulosi), rufo-flavi, articulo ultimo brunneo. Femora postica modice crassa.

3. *H. vitripennis* I. p. 234.

Etiam in Scania ad Skarhult obvia; in Sveciæ provinciis borealibus *H. funebri* multo frequentior occurrit.

Obs. Pedes maris ut in *H. funebri* pilosi. Variat junior pedibus nigro-piceis.

4. *H. flavipes* I. p. 235.

5. *H. fumipennis* I. p. 235.

---

32. OCYDROMIA Hoffmgg.

1 *glabricula* Fall. ♂♀. 2 *scutellata* Meig. ♂♀. 3 *rufipes* Meig. ♂♀. 4 *nigripes* Zett. ♂♀.

1. *O. glabricula* I. p. 236. Synonymiæ adde: *Ocydr. nigripennis* Meig. Dipt. 6. 334. 7. ♂. (exclus. forte synon. Fabr. *Tachydromia nigripenni?*) — *Ocydr. melanopleura* Löw Isis 1840. ♂. — *Ocydr. scutellata* Zett. Dipt. Scand. 1. 236. 1. var. a. ♀.

(Exempla mascula e Lubeca a D. D. *Jacobo Behrens* et Apothecario *C. J. Milde* 1843 mihi quoque communicata):

Obs. Teste D. *Stæger* (in litteris nuper datis) "*Tachydrom. nigripennis* Fabr. Antl. l. c., secundum fragmentum individui masculi, quod hodie in museo Sehestedto-Lundeano Hafniæ asservatur, non ad *Ocydromiæ*, sed ad *Empidis* genus referenda." — Si vero ita esset, hæc *Empis* Fabricii mihi plane ignotum est animalculum. Descriptio hujus speciei in Fabr. Entom. Syst. 4. 407. 20. (ubi *Empis nigripennis* vocatur) in nostram *Ocydr. glabriculam* optime quadrat. Mirum quidem audit, *Fabricium* "oculos in *vivente* sangvineos, at post mortem nigros" nominasse apud insectum, quod (exsiccatum) e museo descripsit! Interea a D. *Stæger*, cui datur hoc museum consulere, notitiam avide expectamus cujusnam speciei vere sit hæc *Empis* Fabriciana anceps.

2. *O. scutellata* I. p. 237. — ♀ varietatis a. vix huc pertinet, sed forte potius ad *Oc. glabriculam.*

In Smolandia hæc quoque haud raro deprehensa.

3. *O. rufipes* I. p. 239.

Obs. Volente D. *Stæger*, *Ocydr. rufipes* Meig. et Zett. e specierum numero excludatur utpote præcipue continens (mente Stægeri) varietates tantum femineas *Ocydr. scutellatæ*, quarum mares inter varietates (ut femineas allatas) b, c, et d, *Ocydr. glabriculæ* Zett. quærendi. Secundum igitur Stægerum Meigenianæ et meæ species *Ocydromiæ scutellatæ*, *rufipedis* et *dorsalis* sub una tantum specie comprehendi possunt, sequentibus synonymis adjectis, nempe: *Oc. scutellata* Meig. Zett. var. a. ♂. — Zett. var b. c. et d. ♀? — *O. rufipes* Meig. ♀. Zett. ♂♀. — *O. dorsalis* Meig.? ♂. — *O. ruficollis* Macqv. ♀.

4. *O. nigripes* I. p. 240.

Obs. Femina hujus speciei mari similis, ano acuto distincta, jam quoque detecta fuit, scilicet in Smolandia ad Anneberg 13 Jun. a D. *Boheman* deprehensa, ut et ad Skärsjö rarissime capta.

---

33. LEPTOPEZA Macqv.

Obs. Feminæ ob oviductum ensiformem evolutum typos generis constituunt. Si igitur observationes reductionem aut conjunctionem specierum quarundam olim impellerent, nomina trivialia feminis jam imposita, retineri videantur, exceptis formis nostris 1 et 2, ubi pedes flavi notam communem præbent. — Pedes specierum hujus generis sæpissime simplices aut subsimplices sunt.

1 *ruficollis* Meig. ♀. 2 *flavipes* Meig. ♂. 3 *tibialis* Zett. ♀. 4 *borealis* Zett. ♂♀. 5 *flavimana* Zett. ♂. 6 *nigripes* ♂.

1. *L. ruficollis* I. p. 241.

Obs. Ut femina *L. flavipedis* a D. *Stæger* habetur.

2. *L. flavipes* I. p. 242. (♂ ad Putbus Rugiæ 31 Maji 1842 a D. *Dahlbom* captus).

Obs. D. *Stæger* putat hanc esse marem præcedentis.

3. *L. tibialis* I. p. 242.

Obs. Tantum ut varietas priorum a D. *Stæger* consideratur. An jure?

4. *L. borealis* I. p. 243. diagnosis hujus ita legatur:

L. borealis: nigra, palpis, ventre, tibiis posticis tarsisque omnibus, concoloribus; pedibus flavo-testaceis, tibiis posticis apice incrassatis; alis cinereo-hyalinis, nervis parum fuscis, stigmate obsoleto. ♂♀. (Long. 1 lin.)

E provinciis borealibus et Lapponia interdum in Sveciam temperatiorem descendit; sic in Smolandia ad Anneberg marem raro legit D. *Boheman;* in Ostrogothia ad Gusum in floribus Salicis 20 Maji in utroque sexu a D. *Wahlberg* inventa; ♀ iterum in Dalecarlia observata, *Boheman.*

Mas similis *feminæ* præter oviductum, staturam corporis paullo graciliorem, abdomen subhirtulum, pedes pallidiores et metatarsos etiam flavos.

Obs. Ambo sexus (in viva) oculis pulchre chalybeis gaudet, observante Prof. *Wahlberg.*

5. *L. flavimana* I p. 244.

Obs. In descriptione deleatur signum ♀, nam tantum ♂ est cognitus.

6. *L. nigripes* I. p. 244.

34. OEDALEA Meig.

1 *hybotina* Fall. ♂♀. 2 *stigmatella* Zett. ♂♀. 3 *flavipes* Stæg. ♂♀. 4 *minuta Fall.* ♂. 5 *pallipes* Zett. ♀.

1. *Oed. hybotina* I. p. 245.

2. *Oed. stigmatella* I. p. 246.

In Ostrogothia ad Gusum et in Westrogothia ad Gothoburgum a D. *Wahlberg* deprehensa; ♀ etiam in Smolandia visa.

3. *Oed. flavipes* I. p. 247.

Specimen masculum e paroecia Särna Dalecarliæ a D. *Boheman* 22 Jun. 1835 collectum hujus videtur.

Obs. Antennæ longæ.

4. *Oed. minuta* I. p. 247.

5. *Oed. pallipes* I. p. 248.

In Smolandia ad Anneberg 12 Jun. ♀. a D. *Boheman* lecta.

---

35. ANTHALIA Zett.

1 *Gyllenhali* Zett. ♂♀. 2 *rostrata* Zett. ♂♀. 3 *albipennis* Zett. ♂♀. 4 *nigra* Zett. ♂♀. 5 *furcata* Zett. ♀. 6 *Schönherri* Zett. ♂♀. 7 *pallida* Zett. ♂.

1. *A. Gyllenhali* I. p. 249.

Etiam in Lapponia Lulensi ad Qvickjock inventa a *Boheman*.

2. *A. rostrata* I. p. 250.

Individuum femineum halterum clava tibiisque posticis brunescentibus, de cetero varietati genuinæ simil-

limum, a D. *Stæger* missum, in Dania captum, speciali loco non indicato, vix ad aliam speciem referendum.

3. *A. albipennis* I. p. 250.
4. *A. nigra* I. p. 251.
5. *A. furcata* I. p. 252.
6. *A. Schönherri* I. p. 252.
7. *A. pallida* I. p. 253.

---

36. MICROPHORA Macqv.

1 *flavipes* Meig. ♂♀. 2 *clavipes* Meig. (*Empis minuta* Fall.) ♂♀. 3 *fuscipes* Zett. ♂♀. 4 *pusilla* Meig. (*M. tarsella* Zett. ♂.) ♂♀.

1. *M. flavipes* I. p. 254.

In Smolandia ad Anneberg utrumque sexum 10—13 Jun. deprehendit D. Prof. *Boheman*; marem quoque in Bahusia 25 Jun. observavit idem *Boheman*.

2. *M. clavipes* I. p. 254.
3. *M. fuscipes* I. p. 256.

Mas similis *feminæ*, sed alis nonnihil obscurioribus, nervulo etiam e medio area excurrente ad marginem extenso dignotus, in Dalecarlia 21 Jun. a D. *Boheman* detectus.

Cfr. *Observatio* sub *Oed. pallipede* p. 249.

4. *M. pusilla* I. p. 256.

Secundum observationes recentiori tempore factas, est, ut jam ipse autumavi, *M. pusilla* femina et *M. tarsella* mas ejusdem speciei. Diagnosis igitur hoc modo mutanda:

M. pusilla: nigra, parum nitida, subpuberula, pedibus nigris; alis subhyalinis, stigmate obsoleto; *mas:*

halteribus nigricantibus, pedum posticorum apice, metatarsisque, valde dilatatis; *femina:* halteribus albidis, pedibus simplicibus. ♂♀. (Long. ⅔ lin.)

Microphorus pusillus Macqv. Dipt. du Nord. Hybotid. p. 140. 3. ♀. Ejusdem Buff. I. 346. 3. ♀. *Microphora pusilla* Zett. Dipt. Scand. 1. 256. 4. ♀. — *Trichina* eadem Meig. Dipt. 7. 78. 5. ♀. — *Platypeza anomala* Meig. Dipt. 4. 9. 7. ♂. — *Microphorus crassipes* Macqv. Dipt. du Nord. Hybotid. 140. 1. ♂. Ejusdem Buff. I. 346. 1. ♂. — *Trichina* eadem Meig. Dipt. 7. 78. 3. ♂. — *Microphora tarsella* Zett. Dipt. Scand. 1. 257. 5. ♂.

Hab. in pratis Sveciæ mediæ et in Dania mense Julio, minus frequens; scilicet in Gottlandia ad Nähr (in prato prope litus maris), Gothem et Öja; in Uplandia ad Holmiam (in Pteride aqvilina 12—16 Jun. 1842), D. *Boheman;* in Jemtlandia rarius, Idem; e Dania a D. *Stæger* communicata. (E Glogavia individuum masculum absque nomine a D. *Zeller* obtinui).

Descriptio ♂ et ♀. Vide descriptiones sub *Micr. pusilla* et *tarsella* in Dipt. Scand. 1. p. 256 et 257.

Obs. Cum nomen *crassipes* sexui masculo tantum competat, at *pusilla* et mari et feminæ sit aptum, posterius pro specie retinui.

5. *M. tarsella* I. p. 257. deleatur utpote tantum ♂ *Micr. pusillæ.*

---

37. HORMOPEZA Zett.

1. *H. obliterata* Zett. ♂♀. I. p. 257.

Exempla utriusque sexus etiam in Lapponia Tornensi 1847 a D. Prof. *Wahlberg* copiose inventa.

---

38. ITEAPHILA Zett.

1 *Macqvarti* Zett. ♂♀. 2 *nitidula* Zett. ♀.

1. *I. Macqvarti* I. p. 258.

In Norrlandia ad Säfvar a D. *Boheman* reperta.

2. *I. nitidula* I. p. 260.

Fam. 10. TACHYDROMIDES Wied.

39. HEMERODROMIA Hffmgg.

1 *Frigelii* Zett. ♂♀. 2 *oratoria* Fall. ♂♀. 3 *unilineata* Zett. ♂? 4 *raptoria* Meig. ♂♀. 5 *trapezina* Zett. ♂♀. 6 *flavella* Zett. ♂♀. 7 *precatoria* Fall. ♂♀. 8 *monostigma* Meig. ♂♀.

1. *H. Frigelii* I. p. 261. Zett. Ins. Lapp. 542 1. ♂♀.

Qvoque in Lapponia Lulensi capta, D. *Andersson.*

2. *H. oratoria* I. p. 262.

3. *H. unilineata* I. p. 263.

4. *H. raptoria* I. p. 264.

Ambo sexus ad Gusum Ostrogothiæ a D. *Wahlberg* inventus; et mares et feminas quoque in Dania legit D. *Stæger.*

5. *H. trapezina* I. p. 264.

6. *H. flavella* I. p. 265.

7. *H. precatoria* I. p. 266.

(Var. a. ♂. etiam ad Zirkow in insula Rugia 6 Jun. 1842 a D. *Dahlbom* observatus).

8. *H. monostigma* I. p. 267.

---

40. PHYLLODROMIA Zett.

1 *melanocephala* Fabr. ♂♀. 2 *vocatoria* Fall. ♂♀. 3 *albiseta* Zett. ♂♀.

1. *Ph. melanocephala* I. p. 269.

Var. a. etiam in Dania frequenter occurrit; (var. b. ♂♀ ad Gryphiam Jul., *Dahlbom*.)

2. *Ph. vocatoria* I. p. 270.

3. *Ph. albiseta* I. p. 271.

---

41. TACHYDROMIA Meig.

Sect. 1. Antennæ capite breviores, palpis plerumque (nam dantur etiam species palpis nigris) pallide flavis l. albidis.

A. Pedes sæpissime toti flavicantes (in *T. agili* ♀ n:o 4 nigro-maculati).

* thorace cinerascente l. cinereo-pruinoso; palpis haustello nigro sæpe triplo et magis brevioribus.

1 *flavipes* Fabr. ♂♀. 2 *maculipes* Meig. ♂♀. 3 *notata* Meig. ♀. 4 *agilis* Meig. ♂♀. 4—5 *strigifrons* Stæg. n. sp. ♂♀. 5 *bicolor* Fabr. ♂♀. 6 *pallidiventris* Meig. ♂♀. 7 *longiseta* Zett. ♂♀. 8 *flavicornis* Meig. ♂♀. 9 *albicornis* Stæg. ♂♀. 10 *cursitans* Fabr. ♀. 11 *coxata* Stæg. ♂. 12

calceata Meig. ♂♀. 13 *cothurnata* Meig. ♂♀. 14 *ecalceata* Zett. ♂. 15 *articulata* Meig. ♀. 16 *maculimana* Zett. ♂. 17 *candicans* Fall ♂♀. 18 *major* Zett. ♀.

** thorace nigro, nitido (in *T. brevicorni* cinereo, opaco).

19 *flavipalpis* Meig. ♂♀. 20 *macula* Zett. ♂♀. 21 *ciliaris* Fall. ♂♀. 22 *ungviculata* Zett. ♂♀. 23 *fuscicornis* Zett. (an *T. pallipes* est hujus varietas?) ♂♀. 24 *fuscimana* Zett. ♀. 25 *brevicornis* Zett. ♀.

*** thorace pallido l. flavo-rufo (*T. flavipalpis* var. b. thorace rufescente, vide antea sub n:o 19).

26 *lutea* Fall. ♂♀. 27 *glabra* Meig. ♂♀. 28 *pectoralis* Fall. ♂♀. 29 *straminipes* Meig. ♂♀.

B. Pedes maxima ex parte nigri l. obscuri (in *T. femorali* n:o 34, et *annulata* n:o 37 fere ex maxima parte flavi l. lutei).

30 *nigra* Fall. ♂♀. 31 *picipes* Zett. ♂♀. 32 *nigritella* Zett. (*T. nigrina* Meig.?) ♂♀. 33 *moriella* Zett. ♂♀. 34 *femoralis* Zett. ♂♀. 35 *sordida* Zett. ♂♀. 35—36 *atra* Wahlb. n. sp. ♂♀. 35—36 *æneicollis* Bohem. n. sp. (*Platypalpus æneus* Macqv.?) ♀. 36 *curvinervis* Zett. ♂♀. 37 *annulata* Fall. ♂♀. 38 *minuta* Meig. ♂♀.

Sect. 2. Antennæ capite longiores. Palpi halteresque albi.

39 *pubicornis* Zett. (*T. longicornis* Meig.?) ♂♀. 40 *pallipes* Fall. ♂♀. 41 *stigmatella* Zett. ♂♀. 42 *confinis* Zett. ♀. 43 *nigritarsis* Fall. ♂♀. 44 *dissimilis* Fall.

♂♀. 45 *albo-capillata* Fall. ♂♀. 46 *albiseta* Panz. ♂♀. 47 *niveiseta* Zett. ♂?

1. *T. flavipes* I. p. 273.

Obs. in diagnosi melius dicitur: alis hyalinis, nervis parum fuscis: quam: "alis hyalinis, parum fusco-nervosis."

Var. a. (e Melita a D. *Schembri* ♀ quoque missa; circa Gryphiam frequens, D. *Dahlbom*).

Var. b. ♀ ad Esperöd Scaniæ Jul. 1843. (E Moabite prope Berolinum Aug. 1847, *Dahlbom*).

Var. c. (nec b.) ♀ ad Silfåkra Scaniæ 28 Aug. semel inventa.

Var. monstrosa: nervulo appendiceo in apice alæ, a D. *Boheman* Holmiæ 15 Maji 1842 deprehensa.

2. *T. maculipes* I. p. 274.

3. *T. notata* I. p. 275.

Alter quoque sexus seu *mas* similis feminæ, sed ano obtuso, in Scania ad Esperöd in paroecia Mellby 20 Jul. 1843 detectus. (♂ etiam ad Moabite prope Berolinum 14 Aug. 1847 a D. *Dahlbom* repertus).

4. *T. agilis* I. p. 275.

Exemplum typicum femineum in Bahusia 3 Jun. a D. *Boheman* lectum; ♀ etiam in Lapponia meridionali ab Eodem visa. (Uterque sexus ad Jungfernheide et Moabite 14—16 Jul. 1842 a D. *Dahlbom* captus; ibi etiam var. ♀ femoribus posticis flavis subimmaculatis, thorace cinereo, reperta).

Obs. Ad Neuenkirchen in Mecklenburg Strelitz d. 20 Maji 1842, D. *Dahlbom* specimen femineum invenit, quod cum *T. agili* in plerisque convenit, sed antennis multo brevioribus, articulo scilicet ultimo parvo, brevissime ovato seu rotundato,

aperte differt. Talis vero, quam *T. curticornem* nominarem, in Scandinavia non deprehensa fuit, quantum mihi innotuit.

4—5. *T. strigifrons:* cinerascens, abdomine atro, nitido; pedibus flavis, tibiarum tarsorumque articulorum summo apice nigro; antennis modice longis, conicis, totis nigris; alis hyalinis, nervis sat distinctis. ♂♀. (Long. 1 lin.)

Stæg. in litt. 14. Jun. 1848. ♂♀.

Hab. in Dania, D. *Stæger*, qui ambos sexus mihi communicavit.

♂♀. Affinis et similis prioribus, sed a *T. flavipede* antennis nonnihil longioribus, et a tribus proxime præcedentibus femoribus in utroque sexu immaculatis distingvitur. Antennæ cum seta totæ atræ, articulo ultimo modice longo, anguste conico, seta longitudine fere antennæ. Frons cinerea. Epistoma angustum, niveum. Palpi parvi, breves, albidi. Haustellum capite fere brevius, atrum. Thorax cinereus, disco dorsali (an detrito?) nitido, atro. Pectus et scutellum cinerea. Abdomen atrum, nitidum. Alæ hyalinæ, basi et nervo auxiliari pallidis. Nervi longitudinales 3 et 4 subparalleli. Halteres albidi. Pedes cum coxis flavi, tibiarum summo apice brunneo. Tarsorum omnium articuli apice nigri. Femora intermedia ceteris crassiora.

5. *T. bicolor* I. p. 276.

6. *T. pallidiventris* I. p. 277.

7. *L. longiseta* I. p. 278.

8. *T. flavicornis* I. p. 278.

Mas quoque in Smolandia rarius visus.

9. *T. albicornis* I. p. 279.

10. *T. cursitans* I. p. 280.

Var. b. ♀. etiam in Smolandia ad Anneberg a D. *Boheman* lecta.

11. *T. coxata* I. p. 281.

Femina (hactenus ignota) mari descripto simillima, sed coxis femoribusque omnibus luteis, nec pedum anticorum coxis totis femoribusque basi late nigris, jam a D. *Stæger* in copula cum mare deprehensa.

Obs. In diagnosi extat, anteriorum femoribus, lege: anticorum femoribus.

12. *T. calceata* I. p. 282.

♀ in Lapponia Lulensi a D. *Andersson* 1843 capta.

13. *T. cothurnata* I. p. 283.

14. *T. ecalceata* I. p. 283.

15. *T. articulata* I. p. 284.

16. *T. maculimana* I. p. 284.

17. *T. candicans* I. p. 285.

Var. a. ♀. etiam e Christiania Norwegiæ 1844 a D. *Moë* missa.

Var. b. ♀. (Ad Gryphiam mense Junio 1843 a D. *Dahlbom* copiose lecta).

Var. c. ♀. quoque in Smolandia observata.

18. *T. major* I. p. 287.

♀ in Smolandia rarius visa. (Ad Stetinum Germaniæ 8 Jun. 1842 etiam a D. *Dahlbom* deprehensa.)

19. *T. flavipalpis* I. p. 288.

Var. a. ♀. etiam e Smolandia missa.

20. *T. macula* I. p. 289.

Quoque in Lapponia Lulensi ad Qvickjock capta, *Boheman.*

21. *T. ciliaris* I. p. 289.

Feminam quoque e Smolandia obtinui.

22. *T. ungviculata* I. p. 291.

23. *T. fuscicornis* I. p. 291.

Ex hac specie jam detectus fuit uterque sexus.

Obs. Specimina quoque dantur, quæ tarsis totis flavis, et articulo ultimo vix dilute brunneo, multo minus fusco seu obscuro gaudent, qualia ex utroque sexu e Dania mihi misit D. *Stæger.* Monente Eodem oculatissimo Viro hæcce individua ad Meigeni *Tach. pallipedem* n:o 40 (nobis) referenda sint (excluso tamen certe synonymo Falleni).

24. *T. fuscimana* I. p. 292.

25. *T. brevicornis* I. p. 293.

26. *T. lutea* I. p. 294.

In Smolandia quoque capta.

27. *T. glabra* I. p. 295. — E Smolandia etiam obtinui.

28. *T. pectoralis* I. p. 295.

29. *T. straminipes* I. p. 296.

30. *T. nigra* I. p. 297.

31. *T. picipes* I. p. 298.

32. *T. nigritella* I. p. 298.

33. *T. moriella* I. p. 299.

34. *T. femoralis* I. p. 299.

35. *T. sordida* I. p. 300.

Obs. Nervus longitudinalis 5:tus fere ad summum marginem extenditur, 6:ti abbreviati tantum vestigium. Tibiæ omnes interdum lutescentes.

35—36. *T. atra:* atra, nitída, thoracis limbo anguste, pleuris, coxisque anticis, canescentibus; epistomate, palpis halteribusque albis; antennis breviter ovatis pedibusque nigris, geniculis anticis luteis; femoribus intermediis crassissimis; alis hyalinis, nervis fuscis, longitudinalibus: 2:do elongato, 3 et 4 lenissime subflexuosis, 5:to integro, transversis in lineam obliqvam approximatis. ♂♀. (Long. 1 lin.)

Wahlb. in litt.

Hab. in Lapponia Lulensi ad Qvickjock, ubi a Prof. *Wahlberg* detecta mihique in utroque sexu communicata.

♂♀. Species certe distincta. *Tachydr. sordidæ* proxima et similis, sed thoracis disco dorsali late nudo, nitido, atro (nec grisescenti-subopaco), coxis anticis canis, pedibus nigrioribus, geniculis scilicet tantum anticis auguste ferrugineis, tibiis anticis tantum ima basi, nec totis, luteis, nervis longitudinalibus 3 et 4 non exactissime parallelis, 5:to usque ad summum marginem alæ extenso, etc., abunde dignota. Frons angustata nigra, certo situ griseo-nitens. Antennæ nigræ, articulo ultimo breviter ovato-conico, seta antenna paullo longiori concolori. Epistoma et palpi mediocres l. minores, nivea. Haustellum capite nonnihil logius, atrum. Abdomen atrum nitidum, ano in ♂ obtuso l. subrotundato, in ♀ distincte acuto. Alæ hyalinæ, nervis fuscis perspicuis, basi haud dilutioribus, longitudinalibus 3 et 4, si attente observes, lenissime subflexuosis, 5:to integro, 6:to præsente, licet utrinque abbreviato, transversis ante medium disci in lineam obliqvam connexis. Halteres albidi. Pedes toti nigri, parce et brevissime cinereo-puberuli, geniculis anticorum luteis l. ferrugineis. Tarsi præsertim postici dense at brevissime puberuli. Coxæ anticæ latere antico e pube brevissima cinerea canonitent. Femora antica mediocriter crassa, intermedia distincte incrassata subtus serrulata, postica simplicia.

35—36. *T. æneicollis*: nigra, thorace æneo-pruinoso, subnitido; pectore cano; epistomate halteribusque albis, palpis obscuris; antennis parvis pedibusque nigris, geniculis anticis luteis; femoribus intermediis crassissimis; alis hyalinis, nervis fuscis, longitudinalibus: 2:do elongato, 3 et 4 lenissime subflexuosis, 5:to subintegro; transversis in lineam obliquam approximatis. ♀. (Long. 1 lin.)

Boheman in litt. — An *Platypalpis æneus* Macqv. Dipt. du Nord. Empid. p. 95. 5. ♂.? Ejusdem Buff. 352. 5? *Tachydrom. ænea* Meig. Dipt. 7. 97. 51. ♂. (e descriptione Macqvarti transscripta)?

Hab. in Pteride aqvilina Sveciæ mediæ rarius; scilicet in insula Gottlandia ad Nähr et Gothem 21—26 Jun. a Prof. *Boheman* inventa, mihique communicata.

♀. *T. atræ* iterum valde similis et affinis, sed thoracis dorso toto metallice pollinoso, nitido, palpis obscuris, nec albis, haustello breviori, etc., mox dignoscenda. Frons angusta, grisea. Antennæ parvæ, forte adhuc minores breviores, quam in *T. atra*, sed seta longior quam in ea. Epistoma niveum. Palpi minuti, obscuri. Haustellum capite fere triplo brevius, atrum. Thorax et scutellum ænea, micantia, pleuris canis. Abdomen atrum, nitidum, ano acuto subcompresso. Alæ omnino ut in *T. atra*. Halteres albi, basi nigricantes. Pedes etiam ut in *atra*. Tarsi certo situ obscure brunnei videntur.

Obs. Forte Macqvarti *Platpyalp. æneus* est mas hujus? Sed Clar. Auctor epistoma et pedes "nigra" describit, nulla mentione facta de geniculis anticis rufis; inde dubium.

36. *T. curvinervis* I. p. 301.

37. *T. annulata* I. p. 301.

In Smolandia etiam capta.

38. *T. minuta* I. p. 303.

In Scania ad Esperöd 20 Jul. 1843 quoque rarius visa. (Ad Neuenkirchen 20 Maj. 1842 a D. *Dahlbom* ♀ lecta).

39. *T. pubicornis* I. p. 304.

40. *U. pallipes* I. p. 305.

Obs. Citatio "Meig. Dipt. 3. 74. 14?" forte heic excludi et rectius sub *Tachyd. fuscicorni* nob. p. 291. n:o 23 referri debet.

41. *T. stigmatella* I. p. 306.

In Lapponia Lulensi ad Qvickjock quoque reperta, D. *Boheman.*

42. *T. confinis* I. p. 307.

Ad Qvickjock Lapponiæ Lulensis, *Boheman* 1843.

43. *T. nigritarsis* I. p. 307.

Qvoque in Lapponia Lulensi deprehensa.

44. *T. dissimilis* I. p. 308.

Var. b. ♂. etiam in Norwegia ad Christianiam Jul. 1844 a D. D. *Dahlbom* et *Moë* observata.

45. *T. albo-capillata* I. p. 309.

Marem e Smolandia quoque obtinui. (Ad Gryphiam Jul. 1845 ♂ a D. *Dahlbom* etiam captus).

46. *T. albiseta* I. p. 310.

47. *T. niveiseta* I. p. 311.

---

42. TACHYPEZA Meig.

* Halteres albi l. pallidi. Palpi argentei l. flavi (in *T. morione* n:o 3 palpi nigri).

1 *arrogans* Linn. ♂♀. 2 *albitarsis* Stæg. ♂♀. 3 *morio* Zett. ♂♀. 4 *fuscipennis* Fall. ♂♀. 5 *Truncorum* Fall. ♂♀. 6 *nervosa* Meig.? Zett. ♂♀. 7 *fenestrata* Stæg. ♀. 8 *Heeri* Zett. ♂♀. 9 *terricola* Zett. ♂♀. 10 *Graminum* Fall. ♂♀.

** Halteres palpique obscuri.

11 *Winthemi* Zett. ♂♀. 12 *cursitans* Zett. (non Fabr., non Meig.) ♂♀. 13 *brevipennis* Zett. ♂♀.

1. *T. arrogans* I. p. 312.

Var. c. ♀. (in hortis Gryphicis Jun. 1844 a D. *Dahlbom* frequenter observata).

2. *T. albitarsis* I. p. 313.

E Smolandia plura specimina utriusque sexus obtinui; mas quoque in Norwegia ad Christianiam 1844 a D. *Moë* deprehensus.

3. *T. morio* I. p. 314.

4. *T. fuscipennis* I. p. 315.

Etiam ex Hafnia 1846 a D. *Stæger* communicata.

5. *T. Truncorum* I. p. 316.

6. *T. nervosa* I. p. 317.

In Smolandia etiam ad Skärsjö capta. (♂ ad Gryphiam Maj. 1842 a D. *Dahlbom* lectus).

7. *T. fenestrata* I. p. 318.

8. *T. Heeri* I. p. 318.

9. *T. terricola* I. p. 320. adde descriptioni: frons angusta nigra, certo situ argenteo-micans. Antennæ minutæ flavæ, articuli ultimi apice setaque nigris.

Obs. Sub indicio: "*Tachypeza apicata* n. sp." individuum femineum, in Dania captum, a D. *Stæger* 14 Jun. 1848 obtinui, quod a nostra varietate *T. terricolæ* (in descriptione) "femoribus posticis apice subinfuscatis", distingvere non possum.

10. *T. Graminum* I. p. 320.

Etiam in Smolandia frequenter occurrit; D. hortulanus *Moë* jam mense Martii individua utriusque sexus sub lapidibus locis aridis ad Christianiam Norwegiæ invenit mihique communicavit. (♂♀ e Glogavia a D. *Zeller* missi).

11. *T. Winthemi* I. p. 321.

Etiam ad Storsand in paroecia. Öfver-Luleå 16 Jun.

1843 a D. *Andersson* capta; ad Qvickjock, D. *Boheman.*

12. *T. cursitans* I. p. 322.

13. T. *brevipennis* I. p. 323.

---

43. ARDOPTERA Macqv.

1 *irrorata* Fall. ♂♀. 2 *nivalis* Zett. ♀.

1. *A. irrorata* I. p. 324.

(Ad Neuenkirchen in Mecklenburg-Strelitz 15—20 Maj. 1842 plures mares collegit D. *Dahlbom).*

2. *A. nivalis* I. p. 325.

---

44. ELAPHROPEZA Macqv.

1. *E. ephippiata* Fall. ♂♀. I. p. 326.

---

45. DRAPETIS Meig.

1 *minima* Meig. (*Drap. exilis* Zett. Ins. Lapp. — *Tachydrom. assimilis* Fall.) ♂♀. 2 *exilis* Meig. (non Zett. Ins. Lapp.) ♂.

1. *D. minima* I. p. 327.

2. *D. exilis* I. p. 328.

Apud nos rarissime ocurrit, apud Exteros frequenter in utroque sexu obvia fuerit.

---

46. CYRTOMA Meig.

1 *spuria* Fall. (*Cyrt. atra* Meig.) ♂♀. 2 *nigra* Meig. ♂♀. 3 *sulcata* Stæg. ♂♀. 4 *simplicipes* Stæg. ♂♀.

1. *C. spuria* I. p. 329.

(Mas ad Neuenkirchen jam 14—20 Maj., femina serius seu Jul. ad Gryphiam occurrit, observante *Dahlbom*).

2. *C. nigra* I. p. 330.

3. *C. sulcata* I. p. 331.

4. *C. simplicipes* I. p. 331.

(♀ ad Gryphiam 12 Jun.—6 Jul. 1843 a D. *Dahlbom* deprehensa.)

---

47. PLATYCNEMA Zett.

1 *pulicaria* Fall. (*Cyrtoma* eadem Zett. Ins. Lapp.) ♂♀. 2 *tibiella* Zett. ♀.

1. *Pl. pulicaria* I. p. 332.

2. *Pl. tibiella* I. p. 333.

---

48. MICROSANIA Zett.

1 *stigmaticalis* Zett. ♂♀. 2 *pectinipennis* Meig ♀.

1. *M. stigmaticalis* I. p. 334.

Etiam in Smolandia ad Anneberg 18—22 Jun. ♂ a D. *Boheman* inventus.

Obs. Oculi in ♂ non distantes.

2. *M. pectinipes* I. p. 335.

Fam. 11. EMPIDIÆ Fall.

49. HILARA Meig.

*). Metatarsus anticus in mare incrassatus.

1 *lurida* Fall. ♂♀. 2 *gallica* Fall. ♂♀. 2—3 *canescens* Zett. n. sp. ♀. 3 *abdominalis* Zett. ♂♀. 4 *fuscipes* Fabr. ♂♀. 5 *quadrivittata* Meig. ♂♀. 6 *bistriata* Stæg. ♂. 7 *maura* Fabr. ♂♀. 8 *lugubris* Zett. ♂♀. 9 *pilosa* Zett. ♂♀. 10 *interstincta* Fall. (*Hil. modesta* Meig. videtur) ♂♀. 11 *spinimana* Zett. (an *H. cilipes* Macqv.?) ♂♀. 12 *infans* Zett. ♂♀. 13 *pilipes* Zett. ♂♀. 14 *æthiops* Zett. ♂. 15 *hirtula* Zett. ♂. 16 *manicata* Meig. ♂♀. 17 *squalens* Zett. ♀. 18 *tenuinervis* Zett. ♀. 19 *griseola* Zett. ♂♀. 20 *nigritarsis* Zett. ♂♀. 21 *litorea* Fall. (*H. univittata* Meig. ♂) ♂♀. 22 *niveipennis* Zett. ♂♀. 23 *tenella* Fall. ♂♀. 24 *nigrina* Fall. ♂♀. 25 *nitidula* Zett. ♂♀. 25—26 *Pinetorum* Leon Dufour n. sp. ♂♀. 26 *femorella* Zett. ♂♀. 27 *clypeata* Meig. ♂♀. 28 *chorica* Fall. ♂♀. 29 *brevivittata* Meig. ♂♀. 30 *longivittata* Zett. ♂♀.

**) Metatarsus anticus in mare simplex.

31 *minuta* Zett. ♂♀. 32 *obscura* Meig? ♂.

1 *H. lurida* I. p. 336.

In Smolandia ad Skärsjö, beat. *Ljungh.*

2. *H. gallica* I. p. 336.

2—3. *H. canescens:* subpilosa, opaca, læte cinerea, thorace obsoletissime fusco-bivittato; alis albido-hyalinis, basi pallidis, linea stigmaticali nigricante, halteribus albidis; pedibus flavis, tibiis posticis tarsisque omnibus nigris; tibiis parce pilosulis. ♀. (Long. vix ultra 1 lin. absque oviductu).

Hab. in Ostrogothia valde rara, ad Gusum a Cel. *Wahlberg* detecta mihique communicata.

♀. *H. gallicæ* similis et affinis, sed magnitudine duplo minore, tibiis posticis nigris, nec flavis, etc., ab illa recedit. Caput obscurum. Antennæ longitudine circiter capitis, nigræ. Haustellum capite fere brevius, crassum, atrum, nitidum. Palpi minuti, brevissimi, flavi. Thorax cinereus, dorso seriatim pilosulo, lineis 2 fuscis valde obsoletis, certo tantum situ earum vestigio. Pectus et scutellum cinerea. Abdomen obscure cinereum, subnudum, ano exserto acuto. Alæ sordide albo-hyalinæ, basi pallidiores. Nervi ut in *H. gallica* directi. Linea stigmaticalis angusta, nigricans. Halteres albidi. Pedes cum coxis flavi, subnudi seu leniter tantum puberuli, tibiis extus parum pilosulis. Tibiæ posticæ nigræ, ima basi flavæ. Tarsi omnes et toti nigri.

3. *H. abdominalis* I. p. 337.

4. *H. fuscipes* I. p. 338.

♂ etiam in Lapponia Lulensi, *Boheman* et *Andersson.*

5. *quadrivittata* I. p. 339.

♂ et ♀ in Smolandia frequenter observati; in Lapponia Lulensi raro, D. *Andersson.*

6. *H. bistriata* I p. 340.

♂ quoque ad Holmiam lectus a D. *Boheman.*

7. *H. maura* I. p. 341.

(Genuina species in utroque sexu etiam frequenter observata 20 Maj.—6 Jun. 1842 a D. *Dahlbom* non solum ad Neuenkirchen prope Gryphiam, verum etiam ad Putbus et Zirkow in Rugia).

Obs. 1. Metatarsus maris anticus potius ellipticus, quam "oblongo-ovatus," dicitur. Alarum nervi furcati ramus superior sat (nec "haud") elongatus, modice (nec "parum") inflexus.

Obs. 2. ♀ alis monstrosis: in ala scilicet dextra nervulo apicem nervi longitudinalis 2:di et medium ramuli superioris nervi longitudinalis 3:tii furcæ connectente. Ad Neuenkirchen 20 Maj. 1842, *Dahlbom.*

8. *H. lugubris* I. p. 341.

(♂♀ in copula juncti e Glogavia a D. *Zeller* 1842 absque nomine missi).

9. *H. pilosa* I. p. 342.

10. *H. interstincta* I. p. 343.

Var. a. Etiam in Smolandia lecta.

Var. b. ♂. (ad Neuenkirchen 20 Maj. 1842 raro, D. *Dahlbom.*)

11. *H. spinimana* I. p. 344.

In Lapponia Lulensi ad Qvickjock, D. *Boheman.*

12. *H. infans* I. p. 346.

In Lapponia Lulensi ad Qvickjock 1843 quoque capta, D. *Boheman.*

13. *H. pilipes* I. p. 346.

Etiam ad Nelkerim in paroec. Öfver-Luleå, *Boheman.*

14. *H. æthiops* I. p. 347.

15. *H. hirtula* I. p. 348.

16. *H. manicata* I. p. 348.

♂ iterum in Scania ad Esperöd 20 Jul. 1843 captus.

Obs. Synonymon Geoffr. Ins. Paris. 1762. p. 475. 20: "*Asilus* niger, pedibus anticis articuli tarsi primo crasso clavato," a Meigen citatum, mihi valde dubium videtur; nam descriptio incompleta pluribus speciebus accomodari potest.

17. *H. squalens* I. p. 349.

18. *H. tenuinervis* I. p. 349.

19. *H. griseola* I. p. 350.

♂♀ etiam in Dalecarlia 30 Maj.—10 Jun. reperti, *Boheman.*

20. *H. nigritarsis* I. p. 351.

21. *H. litorea* I. p. 351.

Var. a. ♂♀. halterum clava fusca, pedibus flavidis, I. c. p. 252.
Var. b. ♂♀. halterum clava fusca, pedibus fuscis, I. c. p. 252.
Var. c. ♂♀. (nov. var.) halteribus totis albidis, pedibus flavidis; ad Sparresäter Westrogothiæ 1—10 Jul. 1842 a D. Magistro *Kindberg* lecta; forte hujus?

22. *H. niveipennis* I. p. 352.

Var. a. ♀. Dalecarlia 28 Jun., *Boheman.*

Var. c. (etiam sexus masculus metatarso oblongo-ovato ad Neuenkirchen 20 Maj. 1842 a D. *Dahlbom* rarius deprehensus).

23. *H. tenella* I. p. 353.

24. *H. nigrina* I. p. 354.

♀ in Dyrhaven Hafniæ Jul. 1844 a D. *Dahlbom* haud raro visa.

25. *H. nitidula* I. p. 355.

♂♀ in Lapponia Lulensi freqv., D. *Andersson;* genuina quoque in Ostrogothia ad Gusum a D. *Wahlberg* reperta.

Obs. Præter alias notas, etiam per magnitudinem paullo minorem ab *Hil. maura* n:o 7 dignoscitur.

25—26. *H. Pinetorum:* glabricula, subnitida, atra, halteribus concoloribus; thorace supra puberulo; alis sordide hyalinis, stigmate nigricante, ramo superiori nervi furcati basi flexo; pedibus totis nigris, femoribus posticis simplicibus, metatarso antico maris incrassato, oblongo ♂♀. (Long. 1—1 $\frac{1}{3}$ lin.)

Leon Dufour in litt. 1844.

In Scandinavia meridionali deprehensa fertur, mihi viva non obvia. (In Fageto ad Academiam agriculturæ Eldenam prope Gryphiam 28 Maj. 1842 in utroque sexu a D. *Dahlbom* copiose lecta. E S:t Sever Galliæ D. *Leon Dufour* plures mares et feminas, etiam in copula junctos, sub nomine allato communicavit.

♂♀. Simillima *H. nitidulæ*, a qua tamen alis minus pure hyalinis, fere subfumatis seu sordide cinereis, thorace magis puberulo, pedibus totis nigris, nec geniculis summis rufis, femoribus posterioribus æque crassis, nec posticis crassioribus, satis dignota. Interdum etiam nonnihil minor quam *H. nitidula*. Thoracis dorsum leniter subpubescens.

26. *H. femorella* I. p. 355.

(♂ etiam in insula Rugia ad Putbus 31 Maj. 1842 a D. *Dahlbom* repertus).

27. *H. clypeata* I. p. 356.

28. *H. chorica* I. p. 357.

In Smolandia quoque copiose occurrit; etiam in Norwegia ad Christianiam a D. *Moë* capta. (Circa Gryphiam frequens, *Dahlbom*; ♀ nervo furcato monstroso e Glogavia a D. *Zeller* missa).

29. *H. brevivittata* I. p. 357.

♀ in Westrogothia 21 Jun. a D. *Boheman* inventa.

30. *H. longivittata* I. p. 358.

31. *H. minuta* I. p. 359.

Var. a. ♂♀. pedibus nigro-ferrugineis. ♂ quoque in Smolandia ad Anneberg 2 Jun. a D. *Boheman* deprehensus.

Var. b. (nov.) ♂ pedibus nigris, in Bottnia boreali a Prof. *Boheman* detectus 1843, hujus videtur.

32. *H. obscura:* pilosula, opaca, cinerea, thorace non vittato; abdomine nigro, nitido; alis cinereo-hyali-

nis, stigmate pallido, halteribus albidis; pedibus fuscis, ♂. (Long. circiter 1 lin.)

Meig. Dipt. 3. 11. 20? ♂.

Hab. in Westrogothia valde rara, d. 6 Jun. a Prof. *Boheman* inventa.

♂. Pilosula. Antennæ breves, obscuræ, articulo ultimo ovato-conico, stylo apicali brevi biarticulato. Haustellum crassum, longitudine vix capitis. Oculi distantes. Frons sat lata, cinerea, nuda, opaca, ocellis nitidis. Thorax et scutellum cinerea, opaca, immaculata. Abdomen subdepressum, nigrum, nitidum, ano præsertim cinereo-piloso, rotundato, simplici. Alarum nervus furcatus ramo superiori brevi, recto. Area discoidalis oblonga, fere ante medium alæ sita. Pedes pubescentes, nitidi, fusci, coxis dilutioribus; tibiis posticis parcissime spinulosis, femoribus anticis subcrassioribus. — Affinis *Tachydromiæ*.

---

50. BRACHYSTOMA Meig.

1 *Westermanni* Zett. ♂♀. 2 *Bohemanni* Zett. ♂♀. 3 *Escheri* Zett. ♂♀. 3—4 *aucta* Zett. n. sp. ♀. 3—4 *tenella* Wahlh. n. sp. ♂. 4 *Zetterstedti* Fall. ♂♀. 5 *longicornis* Meig. ♂♀. 6 *Wesmaelii* Macqv. ♂♀.

1. *Br. Westermanni* I. p. 360.

Etiam in Lapponia Lulensi 1845, D. *Wahlberg*.

2. *Br. Bohemanni* I. p. 361.

Var. b. (nov.) ♂♀. similis var. a., sed minor, magnitudine nempe *Br. Escheri*, a qua femoribus ad apicem nudis, h. e, setula nulla armatis, mox differt. In Lapponia Lulensi ad Qvickjock sat frequenter a D. *Boheman* capta.

3. *Br. Escheri* I. p. 362.

3—4. *aucta:* supra fusca, subtus cinerea, antennis

brevibus, nigris; halteribus pedibusque fusco-lividis; tibiis nudis et inermibus, femoribus ad apicem setula nulla; alis hyalinis, immaculatis, area discoidali oblonga, apice exteriori minus acuta, nervi 3:ti longitudinalis furca basi cum 2:do per nervulum transversum connexa. ♀. (Long. circit. 2 lin.).

Hab. in Lapponia Lulensi ad Qvickjock, D. *Wahlberg*, qui individuum unicum mihi transmisit.

♀. *Br. Escheri* proxima, sed et ab hac et ab omnibus cognitis per nervulum appendiceum inter nervum furcatum et nervum longitudinalem 2:dum in ambabus alis, statim et facillime dignota; nec varietas monstrosa videtur. — Opaca. Frons lata, obscura. Vertex pilosulus. Antennæ breves, ovatæ, nigræ, seta capillari, elongata (antennà fere triplo longiori), concolore. — Epistoma latiusculum, argenteum. Palpi et proboscis nigra. Thorax dorso fusco-olivaceus, parce pilosus, lineis 2 atris postice abbreviatis. Pectus schistaceum. Scutellum, et abdomen nudum, fusco-olivacea, ventre schistaceo. Anus acutiusculus. Alæ sordide hyalinæ, immaculatæ. Area discoidalis oblonga (nec elongata, nec ovata), apice exteriori modice acuto, h. e. non tam longe acuto ut in *Br. Bohemanni* et *Escheri*, nec tam subobtuso ac in *Br. Westermanni* et *Wesmaelii.* Nervus longitudinalis 2:dus prope apicem et basin ramuli superioris furcæ nervi longitudinalis 3:ti connectuntur per nervulum transversum rectum (nota priva). Stigma nullum. Halteres fusci. Pedes fusco-lividi, tarsis obscurioribus; toti nudi et inermes, nec setulam ad apicem femorum observare potui.

3—4. *Br. tenella:* "supra fusca, subtus cinerea; seta antennarum tenui; femoribus inermibus, testaceis; tibiis, tarsis halterumque clava infuscatis; alis immaculatis, fumatis, costa breviter spinulosa, nervo 2:do longitudinali recto, ramo superiori nervi tertii basi flexo. ♂. (Long. 1½ lin.)" *Wahlb.*

Paramesia tenella Wahlb. Öfversigt af K. Wetenskaps-Academiens Förhandlingar 1844. n:o 5. p. 107. ♂.

Hab. in Lapponia Lulensi ad Qvickjock rarissime, d. 8 Aug. detecta.

♂. Descriptionem speciei mihi ignotæ a Cel. *Wahlberg* l. c. datam, afferre liceat. — "Ceteris minor, gracilior, pedibus dilutioribus alarumque colore magis in brunneum vergente distincta. A *Br. Bohemanni* de cetero recedit seta longiori, tenuiori, costa breviter spinulosa, nervo longitudinali 2:do recto, nec apice curvato, ramo superiori nervi 3:tii basi flexo, nec subrecto, et area denique apice multo minus elongata. A *Br. Escheri*, cui proxima, distat femoribus muticis, nec apice spina utrinque armatis et area alarum apice minus producta. A *Br. Zetterstedti* femoribus quoque muticis, costa brevius tantum spinulosa, areæ forma et alis dilutioribus diversa." *Wahlberg.*

Vix *Paramesia Robertii* Macqv. eadem.

Obs. Brach. Westermanni, Bohemanni, Escheri, Zetterstedti, Wesmælii et *tenella*, ut et *Wiedemannia* saltem *appendiculata* ad novum illud Macqvarti genus *Paramesiam* rectius referri debent, opinante Cel. *Wahlberg*, qui simul contendit *Br. longicornem* solum (inter nostrates) sub genere *Brachystoma* manere debere.

4. *Br. Zetterstedti* I. p. 362.

5. *Br. longicornis* I. p. 363.

6. *Br. Wesmaelii* I. p. 364.

---

51. WIEDEMANNIA Zett.

1 *borealis* Zett. ♂♀. 2 *juvenilis* Zett. ♂♀. 3 *appendiculata* Zett.

1. *W. borealis* I. p. 365.

In Lapponia Lulensi ad Qvickjock; in Dania quoque inventa fuerit, teste D. *Jacobsen*; mihi in Scandinavia meridionali numquam obvia. (♀ ad Uleåborg 28 Jun. 1843 a D. *Nylander* capta et mecum communicata.)

2. *W. juvenilis* I. p. 366.

♀ etiam in Lapponia Lulensi, *Andersson.*

3. *W. appendiculata* I. p. 367.

Qvoque in Lapponia Lulensi ad Qvickjock.

Obs. Cfr. quod in *Observatione* sub *Brachyst. tenella* nuper dictum fuit.

---

52. EMPIS Linn.

Sect: 1. Pedes in utroque sexu nudi (nec pennati; in *E. grisea* n:o 6 femora intermedia, et in *E. chioptera* n:o 9 pedes postici, apud feminam utrinque ciliata).

a) corpore nigricante.

1 *tessellata* Fabr. (var. b. est *E. livida* Fabr. *Asilus tipuloides* Linn.) ♂♀. 2 *borealis* Linn. ♂♀. 3 *rustica* Fall. ♂♀. 4 *livida* Linn. ♂♀. 5 *lucida* Zett. ♂♀. 6 *grisea* Fall. ♂♀. 7 *maculipes* Zett. (*E. grisea* Fall. diagnosis. — *E. compta* Wahlb. var. ♂.) ♂♀. 8 *geniculata* Zett. ♀. 9 *chioptera* Fall. (*E. crassipes* Schrank) ♂♀.

b) corpore pallescente.

Antennæ longæ, caput pyriforme, oculi in utroque sexu remoti, color corporis constans, ramus superior nervi furcati flexus, etc., genus proprium prodere videntur.

10 *stercorea* Linn. ♂♀. 11 *testacea* Fabr. ♂♀. 12 *tri-*

gramma Meig. ♂♀. 13 *ignota* Meig. (*E. punctata* Fall.) ♂♀.

Sect. 2. Pedes in ♀ ex parte pennati. Color corporis niger. (*E. grisea* et *chioptera* femoribus intermediis aut posticis in ♀ utrinque tantum ciliatis, in *Sect.* 1 sub n:ris 6 et 9 inveniendæ).

*) halteribus albis l. pallidis.

14 *pennipes* Linn. (*E. ciliata* Fall.) ♂♀. 15 *ventralis* Stæg. ♂♀. 16 *plumipes* Zett. ♂♀. 17 *pennaria* Fall. ♂♀. 18 *vernalis* Meig. ♂♀. 19 *hyalipennis* Fall. (forte *E. proxima* et *albinervis* Meig. huc referendæ) ♂♀. 20 *albipennis* Meig ♂♀.

**) halteribus nigris l. obscuris.

21 *volucris* Meig. ♀. 22 *morosa* Meig. ♀. 23 *obscura* (nov.) Macqv.? ♂♀.

1. *E. tessellata* I. p. 368.

Var. a. (♀. ad Jungfernheide et Moabite prope Berolinum 16 Jul. 1842 frequenter observata a D. *Dahlbom*).

Var. b. Coqveb. Illust. Ins. pag. 88. Tab. 20. f. 12. A. B.

2. *E. borealis* I. p. 370.

De Geer Ins. 6. p. 255. 2. T. 14. f. 17. ♀.

In Ostrogothia ad Gusum in floribus Salicis, D. *Wahlberg*; etiam in Smolandia ♂♀ rarissime.

3. *E. rustica* I. p. 371.

4. *E. livida* I. p. 372.

De Geer Ins. 6. p. 254. 1. T. 14. f. 14. ♀. — *Asilus* lividus, thoracis lineis dorsalibus tribus nigris. Geoffr.

Ins. Paris. 1762. p. 474. 17. (exclus. syn. Linn., quod ad *Empid. tessellatam* var. b. pertinet).

In Norwegia etiam circa Trondhjem frequens. (Ad Gryphiam, Stetinum et Rixdorff non parce a D. *Dahlbom* observata. E St. Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* 1844 uterque sexus communicatus).

5. *E. lucida* I. p. 373.

Etiam in Lapponia Lulensi haud raro capta; ad Gusum Ostrogothiæ versus finem mensis Maji 1842 legit D. *Wahlberg*.

6. *E. grisea* I. p. 373.

7. *E. maculipes* I. p. 374.

In Smolandia ad Skärsjö rarius, mus. *Ljunghii*.

8. *E. geniculata* I. p. 375.

9. *E. chioptera* I. p. 376.

(Ad Neuenkirchen in Mecklenburg-Strelitz 15—20 Maj. 1842 varietates a. et b. in utroque sexu copiose vidit D. *Dahlbom*).

10. *E. stercorea* I. p. 377.

Var. a. ♂♀. in Smolandia quoque frequens; in Norwegia ad Christianiam, Helgeland etc. (Ad Gryphiam Jun.—Jul. 1842 ♂ a D. *Dahlbom* non parce visus).

Var. *b.* ♂ in Scania etiam ad Esperöd 20 Jul. 1843.

11. *E. testacea* I. p. 378. Meig. Dipt. 3. 37. 39.

Secundum *Stæger* est hæc species *Empis punctata* Fabr.

Obs. Caput ochraceum, antennis et macula verticis magna ovali nigris. Thorax ochraceus, dorso vitta media lata cinerea a capite ad scutellum ducta, per lineam longitudinalem obscure brunneam perspicuam lateribus utrinque immediate terminata seu marginata. Hic interstitii I. vittæ color cinereus plesumque intra lineas laterales brunneas manet, sed interdum

extra illas paullo dilatatur, numquam vero ita, ut totum dorsum cinereum evadat. A radice alarum versus humeros extenditur lineola elevata valde tenuis plerumque obscura.

12. *E. trigramma* I. p. 379.

♂♀. etiam ad Neuenkirchen 15—20 Maj. 1842 frequenter, *Dahlbom.*

Obs. Antennæ totæ et caput postice, nigra, thorax rufo-testaceus l. melleus, dorso vittis 3 latis nigris, media a capite ad scutellum producta, lateralibus ad humeros abbreviatis, scutellum et metathorax nigra, etc., hanc speciem esse Meigenianam (*Empidem trigrammam*) certe denotant, nec *Empidem ignotam* (olim *punctatam* vocatam) Meig. Dipt. 3 p. 38. n:o 41, ut voluit D. *Stæger;* nam *Emp. ignota* capite cinerascente, thorace cinereo (nec testaceo), vittis tribus brunneis (nec nigris) a *Meigeno* describitur, qualis etiam nostra *Emp. ignota* (pag. 380. 13) delineatur.

13. *E. ignota* I. p. 380.

In Smolandia ad Skärsjö uterque sexus captus. (♀ ad Stetinum 8 Jun. 1842., *Dahlbom*).

Obs. Præcedente (*E. trigramma*) nonnihil minor, et nervis alarum minus validis ab illa recedens.

14. *E. pennipes* I. p. 380.

In Norwegia quoque ad Christianiam, D. *Moë.* (Ad Putbus in Rugia ♀ 31 Maj. 1842 parce lecta a D. *Dahlbom.*)

15. *E. ventralis* I. p. 381.

16. *E. plumipes* I. p. 382.

17. *E. pennaria* I. p. 383.

(Ad Putbus 31 Maj. ♂ frequenter visus, D. *Dahlbom.*)

18. *E. vernalis* I. p. 384.

In Norwegia ad Christianiam Jul. (♂ ad Gryphiam 12 Jun.—6 Jul. 1843 rarius, *Dahlbom).*

Obs. Alarum stigma nullum l. obsoletum.

19. *E. hyalipennis* I. p. 385.

20. *E. albipennis* I. p. 386.

21. *E. volucris* I. p. 387.

22. *E. morosa* I. p. 387.

23. *E. obscura:* pilosa, opaca, nigricans, thorace cinereo, obscure vittato; haustello longitudine fere pectoris; alis subhyalinis, stigmate nigricante; halteribus obscuris; pedibus nigris pilosulis; femoribus posterioribus in femina pennatis. ♂♀. (Long. circit. 2. lin.)

Macqv. Dipt. du Nord. Empid. p. 126. 16? ♀. Ejusdem Buff. 1. 332. 21? (descriptio perbrevis et valde insufficiens). — Meig. Dipt. 7. p. 83. 55? ♀. e descriptione Macqvarti transscripta.

Hab. in Jutlandia boreali Daniæ a D. Adjunct. *Jacobsen* inventa mihique per benevolentiam D. *Stæger* sub nomine descripto pro comparatione missa.

♂♀. In hac subdivisione major. Corpore quoque opaco, thorace magis cinerascente, alarum stigmate distinctiore, tantum femoribus posterioribus, nec etiam tibiis, in ♀ pennatis, etc., a duabus proxime præcedentibus dignota. Oculi in ♂ cohærentes. Frons in ♀ cinerea. Antennæ in utroque sexu longitudine capitis, atræ. Haustellum pectore parum brevius. Thorax obscure cinerascens, pilosus, dorso lineis, ni fallor, duabus, in ♂ obsoletis, in ♀ sat conspicuis obscuris. Abdomen obscure griseum, ad latera presertim in ♂ griseo-hirtum, ano in utroque sexu nigro. Alæ totæ sordide hyalinæ, stigmate nigricante perspicuo. Halteres obscuri, petiolo sordide albido. Pedes nigri nitidi, in ♂ pilosuli; in ♀ femoribus posterioribus utrinque breviter pennatis et tibiis posticis intus breviter subciliatis. Tibiæ posticæ præcipue in ♀ extus longitudinaliter unisulcatæ.

Obs. Auctores citati thoracem "*nigro-trivittatum*" describunt;

in individuis a me descriptis tantum lineas obscuras duas in ♂ subdetritatas, in ♀ perspicuiores observare possum, unde dubium de identitate. — Ab *Empid. grisea* Meig. Dipt. 3. 30. 24. ♂. nostra species non multum discedere videtur.

52—53 PACHYMERIA Steph. Catal. Macqv.

Corpus minoris magnitudinis, oblongum, parce pilosulum. Antennæ capite fere nonnihil longiores, porrectæ, articulis duobus basalibus brevibus, æqualibus, cyathiformibus, setigeris, ultimo compresso elongato vel conico, antecedentibus fere longiori, stylo apicali brevi, biarticulato. Oculi leniter distantes. Haustellum elongatum. Ocelli in vertice 3. Abdomen 7-annulatum. Alarum area discoidalis obovata, nervulos tres integros in marginem interiorum emittens. Nervus 3:tius longitudinalis furcatus, furcæ ramulo superiori brevi, recto, cum nervo 3:tio angulum fere rectum l. subacutum formante. Pedes postici anterioribus paullulum longiores, femoribus incrassatis. Tarsi maris non incrassati, nec femora feminæ pennata. *Color* niger, thoracis cinereus vittis obscuris, tibiarum, ut et apicis femorum, rufus. *Volatus, habitatio* et *victus* forte *Empidis*. *Differentia sexus; mas:* fronte angusta, oculis scilicet leniter distantibus, ano bivalvi plus minus tumido; *femina:* fronte modice angusta (paullo tamen latiori quam in ♂), oculis nempe modice remotis: ano acuminato.

Oculis in utroque sexu paullo separatis, nec in ♂ connexis, pedibus posticis anterioribus non multo longioribus, femoribus posticis distincte incrassatis, ut et genitale maris tumido *Pachymeria* ab *Empide* præcipue distingvitur

1. *P. nitida:* parce pilosa, thorace obscure cinereo, opaco, vittis 2 nigricantibus; abdomine nigro, nitido; alis cinereo-hyalinis; halteribus albis; pedibus nigris, femoribus apice, tibiis totis, metatarsisque flavo-luteis. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{2}$ lin.)

Macqv. Buff. 1. 334. 2. ♂♀. Meig. Dipt. 7. 89. 1. — *Empis nitida* Meig Dipt. 3. 39. 43. ♂♀.

Hab. in Ostrogothia et Dalecarlia 12—18 Jun., D. Prof. *Boheman.* (In floribus Leontodontis verno tempore, *Meigen.)*

♂♀. Antennæ capite paullo longiores, angustæ, nigræ. Caput obscure griseum, opacum. Oculi in ♂ anguste, in ♀ paullo latius remoti. Haustellum ferrugineum, apice nigrum, in ♀ longitudine pectoris, in ♂ fere longius. Thorax opacus, cinereus, subpilosus, vittis 2 mediis brunneo-nigris. Abdomen atrum, nitidum. Anus maris clavatus, inflexus, feminæ acutus. Alæ in ♀ cinereo-hyalinæ, in ♂ albo-hyalinæ, nervis in utroque sexu basi pallidis. Stigma vix conspiciendum. Area discoidalis ovata, fere ante medium alæ sita. Ramulus furcatus superior brevis, rectus. Pedes nigri, nitidi, coxis cinerascentibus, femoribus apice, tibiis totis tarsorumque articulo basali fulvo-flavis. Pedes inermes et parum pilosi, sed femora posteriora subtus breviter spinulosa. Femora postica crassa et paullulum subelongata. Tibiæ posticæ parum arcuatæ. Pulvilli in ♂ magni, albi.

---

53. RHAMPHOMYIA Hffmgg.

Sect. 1. *Corpus nigrum aut cinereum.*

Subd. 1:ma. Pedes in utroque sexu nudi (non pennati, nec plumosi).

A. *halteribus albis l. pallidis.*

1 *nigripes* Fabr. (*Emp. crassirostris* Fall. ♀) ♂♀. 2 *spissirostris* Fall. (*Emp. nodipes* Fall. ♂) ♂♀. 2—3 *dissimilis* Zett. n. sp. ♂♀. 2—3 *paradoxa* Wahlb. n. sp. ♂. 3 *anomalina* Zett. ♀. 4 *filata* Zett. ♂. 5 *albo-segmen-*

tata Zett. ♂♀. 6 *rufipes* Zett. ♂♀. 7 *spinipes* Fall. ♂♀. 8 *sulcata* Fall. ♂♀. 9 *dentipes* Wahlb. ♂♀. 10 *lævipes* Fall. ♂♀. 10—11 *simplex* Zett. n. sp. ♂♀. 11 *maculipennis* Zett. ♀. 12 *nitidula* Zett. (*R. nitida* Ins. Lapp.) ♂♀. 13. *lugubrina* Zett. ♂. 14 *fuscipennis* Zett. ♀. 14—15 *coracina* Zett. n. sp. ♀. 15 *reflexa* Zett. ♂♀. 15—16 *nigrita* Zett. ♂♀. 16 *flexicauda* Zett. ♂. (et ♀?). 17 *metatarsata* Zett. ♂. 18 *fuscula* Zett. ♂. 18—19 *modesta* Wahlb. ♂♀. 19 *glaucella* Zett. ♀. 20 *pallidiventris* Fall. ♂♀. 21 *lividiventris* Zett. ♂♀. 22 *tenuirostris* Fall. ♂♀. 23 *variabilis* Fall. ♂♀. 24 *albipennis* Fall. ♂. 25 *niveipennis* Zett. ♂♀. 26 *lacteipennis* Zett ♂. 27 *picipes* Zett. ♀. 28 *anomalipennis* Meig. ♀. 29 *tipularia* Fall. (*R. cinerea* Meig. ♀.) ♂♀. 30 *hybotina* Zett. ♂♀. 31 *oedalina* Zett. ♀.*)

B. *halteribus fuscis aut nigris***)

†. corpore oblongo, sed proportione robusto, pedibus validis.

32 *villosa* Zett. ♂. 33 *morio* Zett. ♂♀. 34 *alpina* Zett. ♂♀. 35 *caudata* Zett. ♂♀. 36 *griseola* Zett. ♂. 37 *pusilla* Zett. ♂♀. 38 *fraternella* Zett. ♂♀. 39 *dispar* Zett. ♂♀. 40 *fuliginella* Zett. ♀.

††. corpore gracili; pedibus longis tenuibus. Species tipuliformes, alis saltem maris plerumque nigricantibus. Anus maris simplex, forcipe brevissima, parum exserta. Thorax

*) *R. poplitea* Wahlb., cujus feminam, hactenus ignotam, suspicor habere pedes ex parte pennatos aut ciliatos ad Subdiv. 2:dam retuli et pone *R. plumipedem* n:o 47 ad interim descripsi.

**) Conferatur *observatio* 2:da in Dipt. Scand. Tom. I. p. 414.

et abdomen parcissime pilosa, in *R. lucidula* n:o 43 glabra. Pedes simplices, pubescentes, tibiis leniter spinulosis. Mas femina obscurior. Oculi ferruginei, in fronte maris connexi, in feminæ distantes.

41 *culicina* Fall. ♂♀. 42 *unicolor* Zett. ♂. 43 *lucidula* Zett. ♂. 44 *sciarina* Fall. ♂. 45 *nigripennis* Fall. (*R. umbripennis* Meig.) ♂♀. 46 *holosericea* Meig. ♂♀.

Subd. 2:da. Pedes ex parte in femina pennati aut ciliati.

α). halteribus albis.

47 *plumipes* Fall. ♂♀. 47—48 *poplitea* Wahlb. ♂. 48 *geniculata* Meig? ♂♀. 49 *pennata* Macqv. ♂♀. 50 *obscura* Zett. ♂♀. 50—51 *cana* Zett. n. sp. ♂. 51 *tarsata* Meig. ♂♀. 52 *fascipennis* Zett. ♀. 53 *costata* Zett. ♀. 54 *obscurella* Zett. ♀. 54—55 *tibiella* Stæg. ♂♀.

β). halteribus nigris l. fuscis.

55 *vesiculosa* Fall. (*R. Falleni* Meig.) ♂♀. 56 *atripennis* Zett. (*R. anthracina* Ins. Lapp. ♀, non Meig.) ♂♀. 57 *alata* Zett. ♀. 58 *Vespertilio* Zett. ♀. 59 *plumifera* Zett. ♂♀. 60 *æthiops* Zett. ♂♀. 61 *gibba* Fall. ♂♀.

Sect. 2. *Corpus flavicans*, *opacum*, *gracile* (in *R. hybrida* ♂ corpus nigrum).

62 *flava* Fall. ♂♀. 63 *hybrida* Zett. ♂♀.

1. *R. nigripes* I. p. 389.

(Femina etiam in Rugia ad Putbus 31 Maj. 1842 a D. *Dahlbom* capta).

Obs. Femora postica anticis in utroque sexu saltem 1 ½ vel 1 ¾ longiora. Alæ præter stigma nigrum immaculatæ.

2. *R. spissirostris* I. p. 390.

Obs. 1. Magnitudo plerumque paullo minor, alæ albidiores, nervi tenuiores, in ♂ metatarsus anticus incrassatus et alarum costa nuda, in ♀ nervus transversus, qui aream discoidalem extus terminat, fere rectus l. obtusissime tantum angulatus, nec subrectangulatus, sunt notæ, quæ *R. spissirostrem* a *nigripede* præprimis distingvunt. Alæ in ♂ immaculatæ, sed in ♀ viva maculis 2 juxta marginem interiorem rotundatis, cinereis, valde obsoletis instructæ, in exsiccata sæpe evanescentibus. Haustellum capite vix 1½ longius, crassum. Nervus longitudinalis 6:tus (ad basin alæ) valde incompletus.

Obs. 2. Cum multa individua utriusque sexus hujus a me descriptæ speciei, non solum in societate, verum etiam in copula juncta deprehendi, illa ut ad unam eandemque speciem pertinentia summo jure debere considerare videar. Interea quatuor exempla, nempe duo mascula totidemque feminea, ad nostram speciem relata mihi nuper communicavit nobil. *Stæger*, ea hoc modo determinans:

"*Rhamph. spissirostris*:

Var. a. ♂: paullo major (quam var. b.), thorace multo obscurius signato, thoracis tibiarumque posticarum hirsutie firmiori; ♀: alarum area discoidali modice magna,

Var. b. paullo minor, dilutius signata; ♂ thoracis tibiarumque posticarum hirsutie subtiliore; ♀: alarum area discoidali maxima fere ad marginem interiorem alæ retracta.

Occurrit var. a. ad aqvas ubique, sed var. b. tantum in litore maris."

His vero speciminibus Stægerianis cum nostris comparatis, mihi videtur varietatem b. cum nostra specie genuina convenire; e contrario vero varietatem a. distinctam novamque existimo, et sub seqvente nomine describam:

2—3. *R. dissimilis*: pilosa (♂), aut nudiuscula (♀), cinerea, thorace nigro-bivittato; alis albido-hyalinis, stig-

mate nigro, area discodali in utroque sexu in medio alæ; *maris* tibiis posticis longe pilosis, et metatarso antico incrassato, oblongo. ♂♀. (Long. fere $2\frac{1}{2}$ lin.).

Ramph. spissirostris var. a. Stæg. in litt. ♂♀.

Hab. ad aqvas Scandinaviæ meridionalis ineunte æstate passim; marem in Scania ad Lund inveni, olim cum *R. spissirostri* commixtum; utrumque sexum a Cel. *Stæger*, ut Hafniæ frequentem incolam obtinui.

♂♀. A *R. spissirostri*, cui proxima, differt: magnitudine nonnihil majori, signaturis thoracis forte distinctioribus, et imprimis maris tibiis posticis paullo longius et validius hirsutis, atque feminæ area discoidali in medio alæ, nec ad marginem interiorem retracta. — Antennæ capite cinereo nonnihil longiores, atræ. Frons in ♂ modice, nec valde angusta. Haustellum in ♂ et ♀ capite circiter $1\frac{1}{4}$ longius, crassum, atrum. Abdomen in ♂ albido-pilosum, ano nigro, ut in prioribus appendiculato. Alæ in utroque sexu albo-hyalinæ, basi pallidæ, stigmate nigro, costa nuda, area discoidali obovata, in medio alæ sita. Nervi paullo distinctiores quam in *R. spissirostri*, sed 6:tus (vel si mavis 7:mus) longitudinalis vix conspicuus, tantum rudimentarius ut in illa. Halteres albidi. Pedes nigri, coxis obscure cinereis. Pedes postici in ♂: femora supra albido-pubescentia, subtus tenuiter albido-pilosa; tibiæ intus breviter pubescentes, extus sat longe nigro-pilosæ, versus apicem albo-pilosæ; tarsi extus etiam pilis (non densis) longiusculis nigris obsiti. Pulvilli omnes in ♂ mediocres, albi.

Var. a. (seu supra descripta) ♂♀: alis immaculatis.

Var. b. ♀: femoribus posticis forte paullulum brevioribus, alarum maculis 2 oblongiusculis fuscis mox sub area discoidali (nec prope marginem interiorem ut in *spissirostri*) ad angulum areæ inferiorem utrinque locatis. Hæc var. b. in unico exemplo ex Hafnia a D. *Stæger* communicata, loco speciali non indicato. E Smolandia quoque missa. Rarissime certe occurrit. Cfr. *R. maculipennis* n:o 11.

2—3. *R. paradoxa* Wahlb.: "pilosa, opaca, obscure cinerascens; haustello capite fere dimidio longiore; thorace nigro-bivittato; pedibus nigro-fuscis, metatarsis omnibus incrassatis, intermediis longe et dense pilosis; alis hyalinis; halteribus albis. ♂. Long. fere 2 ½ lin."

Wahlb. in Conspect. Actor. Reg. Acad. Holmiens. 1844. n:o 5. p. 107. ♂.

Hab. in graminosis et parietibus circa templum Qvickjock Lapponiæ Lulensis 30 Jun.—6 Jul. 1843, rarius.

♂. Descriptionem *Wahlbergi* l. c. speciei mihi ignotæ intactam reddo: "*R. nigripedi* et *spissirostri* subsimilis, singulari pedum conformatione optime distincta. Magnitudine alarumque colore cum priori proxime convenit, anus vero omnino ut in posteriori constructus. Haustellum crassiusculum. Thorax bivittatus, umbra utrinque laterali fusca adjecta. Pedes firmi; femoribus subtus ciliatis, tibiis tarsisque posterioribus latere exteriori longius pilosis; metatarsis omnibus dilatatis, longitudine fere articulorum trium seqventium, anticis oblongis, intermediis subellipticis, longissime densius pilosis, posticis oblongo-lanceolatis. Alæ hyalinæ nec albidæ, basi pallidiores, costa nuda, stigmate nigro, nervis distinctis, fuscis, area in medio alæ anguste triangulari-obovata, quam in *R. nigripede* majore." Wahlb.

3. *R. anomalina* I. p. 391.

In Lapponia Lulensi ad Qvickjock quoque reperta. Oculi in ♂ cohærentes.

4. *R. filata* I. p. 392.

Obs. Haustellum potius vocandum mediocre, quam "tenue."

5. *R. albo-segmentata* I. p. 393.

In paroecia Särna Dalecarliæ 20 Jun. a D. *Boheman* lecta; utrinque sexus in Lapponia Lulensi etiam

captus, sub nomine: *Rh. morio*, a D. *Wahlberg* missus.

Obs. In mare oculos arcte cohærentes, thoracem et pedes sat longe nigro-pilosos, pulvillos minutos, et in utroque sexu antennas longiusculas, palpos (in exsiccata) reflexos distincte nigro-pilosos, ut et præcipue alarum nervum transversum inter radios 2:dum et 3:tium ex apice areæ discoidalis excurrentes subrectum (nec distincte curvatum l. circumflexum), nervumque longitudinalem 6:tum (ad basin alæ) perspicuum, ab area basali usque ad marginem interiorem productum, probe observes, ut speciem ab affinibus distingvas. Stigma saltem in ♀ obscurum. — Cum *Rh. morione* n:o 33, quæ paullo major est et halteres obscuriores habet, non confundi debet.

6. *R. rufipes* I. p. 394.

Etiam in Bahusia et Dalecarlia ♀ a D. *Boheman* 5—15 Jun. deprehensa.

Obs. Nervus transversus inter radios areæ discoidalis 2:dum et 3:tium subrectus. Nervus 6:tus (vel si illum potius vocare velles 7:mum) longitudinalis integer, sed tenuis, obsoletus.

7. *R. spinipes* I. p. 395.

Obs. Nervi: transversus inter radios 2:dum et 3:tium areæ discoidalis rectus aut subrectus; longitudinalis 6:tus distinctus, integer, ut quoque in specie sequente. — Cum *Rh. alpina* n:o 34, cui valde similis, non commiscenda: spina femorum posticorum nigra in ♂, et halteribus in utroque sexu albidis, nec nigris, ab illa mox dignoscitur.

8. *R. sulcata* I. p. 396.

In Scania etiam ad Räften, D. *Möller*; in Lapponia Lulensi ad Qvickjock.

Var. b. ♂♀. (nov.) paullo major, femoribus posticis paullo crassioribus. In paroecia Särna Dalecarliæ 20 Jun. a Prof. *Boheman* inventa.

9. *R. dentipes* I. p. 397.

♂ et ♀ ad Gusum Ostrogothiæ in fine mensis Maji 1842 a D. Prof. *Wahlberg* lecti; ad Råbäcken in paroecia Öfver-Luleå 10 Jun., ut et ad Qvickjock, *Boheman.*

Obs. Nervi: transversus areæ discoidalis leniter curvatus, nec exacte rectus; 6:tus longitudinalis integer, obsoletus.

10. *R. lævipes* I. p. 398.

Obs. Oculi in ♂ cohærentes. Hujus femina feminæ *R. albo-segmentatæ* n:o 5 valde similis, sed alis albidioribus, nec subfumatis, nervis paullo validioribus, transverso inter radios 2:dum et 3:tium ex area discoidali emissos, distinctius incurvato, mox dignoscitur.

10—11. *R. simplex:* pilosula (♂), aut puberula (♀), opaca, cinerea, thorace subimmaculato; alis albido-hyalinis, nervis parum validis, stigmate fusco, area discoidali oblongo-ovata; antennis longitudine capitis, haustello capite paullo longiori, pedibusque simplicibus nitentibus, nigris, nudiusculis, tibiis setulosis; ano maris simplici. ♂♀. (Long. circit. 1 $\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in Dania ad Hafniam, ubi a D. *Stæger* inventa mihi ex utroque sexu (sub indice: *R. lævipes* var.) pro describenda communicata.

♂♀. A *R. lævipede* magnitudine duplo minore, thorace subimmaculato, antennis paullo brevioribus, nervis alarum minus validis, etc., aperte differt. *R. filatæ* (4) et *glaucellæ* (19) quoque accedit, sed a priori ano non filato etc., a posteriori thorace robustiori, antennis paullo brevioribus etc., et ab ambabus magnitudine nonnihil minore recedit. Antennæ capite parum longiores, atræ. Haustellum capite circiter 1 $\frac{1}{2}$ longius, crassiusculum, basi subcoarctatum. Thorax dilute cinereus, fere glaucus, subimmaculatus, vix vestigso stria-

rum. Abdomen cinereum. Alarum area discoidalis haud lata, nervo transverso inter radios 2 et 3 subrecto 1. leniter tantum curvo. Nervus 6:tus longitudinalis integer. Halteres albi. *Mas:* undique modice nigro-pilosulus vel hirtulus. Pedes (in specimine viso) nigro-picei. Coxæ cinereæ. Femora puberula. Tibiæ præsertim posticæ extus modice pilosæ. Tarsi hirtuli. Metatarsus posticus oblongus, parum incrassatus. Anus obtusus, leniter clavatus, in meo exemplo non filatus, sed in quibusdam individuis, testante *Stæger*, filum parvum breve ex ano erigitur. *Femina:* tota parce nigro-hirtula. Pedes nigri. Coxæ cinereæ. Femora subnuda. Tibiæ præsertim posticæ extus parce setulosæ. Tarsi postici hirtuli. Anus acuminatus.

11. *R. maculipennis* I. p. 399.

Obs. Valde similis varietati b. *R. dissimilis* n:o 2—3, a qva tamen magnitudine paullo minore, antennis forte brevioribus, thoracis lineis 4, nec binis, ut et pedibus rufis, nec nigris, differre videtur. Alæ ut in *R. dissimili* var. b., etiam quoad nervorum directionem et macularum situm.

12. *R. nitidula* I. p. 400.

Var. a. ♂ ad Anneberg Smolandiæ 27 Maj. a D. *Boheman* captus; ab Eodem ♂ quoque in Dalecarlia ad Särna 18 Jun. lectus; ♀ ad Harads in poroecia Öfver-Luleå Jun. 1843. a D. *Andersson* observata.

Obs. In *observatione* sub *R. nitidula* (pag. 401) exstat: "nomen igitur nostrum *nitidula* junius rejecimus," sed lege: nomen igitur nostrum *nitida* junius rejecimus.

13. *R. lugubrina* I. p. 401.

Obs. Alarum costa ad medium ciliata, et nervi ut in seqvente directi.

14. *R. fuscipennis* I. p. 402.

Obs. Alarum costa a basi ad medium ciliata. Area discoidalis non lata, nervo terminali inter radios 2 et 3 leniter curvato. Nervus 6:tus (ab aliis 7:mus numeratur) longitudinalis ad basin alæ integer, sed versus marginem interiorem alæ obsoletus.

14—15. *R. coracina:* corpore pilosulo, opaco, cinereo-nigricans, thorace obscure nigro-trivittato; alis brunneis, area discoidali oblongo-ovata, haustello capite fere duplo longiori; pedibus nigris nitidis nudis. ♀. (Long. $1\frac{3}{4}$ lin.)

Hab. in Lapponia Lulensi, ubi mense Julio 1843 a D. *Andersson* lecta, mihique in unico exemplo communicata.

♂. Similis *R. fuscipenni*, a qua magnitudine nonnihil minori, pubescentia corporis breviori, haustello longiori et paullo tenuiori, ut et pedibus fere nudis, saltem non pilosis, pube tantum tenuissima et brevissima vestitis. Obscure cinerea. Antennæ capite nonnihil longiores, compressæ, atræ. Haustellum capite saltem duplo longius, modice crassum, atrum, basi subcoarctatum. Thorax parce griseo-puberulus, vittis parum conspicuis. Pectus cinereum. Abdomen nigrum, nitidum, ad latera parce griseo-hirsutulum. Anus acutus, bistylatus. Alæ brunnescentes, linea stigmaticali nigra. Nervulus transversus inter areæ discoidalis radios 2 et 3 leniter incurvus. Nervus 6:tus longitudinalis (ad basin alæ) integer. Costa omnino nuda. Halteres albidi. Pedes nigri, nitidi, nudi, tantum tibiis extus et metatarsis bevissime puberulis.

15. *R. reflexa* I. p. 402.

15—16. *R. nigrita:* pubescens, opaca, obscure cinerea, thorace obsolete fusco-vittato; alis fumatis (♂), aut brunneis (♀), area discoidali obovata, haustello capite $1\frac{1}{2}$ longiori, crasso; pedibus nigris, nitidis, puberulis. ♂♀. (Long. $2\frac{1}{4}$ lin.)

Zett. Ins. Lapp. p. 567 in *observatione* sub *R. reflexa*, et Dipt. Scand. I. p. 414. *Obs.* 1. ♀. — *Stæg.* in Kröyers Tidskrift nova serie 1845. I. 4. p. 357. 22. ♂♀.

Hab. in Europa boreali rarissime; species genuina in Grönlandia detecta et ante plures annos mecum per D. *Westermann* communicata; deinde in alpe Dowre Norwegiæ d. 20 Jun. specimen femineum etiam a D. *Boheman* deprehensum mihique missum.

♀. Obscure cinerascens. Antennæ capite nonnihil longiores, atræ. Haustellum elongatum, atrum, basi coarctatum. Thorax præsertim ad latera nigro-hirtus. Vittæ dorsales obscuræ, in specimine Grönlandico vetusto obsoletæ, parum distingvendæ, in Dowreensi recentiori et melius conservato magis perspicuæ, subtres, quarum laterales latæ, integræ, nigræ, media tenuiter fusca obsoleta. Pectus cinereum. Alæ latiusculæ, brunneæ. Area discoidalis obovata, nervulo transverso terminante inter radios 2 et 3 leniter incurvo. Nervus 6:tus longitudinalis integer. Costa omnino nuda. Halteres flavo-albidi. Squamæ fuscæ. Pedes nigri, nitidi, parce et brevissime nigro-puberuli. Coxæ cinereæ.

♂: "subhirsutus; alis subfumatis; cauda nigra, subnitida, incrassata, bivalvi, corpulis (corpusculis) 2 conniventibus, valde elongatis, obtusis, sursum flexis, testaceis, et subtus filo crasso, ferrugineo," a D. *Stæger* l. c. descriptus, a me non visus.

16. *R. flexicauda* l. p. 403.

Obs. Antennæ capite fere nonnihil longiores. Alarum area discoidalis obovata, nervulo transverso inter radios 2 et 3 subrecto. Nervus longitudinalis 6:tus (ad basin alæ) integer, perspicuus. ♂: oculi anguste disjuncti, rufi. Caput postice distincte nigro-villosum. ♀ (hactenus incognita): paullo minor, haustello capite duplo longiore, alis brunnescentibus, ano acuto; ad Christianiam Norwegiæ Jul. 1844 a D. *Dahlbom* lecta, an hujus?

17. *R. metatarsata* l. p. 403.

18. *R. fuscula* I. p. 404.

18—19. *R. modesta* Wahlb.: "remote pilosa, opaca, cinerea; haustello capite paullo longiori; thorace vix vittato; pedibus nigro-piceis, nitidis, tibiis spinulosis; alis leviter infuscatis, basi flavicantibus; halteribus albis. ♂♀. Long. $2\frac{1}{4}$ lin."

"*Mas* haustello vix capite longiore; ano simpliciusculo, filo brevi, crasso, ferrugineo, ex apertura ventrali ad lamellas subinclusas recurvato; alis vix infuscatis."

"*Femina* femoribus posterioribus supra breviter ciliatis, subtus subpennatis, tibiis ut in mare tantum spinulosis."

Wahlb. in Conspect. Actor. Reg. Acad. Holm. 1844. 5. p. 108. ♂♀.

Descriptionem speciei mihi plane ignotæ secundum *Wahlberg* l. c. verbotim afferam: "*R. morioni* parum minor et habitu haud absimilis. Antennæ angustæ, capitis longitudine, articulo maris 2:do interdum apice testaceo. Thorax obsoletissime bivittatus. Abdomen fusco-grisescens. Pedes longiusculi, metatarsis præsertim posticis elongatis, simplicibus, maris feminæ paullo crassioribus. Alarum area triangulari-oblongo-obovata, in ♀ fere ante medium alæ sita. Costa breviter ciliata, stigmate nigro. Nervi fusci, basi pallidi. Thorace vix vittato, alis basi flavicantibus, halteribus albis et præsertim femoribus solum nec tibiis quoque ciliato-plumosis a confinibus optime distingvitur." *Wahlb.*

Obs. Loco apto in serie systematica a Cel. Detectore non indicato, heic dubius inserui speciem, quæ tamen cum proxime antecedentibus majorem affinitatem, quam cum seqventibus habere videtur.

19. *R. glaucella* I. p. 405.

Etiam in paroecia Särna Dalecarliæ ♀ 13 Jun. a D. *Boheman* deprehensa.

Obs. Haustellum capite nonnihil longius. Area discoidalis non lata, nervo transverso terminante inter radios 2 et 3 subrecto l. leniter tantum curvato. Nervus 6:tus longitudinalis integer, sed paullo obsoletus.

20. *R. pallidiventris* I. p. 405.

21. *R. lividiventris* I. p. 406.

(♂ ad Neuenkirchen 20 Maj. 1842 a D. *Dahlbom* observatus, hujus videtur).

22. *R. tenuirostris* I. p. 406.

23. *R. variabilis* I. 407.

(Ad Eldena prope Gryphiam ♀ a D. *Dahlbom* Sept. raro visa).

24. *R. albipennis* I. p. 408.

25. *R. niveipennis* I. p. 409.

♂♀. In Lapponia Lulensi frequenter.

Obs. In descriptione p. 410. lin. 3:tia exstat: nervis costali, lege: nervis costalibus.

26. R. *lacteipennis* I. p. 410.

27. *R. picipes* I. p. 410.

28. *R. anomalipennis* I. p. 411.

Quoque in Dalecarlia ad Särna ♀ 12 Jun. a D. *Boheman* reperta.

29. *R. tipularia* I. p. 411.

30. *R. hybotina* I. p. 412.

♂ certe hujus in Smolandia ad Skärsjö semel lectus a beat. *Ljungh;* in Lapponia Lulensi frequenter occurrit, D. *Andersson.*

31. *R. oedalina* I. p. 413.

32. *R. villosa* I. p. 415.

33. *R. morio* I. p. 416

Etiam in alpibus Qvickjockensibus Lapponiæ Lulensis, *Boheman.*

Obs. A *Rh. albo-segmentata* n:o 5, vix nisi halterum colore obscuriore, magnitudine paullo majore, ut et alarum area discoidali nonnihil magis oblonga, differt.

34. *R. alpina* I. p. 416.

Uterque sexus in Lapponia Lulensi ad Qvickjock deprehensus.

Obs. Magnitudo fere, formatio partium et color omnino ut in *R. spinipede* n:o 7, a qua spina sub femoribus posticis in ♂ deficiente et halteribus in utroque sexu obscuris, nec albis, tantum discrepat.

35. *R. caudata* I. p. 417.

Etiam in Ostrogothia ad Gusum, D. *Wahlberg*.

36. *R. griseola* I. p. 418.

37. *R. pusilla* I. p. 418.

In Lapponia Lulensi ad Qvickjock etiam inventa.

38. *R. fraternella* I. p. 419.

39. *R. dispar* I. p. 419.

40. *R. fuliginella* I. p. 420.

♀ etiam ad Storsand in paroecia Öfver-Luleå 16 Jun. 1843, D. *Boheman*.

41. *R. culicina* I. p. 421.

42. *R. unicolor* I. p. 422.

43. *R. lucidula* I. p. 422.

44. *R. sciarina* I. p. 423.

Mas in Smolandia frequens, *Ljungh*; in Norwegia ad Christianiam, D. *Moë*.

Obs. Pleuræ cinereo-griseæ. Alæ totæ fuscæ l. nigricantes. Nervus longitudinalis 7:mus versus marginem interiorem evanescens, 8:vi tantum rudimentum. Pedes mutici, microscopice puberuli, tibiis brevissime spinulosis. Tarsi tantum apice fusci. — Cfr. *Rh. hybrida* n:o 63 in descriptione.

45. *R. nigripennis* I. p. 424.

♂♀ in Smolandia copiose; in Dyrhaven prope Hafniam a D. *Dahlbom* 1844 haud parce lecta.

46. *R. holosericea* I. p. 425.

47. *R. plumipes* I. p. 426.

47—48. *R. poplitea* Wahlb.: "pilosa, opaca, cinerea; haustello vix capite longiore; thorace obsolete trivittato; ano in mare simpliciore; pedibus pilosis, fusco-testaceis, femoribus posticis subtus spinulosis, genubus tumidis; alis hyalinis, stigmate fere evanido; halteribus albis. ♂. Long. 1 $\frac{1}{4}$ lin."

Wahlb. in Conspect. Actor. Acad. Holm. 1844. n:o 5. p. 108. ♂.

Hab. in Lapponia Lulensi ad Qvickjock, ubi d. 12 Jul. 1843 D. *Boheman* unicum detexit individuum descriptioni Wahlbergi typicum.

Obs. Speciem ipse non vidi. Adumbratio Wahlbergiana l. c. ita obvenit: "habitu fere *R. plumipedis* minoris. Oculi subconniventes. Abdomen breve, lamellis analibus ad dimidum inclusis, in specimine mortuo saltem suberectis, filo nullo exserto. Femora postica celeris crassiora, geniculis tumidis et pilis longioribus cinctis. Metatarsi elongati, simplices. Alæ tenue et pallide nervosæ, nervo tertio longitudinali distinctiori, area triangulari-oblongo-ovata, in medio alæ sita. Genitalia postica tumida speciem distinctam indicant."

Obs. Forte in vicinitate *R. plumipedis* ponenda. Femina ignota, et usque dum ea detecta locus hujus speciei in serie systematica incertus; illam vero pedes ex parte pennatos habere suspicor.

48. *R. geniculata* I. p. 427.

In Scania ad Fogelsång, D. *Möller*; in Bottnia boreali ad Luleå, D. *Andersson*. (♂♀ ad Neuenkirchen 20 Maj., et ad Eldenam prope Gryphiam 28 Maj. 1842, a Doct. *Dahlbom* inventi).

Obs. Var. ♂ pedibus totis nigris nitidis, ad Eldenam 28 Maj. captus, hujus videtur.

49. *R. pennata* I. p. 428.

Feminæ in fenestris interdum etiam occurrunt; in cubiculo meo Lundæ 13 Jun. ♀ obvia. (Ad Neuenkirchen 20 Maj. a *Dahlbom* reperta).

50. *R. obscura* I. p. 429.

Uterque sexus in Dalecarlia 3 Jun. a D. *Boheman* deprehensa.

50—51. *R. cana:* pilosula, opaca, læte cinerea, immaculata; haustello capite parum longiore; alis albo-hyalinis, area discoidali obovata; pedibus simplicibus nigris, parce puberulis, tibiis posticis extus pilosis; ano maris hiante, filato. ♂. (Long. 1 $\frac{1}{4}$ lin.)

Hab. in Dania, D. *Stæger*, qui specimen pro describendo mutuo communicavit 1848.

♂. *R. obscuræ* proxima, et magnitudine, statura, vestitu atque structura ani maris omnino similis; sed colore corporis dilutius cinereo, haustello nonnihil forte breviori et subcrassiori, alis magis albo-hyalinis, etc., sine dubio distincta. Oculi contigui. Antennæ capite parum longiores, nigræ. Haustellum longitudine circiter capitis I. illo paullulum tantum longius, crassiusculum, nigrum. Thorax canus, immaculatus, dorso breviter seriatim nigro-pilosulus. Scutellum et abdomen cana, hoc vix nisi lateribus et apice parce pilosulum. Cauda omnino ut in mare præcedentis. Alæ albo-hyalinæ, basi albidiores, linea stigmaticali nigricante. Nervi tenues, albidi, versus apicem alæ perspicuiores, obscuriores. Area discoidalis subovata, paullo latior videtur, quam in *R. obscura*. Nervus longitudinalis 7:mus (ad basin alæ) valde obsoletus, versus marginem interiorem evanescens, nec ut in præcedente integer. Costa nuda. Halteres albi. Pedes subvalidi, simplices, metatarsis non incrassatis; toti piceo-nigri, subnitidi, tenuiter puberuli, inermes, tibiis posticis extus nigro-pilosis.

Obs. Ad hanc subdivisionem pertinere videtur. Femina ignota, sed forte alis obscurioribus et pedibus pennatis gaudet.

51. *R. tarsata* I. p. 430.

Medio Junii 1846 ex utroque sexu exempla copiose a D. *Stæger* in Dania capta.

Mas: totus niger, nitidus, parce nigro-hirtus, pectore cinerascente. Oculi cohærentes, rufi. Antennæ capite nonnihil tantum longiores, atræ. Haustellum capite paullulum longius, validum, atrum. Anus hians, quasi bilobus, lobo superiori erigendo, inferiori (a latere viso) subtrigono, descendente; ex hoc emittitur filum capillare, arcuatum, rufescens, cujus apex inter summitatem lobi superioris occultatur; anus totus ater, nitidus, apice distincte nigro-pilosus. Alæ basi albidæ. Nervi modice validi. Area discoidalis oblongo-ovata, subcuneata, nervulo transverso terminante inter radios 2 et 3 subrecto seu leniter tantum curvato. Nervus 7:mus (vel si mavis ordine 6:tus) versus marginem interiorem evanescens. Costa nuda. Pedes nigri, subnudi seu breviter puberuli. Tibiæ tamen præsertim posticæ extus parce et distincte spinulosæ. Metatarsi præsertim postici oblongi, incrassati. Femora postica lateribus longitudinaliter sæpe sulculo exarata.

Femina mari similis, magis nuda, alis subfuscanis, femoribus posterioribus pennatis, ano simplici, etc., dignota. — Vide præterea descriptionem utriusqe sexus in Dipt. Scand. l. c.

52. *R. fascipennis* I. p. 431.

53. *R. costata* I. p. 431.

54. *R. obscurella* I. p. 432.

54—55. *R. tibiella:* pubescens, opaca, cinerea, thorace obsolete fusco-trivittato; abdomine obscuro; haustello capite sublongiore; alis albidis (♂), aut cinereo-hyalinis (♀), area discoidali ovata; pedibus obscuris, in ♂ nudis, in ♀ femoribus subnudis, tibiis posticis extus pennatis; ano maris hiante, filato. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$ lin.)

Stæg. in litt. — Zett. Dipt. Scand. I. p. 432. ♂♀. in *Obs.*

Hab. in Dania, D. *Stæger;* in betuletis ad Gusum Ostrogothiæ fine Maji a D. *Wahlberg* quoque inventa fuerit, mihi numqvam obvia.

♂♀. Similis *R. costatæ*, sed haustello paullo longiore, alarum costa non infuscata, etc., dignota. *Mas:* alis albidis, pedibus nudis, ano ut in *R. tarsata. Femina:* femoribus subnudis, tibiis posticis extus pennatis.

55. *R. vesiculosa* I. p. 433.

Etiam in Smolandia ad Skärsjö a beat. *Ljungh* capta.

56. *R. atripennis* I. p. 434.

Ad Gusum Ostrogothiæ 20 Mai. 1842 legit D. *Wahlberg.*

57. *R. alata* I. p. 434.

58. *R. Vespertilio* I. p. 435.

59. *R. plumifera* I. p. 436.

In Lapponia Lulensi ad Qvickjock quoque reperta.

Mas: (hactenus ignotus) similis feminæ, a qua vero differt: alis modice latis, fumatis, nec intense nigris, oculis contiguis, ano-ciliato, hiante, filum elongatum, tenuissimum, capillare, recurvatum emittente; pedibusque nudiusculis vel tantum tenuissime puberulis; posticorum femoribus leviter pilosulis, sed tibiis metatarsisque extus distinctius pilosis, et his incrassatis, oblongis.

60. *R. æthiops* I. p. 436.

Etiam ad Storsand paroeciæ Öfver-Luleå Jun. 1843, *Boheman.*

61. *R. gibba* I. p. 437.

♂ in Smolandia ad Skärsjö a *Ljungh* lectus.

Obs. Caudæ maris lobus inferior globosus, nitidus, niger, nudus.

63. *R. flava* I. p. 438.

Etiam in Smolandia copiose obvia; e Christiania Norwegiæ quoque a D. *Moë* communicata.

63. *R. hybrida* I. p. 438.

---

54. GLOMA Meig.

Obs. Haustellum breve, longitudine vix capitis, crassum.

1. *Gl. fuscipennis* Meig. ♂. I. p. 439.

♂ etiam in Bahusia ad Åkersström 5 Jun., D. *Boheman*; ♀ ignota.

---

55. MICROCERA Zett.

1. *M. rostrata* Zett. ♂♀. I. p. 440.

Etiam in Bahusia ad Marstrand Aug. 1842 ♀ in fenestra a D. Prof. *Wahlberg* observata; in Lappon. Lulensi ad Qvickjock, *Boheman*.

Fam. 12. DOLICHOPODES Fall.

56. HYDROPHORUS Fall.

Subd. 1. Seta antennarum distincte dorsalis. Majores plerique. Aenescentes. *Medeterus* Macqv.

1 *regius* Fabr. ♂♀. 2 *bipunctatus* Lehmann. ♂♀. 2—3 *binotatus* Fall. (*Musca ungulata* Linn.? ♂.) ♂♀. 3 *balticus* Meig. ♂♀. 3—4 *litoreus* Fall. (*Medeter. aquaticus* Meig. ♀.) ♂♀. 4 *inæqvalipes* Macqv. ♂♀. 5 *spini-*

manus Zett. ♂♀. 6 *notatus* Fabr. (*Hydroph. armiger* Fall.) ♂♀. 7 *nebulosus* Fall. ♂♀. 7—8 *alpinus* Wahlb. ♂♀.

Subd. 2. Seta antennarum subapicalis. Anus masculorum sæpe longe inflexus, varie appendiculatus. Minores plerique. Cinerascentes. *Medeterus* Meig. *Hydrophorus* Macqv. *Orthobates* Wahlb.

8 *obscurus* Zett. ♂♀. 9 *rostratus* Fabr. ♂♀. 10 *jaculus* Fall. ♂♀. 11 *Truncoram* Meig. ♂♀. 12 *apicalis* Stæg. ♂♀. 13 *pallipes* Stæg. ♂♀. 14 *albipes* Zett. ♀. 15 *tristis* Zett. ♂♀. 16 *muralis* Meig.? ♂♀. 17 *minutus* Zett. ♀. 18 *ambiguus* Zett. ♂.

1. *H. regius* 2. p. 441.

In Smolandia quoque captus.

2. *H. bipunctatus* 2. p. 442.

Obs. Sub hoc nomine duæ commixtæ sunt species, quæ, observante D. *Stæger*, sunt separandæ, nempe:

H. bipunctatus: supra viridi-olivaceus, subtus cinereus; antennis nigris; pedibus obscure virescentibus; alis hyalinis, fusco-bipunctatis; epistomate nitidissimo, aut cyaneo (♂), aut aureo-viridi (♀), inferne in utroque sexu lutescente, opaco. ♂♀. (Long. circiter 2 lin.)

Mas: epistomate cyaneo nitidissimo, inferne determinate lutescente; pedum anticorum femoribus incrassatis, subtus in medio late (fere sub tota femorum crassitie) una serie nigro-setulosis, tibiis breviter pubescentibus; ano subtus bicorniculato, segmento abdominis ventrali 4:to apice subelevato;

Femina: epistomate aureo-viridi nitidissimo, inferne (infra nempe elavaturam transversam) determinate lutescente; pedum anticorum femoribus leniter incrassatis, subtus breviter et tennuiter pilosulis, sed non setulosis, tibiis breviter pubescentibus; abdomine simplici.

Zett. Dipt. Scand. 2. 442. 2. ♂♀ (ex parte, nempe specimina Scanica et Ostrogothica; excluso synom. Ins. Lapp.) — *Dolichopus* Lehmann Dissert. 41. — *Medeterus* Meig. Dipt. 4. 63. 7. ♂♀. Macqv. Buff. 1. 453. 6. ♂♀. *Hydrophorus binotatus* Fall. Dolichop. 3. 2. ♂♀. (exclusis speciminibus e Gottlandia et Nericia).

Hab. ad litora marina et aqvas, per Scandinaviam meridionalem a mense Majo usque ad Novembrem frequenter; per mediam rarissime; scilicet in Scania ad Lund, Silfåkra, Esperöd etc.; in Ostrogothia ad Wadstena semel, nec supra hanc provinciam eum observavi.

♂♀. Epistoma impressum. Frons atra, opaca. Palpi nigri. — Cinerascens, supra obscure olivaceus etc. etc. vide descriptionem *H. bipunctati* Dipt. Scand. 2. p. 443.

Var. b. ♂. alis vestigio tantum punctorum 2 fuscorum in alis. *H. litoreus* var. b. Zett. Dipt. Scand. l. c. p. 444. ♂. In Gestricia et Bottnia rarius.

2—3. *H. binotatus:* supra obscure viridi-olivaceus, subtus cinereus; antennis nigris; pedibus obscure virescentibus; alis hyalinis, fusco-bipunctatis; epistomate subopaco, aut virescente albo-micante inferne albo (♂), aut virescente luteo-micante inferne lutescente (♀). ♂♀. (Long. circiter 2 lin.)

Mas: epistomate sub antennis virescente, albido-micante, inferne late indeterminate albo l. argenteo; pedum anticorum femoribus incrassatis, subtus in medio una serie breviter nigro-setulosis et versus apicem fasciculo setarum 4—5 paullulum longiorum, nigrarum, tibiis breviter pubescentibus; ano subtus corniculis 2 brevibus nigris, segmento abdominis ventrali 4:to apice subelevato;

Fem.: epistomate sub antennis virescente, luteo-micante, inferne late indeterminate lutescente; pedum anticorum femoribus

leniter incrassatis, subtus breviter et tenuiter pilosulis, tibiis breviter pubescentibus; abdomine simplici; in copula.

Hydroph. binotatus Fall. Dolichop. 3. 2., sed tantum specimina e Gottlandia et Nericia. — *Hydroph. bipunctatus* Zett. Ins. Lapp. 700. 2. ♂♀. (exclus. synon.). — An *Musca ungulata* Linn. Fn. Sv. 1858? ♂.

Hab. in paludosis, nec non ad aquas et ripas fluminum, per Scandinaviam meridionalem rarius, mediam passim, et borealem sat vulgariter et copiose, a mense Majo usque ad Octobrem, sæpe in copula deprehensus; scilicet in Dania, teste D. *Stæger;* in Scania a me nondum visa; in Smolandia ad Skärsjö haud rarus; in Ostrogothia ad Wadstena parce; in Ölandia et Gottlandia passim; in Nericia et Dalecarlia haud infrequenter; in Jemtlandia ex. gr. in Mulfjellen et summo cacumine alpis Åreskutan; in Lapponiis omnibus usque ad alpes nivales adscendens; in toto litore Norwegico atque in inferalpinis Nordlandiæ et Finmarkiæ, usque ad Nord-Cap, abundanter.

♂♀. *H. bipunctati* summa affinitas et similitudo, sed vestitus pedum in ♂ alius et epistomatis color in utroque sexu diversus diversas certe significant species. Nec locus natalis ambabus idem. Frons olivaceo-atra. Thorax supra obscure olivaceus, tenuiter pubescens, ad latera setulosus; subtus glaucescens. Abdomen virescenti-olivaceum, subtus cinereum. Alæ cinereo-hyalinæ, ad costam leniter subfuscanæ. Puncta alarum 2 fusca, jam majuscula, jam minuscula, anticum postico plerumque paullo majus. Halteres pallidi. Epistoma modice latum, mox sub antennis subtiliter striolatum metallice nitens; in ♂ inferne argenteum l. album, albedine ad medium adscendente, deinde sensim evanescente, colore metallico interlucente in parte denudata; raro totum argenteum; omnis hic

color, qui in ♂ albus, in ♀ luteus seu sordide flavus est. Palpi nigri. Reliqua ut in *H. bipunctato*.

Var. b. ♂♀. pectore, abdomine pedibusque virescentibus l. cærulescentibus, alias var. a. similis; forte detrita specimina. *H. bipunctatus* var. b. Zett. l. c. p. 443. ♂. Occurrit cum var. a.

3. *H. litoreus* 2. p. 443.

Sub hac specie latent duæ diversæ, quæ igitur distingvendæ; scilicet:

3. *H. balticus:* supra olivaceus, subtus cinerascens, abdominis dorso pedibusque virescentibus, horum anticis brevibus femoribus crassis subtus setulosis; antennis nigris, apice subtruncatis, seta longiuscula; alis sordide hyalinis, immaculatis, nervis longitudinalibus 3 et 4 subparallelis, halteribus pallidis; epistomate viridi, inferne aut albo (♂), aut flavido (♀). ♂♀. (Long. circiter $1\frac{3}{4}$ lin. l. paullo ultra).

Mas: epistomate aureo-viridi, apice albo vel argenteo, ano oblique truncato, genitale parum exserto;

Fem.: plerumque nonnihil major, epistomate viridi, apice flavescente, abdomine depresso, ano rotundato; in copula:

Medeterus Meig. Dipt. 4. 66. 12. ♂♀. — *Hydr. litoreus* Zett. Ins. Lapp. 700. 3. ♂♀. ex parte. — Ejusdem Dipt. Scand. 2. 443. 3. ♂♀. ex parte.

Hab. in litoribus marinis ut etiam in graminosis ad aqvas et ripas lacuum fluviorumque interiorum, per Scandinaviam tota æstate usque ad serum autumnum vulgaris, in copula multoties inventa; scilicet in Scania ad Lund, Abusa, Silfåkra, Esperöd etc., frequens; in Ostrogothia ad Sudercopiam, Wadstena et Gusum; in Bahusia; in Gottlandia; in Uplandia ad Holmiam, *Wahlberg;* in Dalecarlia; in Bottnia boreali ad Luleå; in Lapponia Tornensi ad Karungi; in Nordlandia Norwegica ad

Schiervöe; ex Hafnia Daniæ ut frequens incola ad mare in utroque sexu etiam a D. *Stæger* missus.

♂♀. Frons, thoracis dorsum totum et scutellum obscure olivacea, abdomen supra virescens, antennarum articulus ultimus subtruncatus l. apice lenissime subemarginatus, seta longiuscula nigra modice crassa, epistoma nitidum, aut (in ♂) aureo-viride, apice (infra elevaturam transversam) niveo, aut (in ♀) viride, apice flavo-lutescente, alæ in utroque sexu sordide hyalinæ, nervis longitudinalibus 3 et 4 fere parallelis, versus apicem tantum omnium lenissime convergentibus, halteres toti pallidi immaculati, pedum anticorum (in utroque sexu) femora præsertim versus basin distincte crassa, subtus basi et fere ad apicem (sub tota crassitie) distincte setulosa, tibiæ toto latere interiori breviter pectinatæ, et tandem anus maris oblique truncatus, sunt notæ, quæ simul sumtæ speciem hanc a duabus proxime præcedentibus abunde distingvunt. — Frons opaca. Palpi grisescentes. Thorax subopacus. Pectus cinerascens. Nervi perspicui, longitudinalis 5:tus (sub transverso) ad marginem interiorem descendens, 6:tus (ad basin alæ) abbreviatus. Pedes virides, nitentes, posteriorum femoribus et tibiis spinulosis. Coxæ anticæ longæ. Ex ano maris prominent lamellæ 2 parvæ rotundatæ nigræ, et segmentum ventrale ultimum leniter elevatum.

Obs. H. litoreus var. b. ♂. Zett. l. c. p. 444. alis vestigio punctorum 2 fuscorum, qualem etiam ad Skellefteå Bottniæ occidentalis invenerit Professor *Boheman*, hujus non est, sed ad *Hydroph. bipunctati* varietatem b. pertinet.

3—4. *H. litoreus:* supra olivaceus, subtus glaucus, thoracis limbo postico, abdominis dorso pedibusque virescentibus, horum anticis breviusculis, femoribus modice crassis subtus tenuissime et parcissime setulosis; antennis nigris, apice truncatis, seta longiuscula; alis aqueis immaculatis, nervis longitudinalibus 3 et 4 subparallelis, halteribus pallidis, puncto magno obscuro; epistomate toto cano. ♀. (Long. $1\frac{1}{2}$—$1\frac{2}{3}$ lin.)

Fall. Dolichop. 3. 3. ex parte. Zett. Dipt. Scand. 2. 443. 3. ex parte. — *Medeterus aquaticus* Meig. Dipt. 4. 66. 13. ♀.

Hab. ad aqvas tota æstate, per Scandinaviam meridionalem passim copiose, mediam rarius; scilicet in Scania ad Abusa, Silfåkra (ad ripam lacus ejusdem nominis), Esperöd in paroecia Mellby (ad litus maris baltici) etc. frequenter; in Ostrogothia ad Wadstena (prope lacum Wettern) parce. (E Glogavia multa specimina feminea sub nomine *Medeterus chloropus* a D. *Zeller* obtinui.)

♀. Feminis proxime præcedentis et seqventis valde similis et affinis, sed ab *H. baltico* epistomate in medio transversim paullo magis elevato, toto albo (nec viridi inferne flavido), alis purius hyalinis l. vitreis, pedum anticorum femoribus nonnihil minus crassis, subtus multo tenuius et parcius setulosis, tibiis ejusdem paris vix visibiliter l. brevissime tantum pectinatis; ab *H. inæqualipede*, cui epistomatis colore albo omnino convenit, corpore obscuriore, antennarum seta paullo breviore et tota nigra, alis aqueis, nec albido-hyalinis, femoribus anticis nonnihil minus crassis, et ab ambobus magnitudine forte paullulum majore, thoracis limbo postico viridinitente, clava halterum nigro-punctata, etc., satis superque dignotus. — Frons olivacea, opaca. Palpi nigri cano-micantes. Thorax subnitidus, nigro-setulosus. Abdomen virescens, subnudum. Alarum nervi ut in *H. baltico*. Halteres pallidi, clava puncto centrali magno nigricante. Pedes obscure virides. Femora antica basi crassiuscula, versus apicem sensim angustiora.

4. *H. inæqualipes* 2. p. 444.

Ob distinctionem a prioribus diagnosis ita mutanda:

H. inæqualipes: supra virescens, illæsus totus cano-micans, subtus glaucus; pedibus virescentibus, horum

anticis brevibus, femoribus crassis subtus setulosis; antennis nigris, apice vix truncatis, seta breviuscula, deflexa, crassiuscula, nigra, apice capillari albo; alis albido-hyalinis, immaculatis, nervis longitudinalibus 3 et 4 versus apicem leniter convergentibus, 5:to vix ad marginem continuato, halteribus pallidis; epistomate toto cano. ♂♀. (Long. 1 $\frac{1}{3}$ lin. vel paullo ultra.)

Mas: pedum anticorum femoribus subtus breviter setulosis, tibiis intus breviter pectinatis, his apice calcare unico brevi nigro, ano subsimplici;

Fem.: pedum anticorum femoribus subtus (sub crassitie) brevissime setulosis, tibiis intus vix l. parum pectinatis, ano simplici; in copula.

Synonyma, habitationem et descriptionem vide in Dipteris Scandin. l. c., quibus addi possunt:

Possidetur etiam a Prof. *Wahlberg*, qui eum sæpe in copula in litore extremo maris Bahusiæ ad Marstrand Aug. 1842 frequenter legit. (E Melita quoque hanc speciem in utroque sexu D. Doctor *Schembri* 1847 mihi communicavit.)

5. *H. spinimanus* 2. p. 445. — *Hydr. notatus* Zett. Ins. Lapp. 701. 4. in adjecta *observatione;* specimina Lapponica (exclusis omnibus synonymis, quæ ad sequentem seu *Hydroph. notatum* genuinum pertinent.)

In Lapponia Lulensi ad Qvickjock, D. D. *Wahlberg* et *Andersson* quoque legerunt.

6. *H. notatus* 2. p. 446.

♂♀ etiam in Scania ad Sjörup 1846, Stud. *Gust. Möller;* in Amager Daniæ in plantis aqvaticis uterque sexus in maxima copia 1843 observatus, indicante *Stæger.*

7. *H. nebulosus* 2. p. 447.

Etiam in Smolandia freq., *Ljungh*; ad Råbäcken in paroecia Öfver-Luleå 6—13 Jun. 1843, *Boheman*.

Obs. Epistoma in ♂ nonnihil angustius, quam in ♀, sed in utroque sexu fere similiter coloratum, nempe albido-lutescens.

7—8. **H.** ***alpinus*** Wahlb.: "cinerascens, supra olivaceo-viridis; epistomate viridi-aureo, flavido-pollinoso; antennis nigris; pedibus olivaceo-virescentibus; alis cinereo-hyalinis, impunctatis, nervis omnibus distinctis, fuscedine cinctis; halteribus fuscis. ♂♀. Long. 1 $\frac{1}{4}$ lin."

Wahlb. in Conspect. Reg. Acad. Holm. 1844. n:o 5. p. 109. ♂♀.

Hab. in Lapponia Lulensi in alpibus Walli et Snjerack prope Qvickjock 10—15 Jul. 1843 a Prof. *Boheman* detectus; in humidis planitiei alpinæ 2—3000 pedes supra mare elevatæ, et Salicem glaucam ferentis, minus frequenter occurrit. Mihi numquam obvius, nec a me visus.

♂♀. "Magnitudine et statura *H. nebulosi*, ceteris propriis nostris *Hydrophoris* minor. Vertex cum fronte olivaceus. Epistoma in utroque sexu latum, aureo-vel cupreo-viride. Antennarum articulus ultimus rotundatus, inferne leviter emarginatus, seta deflexa, crassiuscula, apice albida. Thorax subvittatus, setosus, pleuris schistaceis. Abdomen nudiusculum, segmento 4:to maris sub ventre hiante, ano subtus breviter bicorniculato. Pedes antici breves, femoribus basi præsertim incrassatis et subtus longius spinulosis, tibiis paullo incurvis, subtus breviter pectinato-ciliatis, apice spina incurva armatis. Pedes posteriores tenues, elongati, tibiis spinosis. Alæ fundo hyalinæ, secundum nervos, etiam longitudinales, infuscatæ, unde brunnescentes apparent. Nervi longitudinales subrecti, 3:tius et 4:tus subparalleli. — Corporis colore et seta antennarum *H. bipunctato* et *litoreo*, pedum vero anticorum formatione et armatura *H. inæqualipedi* proximus, epistomatis

colore in utroque sexu simili, nervis subparallelis, fusco-obumbratis halteribusque fuscis a confinibus distinctus.

8. *H. obscurus* 2. p. 449.

Qvoque in Smolandia obvius, sed raro.

9. *H. rostratus* 2. p. 449.

Var. a. etiam in Smolandia frequens. (♀ sub nomine: *Medeter. rostratus*, e Glogavia a D. *Zeller* missa.)

Var. b. in Smolandia non parce. (Ad Gryphiam Jul. 1845 mares plures legit D. *Dahlbom.)*

Obs. In utraque varietate nervi longitudinales 3 et 4 versus apicem alæ paullo minus approximati quam in priori (*H. obscuro*). Antennarum seta terminalis valde elongata capillaris ut in præcedente.

10. *H. jaculus* 2. p. 450.

11. *H. Truncorum* 2. p. 452.

Qvoque e Dania in utroque sexu a D. *Stæger* communicatus 1848.

Obs. Per magnitudinem paullo minorem, alarum nervum transversum nonnihil breviorem, subobliquum (nec perpendicularem) a margine magis remotum, et denique maris caudam minorem et organis filiformibus flavidis appendiculatam, etc., hunc ab *H. jaculo* facile dignoscitur.

12. *H. apicalis* 2. p. 452.

Obs. Sexus masculus etiam detectus. — ♂♀. Parvus, parum ultra ½ lin. longus in Scania ad Esperöd Mellbyensem 20 Jul. 1843 a D. *Dahlbom* inventus. Epistoma griseum, inferne viride. Thorax in vivo subferrugineus l. cinereo-ferrugineus. Pedes nigri, geniculis sæpe sat late testaceis.

13. *H. pallipes* 2. p. 453.

In Bottnia occidentali (in Dipt. Scand. l. e. immeri-

lo *orientali* dicitur) nova vice a D. *Wahlberg* deprehensus.

14. *H. albipes* 2 p. 454.

15. *H. tristis* 2. p. 454.

(Qvoque e Glogavia 5 exempla, nempe 3 mares et 2 feminæ a D. *Zeller* missa.)

16. *H. muralis* 2. p. 455.

Etiam in Smolandia captus.

17. *H. minutus* 2. p. 456.

18. *H. ambiguus* 2. p. 456.

---

57. RHAPHIUM Meig.

Subd. 1. Antennæ in masculis longissimæ, subulatæ, in feminis modice elongatæ. Alæ fuscanæ. *Raphium* Meig. Macqv. *Hydrochus* Fall.

1 *longicorne* Fall. ♂♀. 2 *laticorne* Fall. (*R. nigripes* Macqv. ♂.) ♂♀. 3 *macrocerum* Meig. (*Hydroch. laticornis* Fall. ♂) ♂♀. 3—4 *appendiculatum* Zett. n. sp. ♂♀. 4 *caliginosum* Meig. (*Porphyrops pallitarsis* Macqv. ♀. — *Porphyr. nemoralis* Meig. ♀) ♂♀. 5 *fasciatum* Meig. ♂♀. 5—6 *rufipes* Meig.? ♂.

Subd. 2. Antennæ in ♂ capite transverso semper paullo longiores, in ♀ plerumque breviores, articulo ultimo in utroque sexu aut conico, aut ovato-conico, in ♀ interdum breviter ovato. *Porphyrops* Meig. Macqv.

6 *elegantulum* Meig. ♂♀. 7 *crassipes* Meig. (*Porph. rufipes* Meig. ♀) ♂♀. 8 *confine* Zett. (*Rhaph. rufipes* Zett. Ins. Lapp., non Meig.) ♂♀. 9 *nasutum* Fall. (*Rhaph. commune* Zett. Ins. Lapp., non Meig.) ♂♀. 10 *fascipes*

Meig. ♂♀. 11 *consobrinum* Zett. ♂♀. 11—12 *obscuripes* Zett. n. sp. (an *Rh. nigripedis* ♀ Macq.?) ♀. 12 *longiseta* Zett. ♂♀. 13 *flavipalpe* Zett. (hodie ad nov. genus *Thinophilus* post *Dolichopum* insertum pertinet) ♂♀. 14 *discolor* Zett. ♀. 15 *maculicorne* Zett. (jam sub nov. genere *Thinophilus* militans) ♀. 16 *thoracicum* Meig. ♀. 17 *hamatum* Zett. (*Dolich. pallipes* Fabr. ♂.) ♂♀. 18 *punctatum* Stæg. ♂♀. 19 *denticulatum* Zett. ♂. 20 *aculeatum* Zett. ♂. 21 *albifrons* Zett. ♀. 22 *pallidum* Stenh. ♂♀.

1. *R. longicorne* 2. p. 458.

Obs. Tibiæ anteriores in ♀ sæpe flavo-testaceæ. Plures tales e Smolandia obtinui.

2. *R. laticorne* 2. p. 459.

Etiam in Scania ad Silfåkra 6 Aug. 1846 a Prof. *Wahlberg* deprehensum. (Mares ad Neuenkirchen prope Gryphiam 15—20 Maj. 1842, atque ad Rixdorff et Rudower prope Berolinum medio Julii ejusdem anni a D. *Dahlbom* haud infrequenter observati.)

Obs. Epistoma argenteum. Alæ breviusculæ. — Cum *R. consobrino* n:o 11 non confundi debet.

3. *R. macrocerum* 2. p. 460.

Sub hoc mihi videntur duæ latere species commixtæ, quas hoc modo distingvo:

R. macrocerum: obscure æneum, nitidum, epistostomate albo, fronte cyanea; antennis nigris; halteribus flavis; alis subfuscanis, nervis 3 et 4 longitudinalibus subparallelis; pedibus flavis, coxis posterioribus basi late cinereis; femoribus posticis ad apicem superne macula, tarsis anterioribus apice, posticisque totis, nigricantibus. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$ fere $1\frac{1}{2}$ lin.)

Mas: antennis capite saltem duplo longioribus, seta longitudine circiter tertiæ partis totius antennæ; epistomate angusto; appendicibus caudalibus 4 foliaceis, nigro-brunneis, quarum interioribus parvis, exterioribus longitudine saltem 5:tæ partis abdominis, ciliatis, basi latiusculis (ima basi angusta), apice acuminatis, setigeris; tibiis posticis totis nigris;

Fem. (forte hujus): antennis capite fere nonnihil brevioribus, seta antenna duplo longiori, epistomate lato; ano simplici; tibiis posticis flavis, apice nigris; (non in copula.)

Meig. Dipt. 4. 29. 3. ♂ Macqv. Buff. 1. 440. 2. ♂. Zett. Dipt. Scand. 2. 460. 3. ♂♀, ex parte majori. *Hydrochus laticornis* Fall. Dolichop. 6. 3. var. b. ♂.

Hab. in humidis umbrosis per Sveciam Jun.—Jul. minus frequens; nempe in Scania rarius; in Ostrogothia ad Sudercopiam etc., D. *Stenhammar*, ad Gusum, D. *Wahlberg*, et ad Wadstena (feminæ plures), ipse; in Gottlandia, teste *Wahlberg*; ad Holmiam, *Stenhammar*; in Jemtlandia ad Östersund masculum, 20 Jun., et ad radicem alpium Åreskutan et Mulfjellet femineum individuum 24 Jul. 1840 inveni.

Descriptionem ulteriorem maris et feminæ vide in Dipter. Scand. l. c.

3—4. *R. appendiculatum:* obscure æneum, nitidum, epistomate albo, fronte cyanea; antennis nigris; halteribus flavis; alis subfuscanis, nervis 3 et 4 longitudinalibus apice subconvergentibus; pedibus flavis, coxis posterioribus basi late cinereis; femoribus posticis ad apicem superne macula, tarsis anterioribus apice late, posticisque totis, nigricantibus. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}$ fere $1\frac{1}{2}$ lin.)

Mas: antennis capite saltem triplo longioribus, seta longitudine circiter octavæ partis totius antennæ, epistomate angustissimo; appendicibus caudalibus 4 foliaceis, quarum interioribus parvis obscuris ad apicem setam gerentibus, exterioribus

longitudine circiter 4:tæ partis abdominis, linearibus, lenissime curvatis, apice rotundatis, totis flavidis, pilosulis; tibiis posticis totis atris;

Fem. (forte hujus): antennis capite fere dimidio brevioribus, seta antenna triplo longiori; epistomate lato; ano simplici; tibiis posticis lividis, apice dilute brunneis; (non in copula.)

Stæg. in litteris 14 Jun. 1848. ♂♀. *Rh. macrocerum* Zett. Dipt. Scand. 2. 460. 3. specimen scanicum. — *Rh. caliginosum* Zett. Dipt. Scand. 2. 461. 4. var. f. ♀. forte hujus?

Hab. in humidis per Scandinaviam meridionalem mense Julio haud frequens; scilicet in Scania ad Esperöd (in paroecia Mellby) et alibi parce inventum; ex Hafnia in utroque sexu exempla a D. *Stæger* mecum communicata. (Duos hujus mares sine nomine a D. *Leon Dufour* e S:t Sever Galliæ 1844 missos etiam possideo.)

♂♀. A *Rh. macrocero* vix differt nisi *maris* antennis distincte longioribus et nonnihil latioribus, seta multo breviori et paullulum crassiori, appendicibus analibus dilutioribus, exterioribus sublinearibus apice rotundatis, nec acuminatis, tibiis posticis intensius nigris, et tandem nervis 3 et 4 longitudinalibus versus apicem forte nonnihil magis convergentibus; atque *feminæ* antennis nonnihil brevioribus, sed seta longiori.

4. *R. caliginosum* 2. p. 461.

(Ad Neuenkirchen Germaniæ 20 Maji 1842 ♂ a D. *Dahlbom* lectus).

Obs. Magnitudinem utriusque sexus minorem, marium appendices anales minores, breviores et nigriores, nec non femorum posticorum a medio ad apicem vittam supernam nigricantem l. fuscam, attente observes, ut *Rh. caliginosum* a *R. macrocero* et *appendiculato* distingvas. — Var. f. ♀. Dipt. Scand. l. c. p. 462, ad Åreskutan Jemtlandiæ capta, potius ad *R. appendiculatum* referenda.

5. *R. fasciatum* 2. p. 463.

Obs. Etiam *feminam* vidi: antennis vix longitudine capitis, seta antenna saltem duplo longiori, epistomate latiusculo albo, abdomine immaculato et ano simplici, de cetero *mari* similem.

5—6. *R. rufipes:* obscure æneum, subnitidum, epistomate latiusculo, niveo, fronte nigra; antennis (♂) capite paullo longioribus, nigris, puberulis, seta longiuscula; halteribus pallidis; alis cinereo-hyalinis, nervis 3 et 4 longitudinalibus parallelis; pedibus flavis, tarsis anterioribus apice late, posticisque totis, nigris; ano vix appendiculato. ♂. (Long. vix 1 lin.)

Meig. Dipt. 4. 30. 7? Tab. 34. f. 2 (antenna.)

Hab. in Dania ad Hafniam, ubi in Amager d. 6 Jun. 1844 specimen unicum inventum mihique mutuo missum; in Svecia nondum lectum, quantum noverim.

♂. Magnitudo parva et statura tenera *Rh. fasciati*, a quo vero epistomate latiore, fronte nigra, nec cyanea, antennis puberulis (nota priva), abdomine immaculato, tarsis totis atris, etc., abunde dignotum. Antennarum articulus ultimus basi latiusculus, versus apicem sensim acuminatus, totus puberulus. Seta cum apice hujus articuli indeterminate cohærens (quasi in unum cum illo coalita), basi puberula, apice capillaris. Palpi nigri. Ad abdominis basin præsertim in ventre vestigium adest fasciarum 2 flavarum. Anus rotundatus, cauda appendiculata, haud distincta. Alæ et halteres ut in *R fasciato*. Pedes rufo-flavi, coxis posterioribus fere ad apicem cinereis. Tarsi nigri, postici validiusculi, metatarsis anterioribus rufis. Tibiæ nigro-spinulosæ. Femora postica superne ad apicem dilute brunnea. Tarsorum posticorum articulus 2:dus intus spinula erecta armatus.

Obs. Meigen l. c. suum *R. rufipes* "viridi-æneum, tarsis fuscis" describit, unde de identitate dubito. Nec figura antennæ cum nostra exacte convenit.

6. *R. elegantulum* 2. p. 464.

Qvoque in horto Stægeriano Fredriksberg prope Hafniam 1845 a D. *Stæger* lectum; in Lappon. Lulensi ad Qvickjock, 1843, D. *Boheman.*

7. *R. crassipes* 2. p. 466.

Etiam in Lapponia Lulensi specimina ex utroque sexu capta, D. *Andersson.*

8. *R. confine* 2. p. 467.

9. *R. nasutum* 2. p. 469.

(♀ ad Neuenkirchen 20 Maji 1842 raro legit D. *Dahlbom.*)

10. *R. fuscipes* 2. p. 470.

In litore maris Bahusiæ ad Marstrand, D. *Wahlberg.*

Obs. Feminæ in Svecia occurrunt etiam femoribus plus minus brunneis, et in Dania, testante *Stæger*, fere eadem pictura ac in mare.

11. *R. consobrinum* 2. p. 471.

Qvoque in Bahusia a Prof. *Wahlberg* deprehensum. (♂♀ ad Gryphiam Maji 1842 frequenter, *Dahlbom.*)

Mas: similis *Rh. laticorni* n:o 2, sed antennæ breviores. Pedes: antici coxis antice albo-villosis, femoribus subtus longe et sat dense nigro-pilosis, tibiis extus nigro-spinosis, tarsis brevibus, articulo 1:mo distincte hirto 2:doque fere æque longis, sed tribus reliqvis simul sumtis 1:mo parum longioribus; posteriores tibiis extus nigro-spinosis.

Femina. Pedes flavi, coxis tarsisque nigricantibus.

11—12. *R. obscuripes:* obscure ænescens, fronte concolore; epistomate albido; antennis nigris; thorace opaco, nigro-bilineato; halteribus pallidis; alis subfuscanis, nervis 3 et 4 longitudinalibus versus apicem parum

convergentibus; pedibus nigris, anteriorum geniculis tibiisque fusco-testaceis. ♀. (Long. circiter 1¼ lin.).

An femina maris *Rhaph. nigripedis* Macqv. Buff. I. 441 4? et *Porphyropis nigripedis* Meig. Dipt. 7. 151. 11?

Hab. in Dania, ubi 12 Maji 1844 in unico individuo a D. *Stæger* detectum, et mecum nuper mutuo communicatum.

♀. Frons obscure ænescens, opaca. Antennæ nigræ, apice in specimine viso mutilatæ, quare longitudinem setæ indicare non possum. Epistoma modice latum, sordide albidum. Palpi mediocres, cinereo-micantes. Proboscis atra, modice descendens. Thorax dorso ænescens, opacus, nigro-pilosus, lineis 2 nigris. Pectus schistaceum. Abdomen æneum, nitidum, ano simplici. Alæ subfuscanæ, nervis fuscis, longitudinalibus 3 et 4 subparallelis l. leniter tantum versus apicem convergentibus. Squamæ parvæ et halteres pallida. Pedes nigri, intermediorum geniculis anteriorumque tibiis totis fusco-testaceis. Tibiæ parce nigro-spinulosæ, apice calcaratæ. Tarsi inermes.

Obs. Mas mihi deest pro loco vero in serie specierum determinando.

12. *R. longiseta* 2. p. 471.

In Ostrogothia etiam a Prof. *Wahlberg* inventum. Uterque sexus ad Hafniam mens. Julio et Aug. locis humidis copiose a D. *Stæger* deprehensus. (Mas a D. *Schembri* e Melita missus; femina (hujus certe) in Rugia ad Putbus 31 Maj. 1842 a D. *Dahlbom* rarius observata.)

13. *R. flavipalpe* ♀. 2. p. 472. hodie *Thinophilus flavipalpis* vocatur et post genus *Dolichopum* n:o 60, descriptus exstat. Heic igitur deleatur.

14. *R. discolor* 2. p. 473.

15. *R. maculicorne* ♀. 2. p. 474. generi *Thinophilo* n:o 60—61 melius subjectum heic excluditur.

16. *R. thoracicum* 2. p. 475.

Unicum specimen femineum ex Ostrogothia mihi misit D. *Stenhammar* d. 3 April 1847.

17. *R. hamatum* 2. p. 475—476.

(Varietates a. ♂., c. ♂., et d. ♀. circa Gryphiam ex. gr. ad Eldena, 20—30 Maji 1842 a D. *Dahlbom* frequenter captæ. — Femina variet. d. variat fronte cyanescente et virescente.)

Var. e. (nov. var.) ♂: abdomine immaculato; pedum posticorum femoribus apice late, tibiis ab apice et ultra medium, tarsisque totis, nigris. Ex Hafnia a D. *Stæger* communicatus.

18. *R. punctatum* 2. p. 477.

Etiam in Svecia a D. *Wahlberg* repertum fuerit.

Obs. Descriptioni adde: *Mas:* abdominis maculis dorsalibus trigonis obscuris versus apicem majoribus; tarsis posticis obscuris, horum articulo 1:mo e basi ad medium flavo, basi spinula gemina recta (magnitudinem spinarum in tibiis vix superante), nigra; tibiis posterioribus parce spinulosis; *Femina:* tarsis dilute fuscis præsertim versus apicem.

19. R. *denticulatum* 2. p. 478.

20. *R. aculeatum* 2. p. 479.

21. *R. albifrons* 2. p. 479.

22. *R. pallidum* 2. p. 480.

Obs. A *Dolichopo flavicolli* p. 619. n:o 106, cui magnitudine et colore similis, differt præcipue antennis maris longitudine saltem capitis transversi, vel illo fere nonnihil longioribus, basi flavidis, articulo ultimo majusculo, compresso-conico, fusco l. nigricante, seta apicali longitudine circiter antennæ. Fila analia maris duo brevia, flava. Etiam e Stenkyrka Gottlandiæ marem nuper obtinui.

58. CHRYSOTUS Meig.

Subd. 1. corpore obscure viridi l. prasino-colorato. Parvi. Firmiores, femoribus sæpe viridibus.

1 *magnicornis* Zett. ♂. 2 *viridulus* Fall. (*C. neglectus* Meig.? Wiedem. ♂; *Chr. femoralis* Meig. ♀.) ♂♀. 3 *femoratus* Stæg. ♂♀. 4 *gramineus* Fall. (*Chr. copiosus* Meig. — *Dolich. nigripes* Fabr.) ♂♀. 5 *læsus* Wied. ♂♀. 5—6 *amplicornis* Zett. n. sp. ♀. 6 *tæniomerus* Meig. ♀. 7 *Rhaphioides* Zett. ♀. 8 *obscuripes* Zett. (*Chr. cupreus* Macqv.?) ♀. 9 *pumilus* Meig. ♀. 9—10 *signatus* Stæg. n. sp. ♂.

Subd. 2. corpore læte aureo-viridi. Minutissimi. Molliculi, pedibus citrinis.

10 *molliculus* Fall. (*Chr. lætus* Meig.) ♂♀. 11 *concinnus* Stæg. ♂♀.

1. *C. magnicornis* 2. p. 481.

2. *C. viridulus* 2. p. 482.

3. *C. femoratus* 2. p. 483.

4. *C. gramineus* 2. p. 483.

Qvoque in Lapponia Lulensi obvius; e Christiania Norwegiæ a D. *Moë* missus. (Femina in Pinetis ad Neuenkirchen 3 Sept. 1844, et uterque sexus ad Gryphiam Jul. 1845 a D. *Dahlbom* collectus.)

Obs. Mas: tibiis posticis obscure cyanescentibus.

5. *C. læsus* 2. p. 485.

(♀ quoque e Glogavia a D. *Zeller* missa.)

5—6. *C. amplicornis:* nitidus, dorso thoracis aureo-viridi, abdominis subcærulescente; fronte ænea; antennis magnis palpisque nigris; alis hyalinis, halteribus

flavis; pedibus nigricantibus, femoribus ænescentibus, geniculis concoloribus. ♀. (Long. circiter ¾ lin.)

Hab. in Dania forte rarissime, mihi tantum in unico individuo ut "nova specie" a D. *Stæger* 14 Jun. 1848 mutuo communicatus.

♀ *Chrysot. læso* proxime accedit ejusque magnitudine et summa similitudine; an vere distinctus?? Differre tamen videtur antennis paullulum forte majoribus, ut et pedibus totis obscuris, nec geniculis summis testaceis. A *Chr. obscuripede* n:o 8, cui etiam sat similis est, magnitudine duplo minore, epistomate nonnihil angustiore, palpis nigris, nec cinereis, abdomine cærulescente, nec æneo, alis purius hyalinis, femoribus metallice nitentibus, nec pure nigris, loco natali, etc., facile dignoscitur. Frons ænescens. Antennæ majusculæ, subtransversæ, atræ. Epistoma modice latum, virescenti-cinereum. Palpi exserti, nigri. Proboscis retracta. Thorax supra æneo-viridis, pilosus. Pectus virescenti-schistaceum. Abdomen supra cyaneum, indeterminate versus apicem viride, subtus æneum. Alæ hyalinæ, certo situ irisantes, nervo transverso in medio l. mox ante medium alæ sito. Halteres flavi. Pedes validiusculi. Coxæ omnes nigræ. Femora versus lumen æneonitentia. Tibiæ et tarsi piceo-nigra. Genicula in summa fractura vix puncto testaceo. Tibiæ posticæ extus parce setulosæ.

6. *C. tæniomerus* 2. p. 485.

Etiam in Bahusiæ litore maris ad Marstrand mense Aug. 1842, D. *Wahlberg*.

7. *C. Rhaphioides* 2. p. 486.

8. *C. obscuripes* 2. p. 487.

♀ etiam in Scania ad Sjörup a Studioso *G. Möller* Jul. 1845 semel capta.

9. *C. pumilus* 2. p. 487.

9—10. *C. signatus:* obscure æneus, nitidus, fronte concolore; antennis nigris; alis subhyalinis, vitta costa-

li pone apicem nervi auxiliaris atra; halteribus pedibusque flavis, macula superna ad apicem femorum posticorum, tarsisque omnibus apice, fuscis. ♂. (Long. vix ¾ lin.)

Stæg. in litt.

Hab. in Dania; a D. *Stæger* in unico exemplo communicatus.

♂. Species vere distincta et per signaturam costalem alarum, similem fere ac in *Ortale vibrante*, ab omnibus hujus generis facillime dignota. — Minutus, angustus, magnitudine *C. molliculi* n:o 10. Æneus, nitidulus. Pectus schistaceum. Antennæ parvæ, nigræ, seta elongata. Epistoma angustum, cinerascens. Os non descendens, nigrum. Abdomen cylindricum. Anus rotundatus, organis copulationis non exsertis. Alæ cinereo-hyalinæ. Ad apicem nervi auxiliaris incipit lineola subcuneiformis, distincta, atra, quæ sensim attenuata costam sequitur, et cujus apex opponitur nervo transverso ordinario. Nervi: longitudinales 3 et 4 paralleli, hic in apice alæ excurrens, transversus ordinarius perpendicularis, rectus, in medio alæ situs. Halteres pallidi. Pedes cum coxis toti pallide flavi, subnudi et inermes. Femora postica ad apicem superne dilute fusca. Tarsi quoque omnes subinfuscati, metatarsis pallidis. Femora intermedia subtus ad basin parce pilosula. Tibiæ posteriores sat distincte setulosæ.

10. *C. molliculus* 2. p. 488.

11. *C. concinnus* 2. p. 488.

In Svecia etiam a D. *Wahlberg* deprehensus.

---

59. DIAPHORUS Meig.

1 *oculatus* Fall. (*Diaph. flavo-cinctus* Meig. ♂.) ♂♀. 2 *obscurellus* Zett. ♂.

1. *D. oculatus* 2. p. 491.

(♂♀ ad Rixdorff prope Berolinum 14 Jul. 1842 a D. *Dahlbom* capti.)

2. *D. obscurellus* 2. p. 492.

---

60. DOLICHOPUS Latr.

Tribus Prima. Epistoma subparallelum. Os subretractum. Antennarum articulus ultimus acutus. *Dolichopus* Stannii.

Sectio 1. Virescentes aut ænescentes, raro nigricantes.

A. Metatarsus posticus utriusque sexus spinosus. Masculorum anus lamellatus sive squamiferus.

†. *Marium squamæ caudales albæ, vel sordide albæ.*

*) Alarum nervus 4:tus longitudinalis obtuse geniculatus seu leviter tantum flexus.

Manipul. 1. Antennæ totæ nigræ.

Subdiv. 1. Pedes flavi.

a. tarsis in utroque sexu simplicibus.

1 *Mannerheimi* Zett. ♂♀. 2 *ungulatus* Fabr. (non *Musca ungulata* Linn.) ♂♀. 3 *latipennis* Fall. ♂♀. 4 *nubilus* Meig. ♂♀. 5 *notabilis* Zett. (*D. notatus* Stæg.) ♂♀. 6 *festinans* Zett. ♂♀. 7 *Stægeri* Zett. (*D. cinctus* Stæg.) ♂♀. 8 *fuscimanus* Zett. ♂. 9 *fraterculus* Zett. ♂♀.

b. tarsis anticis in masculis apice patellatis.

10 *brevipennis* Meig. ♂♀. 11 *migrans* Zett. ♂♀.

Subdiv. 2. Pedes 1. toti 1. maxima ex parte nigri.

a. *tarsis masculorum aut anticis aut intermediis patellatis; aut posticis pennatis.*

12 *melanopus* Meig. ♂♀. 13 *nigripes* Fall. ♂♀. 14 *planitarsis* Fall. ♂♀. 15 *remipes* Wahlb. ♂♀.

b. *tarsis in utroque sexu simplicibus.*

16 *Punctum* Meig. ♂. 17 *maculipennis* Zett. (*D. atratus* Zett. Ins. Lapp., non Meig.) ♂♀. 18 *Stenhammari* Zett. ♂♀. 19 *picipes* Meig. (*D. plebejus* Zett. Ins. Lapp.) ♂♀. 20 *tibialis* Zett. (*D. lepidus* Stæg. ♂.) ♂♀. 21 *geniculatus* Stann. (*D. tibialis* Zett. Ins. Lapp. ex parte) ♂♀. 21—22 *tibiellus* Zett. ♂♀. 22 *brachycerus* Zett ♀. 23 *dissimilipes* Zett. ♂. 24 *lepidus* Zett. (an ♀ *D. remipedis?*) ♀.*)

Manipul. 2. Antennæ ex parte flavæ.

Pugillus 1. antennarum articulo 1:mo nigro subtus flavo. (C:fr. nota p. 529. et Pugillus 2. p. 541).

a.) *Antennæ saltem in ♂ capite transverso duplo longiores, articulo ultimo in utroque sexu longe acuminato, tenuiter pubescente.*

25 *longicornis* Stann. (*D. acuticornis* Fall. ex parte) ♂♀. 26 *acuticornis* Wied. (*D. ruralis* Meig.) ♂♀.

b.) *Antennæ in utroque sexu, aut capite transverso paullo tantum longiores, aut illo fere breviores, aut ejus longitudine, articulo ultimo semper brevissime acuto, subobtuso, nudo.*

---

*) *D. grönlandicus* Zett. vix Faunæ Scandinaviæ civis.

α. Tarsi antici in ♂ elongati, tenues, apice patellati.

27 *claviger* Stann. ♂♀. 28 *discifer* Stann. (*D. patellatus* Meig. non Fall. — *D. confusus* Zett. Ins. Lapp.) ♂♀. 29 *confusus* Zett. (*D. patellatus* Stann., non Fall.) ♂♀.

β. Tarsi antici in utroque sexu simplices. Femora posteriora antice ad apicem spinula solitaria nigra.

30 *puncticornis* Zett. ♂. ♀? 31 *intermedius* Stæg. ♂♀. 32 *lineatocornis* Zett. ♂. 33 *pictus* Stæg. ♂♀. 34 *trochanteratus* Zett. (*D. vitripennis* Stæg.) ♂♀.

Pugillus 2. antennarum articulo 1:mo vel toto, vel ex maxima parte flavo. Femora posteriora antice ad apicem spinula solitaria nigra (in *D. populari* n:o 37 spinulis tribus.) Conferantur præterea notæ p. 529 et 541.

α. α.) Tarsi intermedii in ♂ non exacte simplices, sed l. ciliati, l. pennati, l. varie dilatati, l. in *D. urbano* n:o 39 tantum elongati.

35 *pennitarsis* Fall. (*Musca plumipes* Scop. — *Dol. simplex* Meig. ♀.) ♂♀. 36 *pennatus* Meig. (*D. popularis* Fall. var. æ. ♂♀. — *D. signatus* Meig. ♂.) ♂♀. 37 *popularis* Wied. ♂♀. 38 *Wahlbergi* Zett. ♂. 39 *urbanus* Meig. ♂♀.

β. β.) Tarsi omnes in utroque sexu simplices. Palpi rufi. Squamæ sub alis halteresque pallida, illæ nigro-ciliatæ. Spinula apicalis nigra in femoribus posterioribus solitaria. ♂: femoribus posticis in speciebus 40, 41, 42 subtus ciliatis, in 43, 44 nudis.

40 *cilifemoratus* Macqv. (*D. nitidus* Stann., non Fall.) ♂♀. 41 *Macqvarti* Stæg. (*D. cilifemoratus* var. b. Macqv.)

♂♀. 42 *Arbustorum* Stann. ♂. 43 *simplex* Meig ♂♀. 43—44 *agilis* Meig.? Stann. ♂♀. 44 *parvicaudatus* Zett. ♂. 45 *inconspicuus* Zett. ♀. 46 *parvulus* Zett. ♀. 47 *exiguus* Zett. ♀.

**) Alarum nervus 4:tus longitudinalis angulo recto flexus. (*D. confusus* et *cilifemoratus*, nervo 4:to subrectangulatim fracto, sub n:ris 29 et 40 inveniendi).

Stirps 1:ma: tarsis anticis in ♂ articulis ultimis plumatis.

48 *plumitarsis* Fall. ♂♀.

Stirps 2:da: tarsis in utroque sexu simplicibus. Squamæ sub alis et halteres pallida, illæ nigro-ciliatæ (in ♂ D. *Stannii* n:o 51 pallide ciliatæ). Femora posteriora ad apicem spinula solitaria nigra. Palpi rufi.

49 *nitidus* Fall. typicus (*D. ornatus* Meig. etc.) ♂♀. 50 *griseipennis* Stann. (*D. nitidus* Stæg.) ♂♀. 51 *Stannii* Zett. (*D. fraternus* Stæg.) ♂♀.

††. *Marium squamæ caudales nigræ.*

52 *campestris* Meig. ♂♀. 53 *fulgidus* Fall. typicus ♂♀. 54 *ochripes* Zett. ♂. 54—55 *apicalis* Stæg. n. sp. ♂.

B. Metatarsus posticus, exceptis calcaribus apicalibus, in utroque sexu subinermis (in *D. tarsato* n:o 96 spinula gemina intus in medio armatus). Tarsi omnes simplices (in *D. nigriplanti* n:o 58, *crinipede* 70, et *patellato* 72, articulo ultimo subdilatato). Femora posteriora antice ante apicem spinula solitaria. Squamulæ sub alis et halteres pallida, illæ nigro-ciliatæ.

Stirps 1:ma. Mares ano longe inflexo, squamis (lamellis) aut nigris, aut pallidis appendiculato.

Phal. 1. Masculorum squamæ anales nigræ. Cauda (vagina Stann.) nigra.

α. Tarsi postici articulis basalibus 1 et 2 in utroque sexu subæque longis.

a.) Seta antennarum pubescens.

55 *nobilitatus* Linn. (*D. plumicornis* Meig.? ♀) ♂♀.

b.) Seta antennarum nuda. Majores l. medii.

56 *Sahlbergi* Zett. ♂♀. 57 *nigrilamellatus* Meig. ♂♀. 58 *nigriplantis* Stann. ♂♀. 59 *nigripennis* Fall. ♂♀. 60 *germanus* Wied. ♂♀.

β. Tarsi postici articulo 1:mo sequente breviore. Minores l. parvi.

61 *ærosus* Fall. certe. ♂♀. 62 *Dahlbomi* Zett. ♂♀. 63 *assimilis* Stæg. (*D. ærosus* Zett. Ins. Lapp. ex parte) ♂♀. 64 *obscuripennis* Zett. (*D. brevicornis* Stæg. Dolichopod. ♂., non Zett. — *D. fumipennis* Stæg. olim, non Stann.) ♂♀. 65 *chrysozygus* Wied. ♂♀. 66 *cypreus* Fall. certe, ♂♀. 67 *angustifrons* Stæg. ♂♀. 68 *metallicus* Stann. ♂♀.

Phal. 2. Masculorum squamæ anales pallidæ. Femora subtus nuda, posteriora in utroque sexu ad apicem spinula unica. Squamæ sub alis et halteres pallida, illæ nigro-ciliatæ (in *D. patellato* n:o 72 pallide pilosæ.)

α. Cauda (vagina anali) tota nigra. Tarsi simplices (in D. c r i n i p e d e n:o 70 *articulo ultimo patelliformi.)*

69 *chalybeus* Wied. ♂♀. 70 *crinipes* Stæg. (*Sybistroma*

crinipes Stæg. Dolichop. — *Dolich. pectinifer* Zell. ♂♀. 70—71 *crinicauda* Zett. n. sp. ♂. 71 *celer* Meig ♂♀. 71—72 *minimus* Zett. (*Sybistroma minima* Stæg. i litt.) n. sp. ♂♀.

β. Cauda (vagina) maris saltem ex parte pallida appendicibus 6. Antennarum seta in utroque sexu biarticulata, truncata. Sybistroma Auctor recentiorum. — (Dolich. crinipes sub n:o 7(quærendus).

72 *patellatus* Fall. typicus *) (*Sybistroma discipes* Stæg — *Sybistr. patellipes* Meig.? Zeller Isis ♂) ♂♀. 73 *obscurellus* Fall. verus (*Medeter. appendiculatus* Macqv ♂. — *Sybistroma* eadem Stæg. Dolichop. exclus. syn. Fall. *Dol. ventralis*) ♂♀. 74 *ventralis* Fall. typicus. ♀ 75 *gratiosus* Meig.? (*D. obscurellus* Zett. Ins. Lapp. non Fall. et Meig.) ♀.

Stirps II:da. Mares ano bifilato; cauda scilicet breviter inflexa, filis 2 brevibus appendiculata. Affines *Rhaphio*, sed antennarum seta dorsalis aut subdorsalis, nec exacte apicalis.

Phal. 1: Masculorum abdomen sæpius albo-sericeo-micans et maculatim flavo-diaphanum. Feminarum antennæ breves et os subdescendens. Oculi in utroque sexu maximi, purpureo-rufi. Seta mox ante apicem antennæ inserta, microscopice puberula. Pedes simplices. Volatu celerrimo aufugiunt, ad idem punctum, a quo exierunt, plerumque statim revertentes. Squamæ sub alis sæpe nigræ. Majores aut medii. *Porphyrops* Meig. Macqv. *Argyra* Macqv.

---

*) *Dolich. patellatus* Meig. ad nostrum *D. discifer.* n:o 28, et *D. patellatus* Stann. ad *D. confusum* n:o 29 pertinere videntur.

76 *diaphanus* Fabr. (*Dol. pellucens* Fall. ♂♀. — *Porphyrops versicolor* Meig. ♀) ♂♀. 77 *leucocephalus* Meig. (*Phorphyrops diaphanus* Meig.) ♂♀. 77—78 *confinis* Stæg. in litt. n. sp. ♂♀. 78 *argentatus* Macqv. (*Porph. argyrius* Meig. ♂.) ♂♀. 79 *argentinus* Meig. (*Dol. diaphanus* Fall.) ♂♀. 80 *argentellus* Zett. ♂. 81 *magnicornis* Zett. ♂♀. 82 *elongatus* Zett. ♂♀. 83 *vestitus* Wied. ♂♀. 84 *auricollis* Meig. (*D. pellucens* v. *β.* Fall. ♂) ♂♀.*)

Phal. 2. Corpus in utroque sexu obscurum, abdomine oblongo, subdepresso, immaculato. Antennæ breviusculæ, articulo ultimo angusto, seta capillari, distincte dorsali. Alarum nervus 4:tus longitudinalis rectus, fere pone apicem alæ in margine excurrens et a 3:tio sat longe paralleliter distans; transversus ordinarius paullo pone medium, sed tamen longe ante marginem interiorem alæ situs, qua nota ab *Hydrophoro* distingvuntur species *Dolichopi*. *Mares:* ano breviter inflexo, filis brevissimis, ut et tibiis intermediis varie curvatis dignoscuntur a *feminis:* ano pedibusque simplicibus instructis. *Hospitium* ad aqvas; tardiores; minores. *Medeteri* species Meig.

85 *scambus* Fall. (*Medeter. prodromus* Meig. ♀) ♂♀. 86 *curvipes* Fall. ♂♀. 86—87 *punctipennis* Bohem. n. sp. ♀. 87 *femoralis* Zett. ♂♀. 87—88 *paradoxus* Bohem. ♂♀. 87—88 *armatus* Stæg. n. sp. ♂♀. 87—88 *Atomus* Zett. n. sp. ♀.

Phal. 3. Corpus subovatum, abdomine haud depresso (in ♂ angusto, subcylindrico). Antennæ breves, ar-

*) *D. abdominalis*, *suturalis*, *aulicus* etc. thorace virescente l. grisescente, abdomine pallescente, in *Sectione II:da* sub n:ris 98, 99, 102 etc. inveniendi.

ticulo ultimo ovato, in quibusdam elongato, seta semper dorsali. Nervi 3 et 4 longitudinales plerumque non exacte paralleli; horum scilicet 4:tus lenissime flexus, in alæ apice (sed non exactissime in summo) excurrens. Nervus transversus ordinarius brevis paullo ante medium alæ ductus. Squamæ sub alis minutæ. Halteres flavi. Pedes flavi, femoribus posticis apice sæpe fuscis. Vertex, et thorax dorso, distincte pilosi. *Mares:* ano breviter inflexo, filis brevissimis; pedibus simplicibus (in *D. spinigerello* n:o 90 tibiis posticis subclavatis). Parvi aut minuti. *Porphyropis* et *Medeteri* species Meig.

88 *pulicarius* Fall. (*Porphyr. annulipes* Meig. ♂♀. — *Chrysotus cinerellus* Zett. Ins. Lapp. ♀.) ♂♀. 89 *brevicornis* Stæg. (*D. pulicarius* var. Fall.) ♂♀. 90 *spinigerellus* Zett. ♂♀. 91 *articulatellus* Zett. ♀. 92 *pilosellus* Zett. ♂. 93 *Pumilio* Zett. ♂♀. 94 *picticornis* Zett. ♂♀. 95 *bifasciellus* Zett. ♂.

Phal. 4. Corpus obscurum, abdomine subcylindrico: Antennæ elongatæ (♂), aut breves (♀), seta subapicali. Nervi 3 et 4 longitudinales subparalleli. Masculorum tarsi intermedii apice dilatati. Forte proprii generis, inter *Dolichopum* et *Rhaphium* medii.

96 *tarsatus* Fall. (*Porphyrops palmipes* Meig. ♂.) ♂♀.

Sectio II. Pallescentes, scilicet aut corpore toto, aut saltem abdomine maxima ex parte pallidis *). Corpus subcylindricum, angustum, gracile, molle. Hospitium in foliis fruticum, raro ad aqvas. Motu agiles, inquieti. Volatus celer. Oculi in vivis virides.

---

*) *D. ventralis* Fall. ænescens ventre tantum pallido, in *Sect* 1 sub n:o 74 quærendus.

Pedes simplices (in ♂ *D. 4-fasciati* n:o 101, tarsi antici versus apicem pennati.)

a.) *Cauda maris magna, incrassata, deflexa. Porphyropis species Meig.*

97 *pallidus* Fall. ♂♀. 98 *abdominalis* Fall. ♂♀. 99 *suturalis* Fall. ♂♀. 100 *Erichsoni* Zett. (*D. 4-fasciatus* Fall. ex parte) ♂♀. 101 *4-fasciatus* Meig. ♂♀.

b.) *ano maris breviter bifilato. Pedes simplices. Porphyropis, Argyræ et Medeteri species Meig. et Macqv.*

102 *aulicus* Meig. ♂♀. 103 *tenellus* Fall. (non idem Wiedem.) ♂♀. 104 *bicolorellus* Stæg. ♂♀. 105 *flavellus* Zett. (*D. tenellus* Wied.) ♂♀. 106 *flavicollis* Meig. ♂♀.

Tribus Secunda. Epistoma inæque latum seu versus partem inferam sensim latius. Antennæ apice obtusæ, seta biarticulata. Os subdescendens. Alarum nervus 4:tus longitudinalis flexus paullo ante apicem alæ excurrens. Mas: metatarso antico elongato, reliqvis articulis tarsorum anticorum brevibus; cauda magna, inflexa, apice lamellifera. — Ammobates Stann.

Obs. Species hujus Tribus valde affines sunt speciebus 72—75 seu *Sybistromæ* Auctor.

107 *plumipes* Fall. ♂♀. 108 *notatus* Stann. ♂♀. 109 *insignis* Stann. ♂.

1. *D. Mannerheimi* 2. p. 500.

Etiam in Lapponia Lulensi ad Qvickjock uterque sexus frequenter observatus.

2. *D. ungulatus* 2. p. 500. — Fall. Dolichop. 9. 2. ♂♀. Occurrit etiam in Dania frequens.

Obs. 1. Diagnosi adde: femoribus posterioribus ad apicem 3—5 setulosis.

Obs. 2. (Mares plures magnitudine et colore variantes in Rugia ad Puthus 31 Maji 1842 collegit D. *Dahlbom.*)

3. *D. latipennis* 2. p. 503.

In litore maris ad Jonsberg Ostrogothiæ, D. *Stenhammar.*

(Specimina utriusque sexus circa Gryphiam ad Rosenthal etc. Maji—Jul. etiam deprehendit D. *Dahlbom.)*

4. *D. nubilus* 2. p. 505.

♀ in Dyrhaven prope Hafniam Jul. 1844 a D. *Dahlbom* quoque lecta.

Obs. Mas rarissime variat femorum posticorum macula fusca vix ulla.

5. *D. notabilis* 2. p. 506. — *D. notatus* Stæg. Dolichopod. 19. 9. ♂♀.

Fem.: "epistomate latiore, flavescenti-griseo; antennis longitudine capitis; alis absque stigmate," *Stæger* l. c.

In Svecia etiam a Prof. *Wahlberg* repertus fuerit.

6. D. *festinans* 2. p. 507.

♂♀ quoque in Lapponia Lulensi ad Qvickjock freq.

7. *D. Stægeri* 2. p. 508.

D. cinctus Stæg. Dolichop. 24. 14. ♂♀.

In Dania ad Leersjön, non rarus, *Stæger.* (Ad Jungfern-Heide et pagum Moabite prope Berolinum 12 Jul. —6 Aug. 1842 in utroque sexu a D. *Dahlbom* inventus.)

8. *D. fuscimanus* 2. p. 510.

Obs. Femora posteriora ad apicem setula unica.

9. *D. fraterculus* 2. p. 510.

Mas: l. c. descriptus, etiam in Lapponia Lulensi rarius visus.

Fem. (hactenus ignota): similis mari, sed differt: antennis nonnihil brevioribus epistomate paullo latiore, cano, alis minus pure hyalinis, ad nervos lenissime fuscanis, trochanteribus obscuris, nec testaceis, femoribus intermediis flavis, vitta superna et linea inferna nigris, femoribus posticis fere totis nigricantibus, abdomine toto æneo, nitido, postice vix cupreo; sine dubio hujus. In Lapponia Lulensi ad Qvickjock Jul. 1843 a D. *Andersson* capta mihique in unico exemplo communicata.

Obs. Femora posteriora in utroque sexu ad apicem unisetosa.

10. *D. brevipennis* 2. p. 511.

In diagnosi addentur: femoribus posterioribus in utroque sexu ad apicem unispinulosis.

E Christiania Norwegiæ exempla ex utroque sexu a D. *Moë* missa. (Mas ad Zirkow Rugiæ 6 Jun. et in hortis Gryphicis Jul.—Sept. in multis speciminibus a D. *Dahlbom* captus.)

11. *D. migrans* 2. p. 512.

(Uterque sexus ad Moabite et Jungfern-Heide prope Berolinum a D. *Dahlbom* Jul. 1842 lectus.)

Obs Femora posteriora ad apicem seta solitaria.

12. *D. melanopus* 2. p. 514. — Stæg. Dolichop. 29. 20. ♂♀.

Mas: loco citato a me descriptus;

Fem.: "antennarum articulo ultimo brevi-triangulari, acuto; tarsis omnibus simplicibus; alis fuscioribus, absque stigmate," Stæg. l. c,

In Hafniæ Dyrhaven in palude mense Aug. etiam inventus, *Stæger.*

Obs. In diagnosi exstat: antennis longitudine thoracis, lege: antennis longitudine capitis.

13. *D. nigripes* 2. p. 515.

In Svecia quoque a D. *Wahlberg* captus. (Uterque sexus ad Stetinum Germaniæ 8 Jun. 1842 a D. *Dahlbom* repertus. Mas: pedibus omnibus et totis nigris, exceptis tantum anteriorum geniculis summis et articulatione inter tibiam et tarsum ferruginantibus, e Glogavia a D. *Zeller* missus.)

14. *D. planitarsis* 2. p. 516.

(♀ ad Neuenkirchen 20 Maji 1842 passim obvia, *Dahlbom.*)

15. *D. remipes* 2. p. 518.

Obs. D. lepidus n:o 24 hujus femina putatur.

16. *D. Punctum* 2. p. 519.

In Svecia hunc etiam Prof. *Wahlberg* deprehendit.

17. *D. maculipennis* 2. p. 520.

Etiam in Lapponia Lulensi ad Qvickjock et Jockmock lectus.

Obs. D. atratus Meig. genuinus mas a D. *Zeller* e Reinerzi 1842, et a D. *Leon Dufour* e Gallia 1844, missus, a nostro *D. maculipenni* diversa omnino est species, Faunæ Scandinaviæ peregrina.

18. *D. Stenhammari* 2. p. 521.

Uterque sexus in Lapponia Lulensi ad Qvickjock et Jockmock 1843 etiam deprehensus, *Andersson.*

Obs. Femina similis *D. Sahlbergi* n:o 56, sed magnitudine paullo majore, ore subexserto, metatarso postice spinuloso etc., statim dignoscitur.

19. *D. picipes* 2. p. 523.

20. *D. tibialis* 2. p. 524.

In Dania raro occurrit, et tantum ad Leersjön ad finem Maji ♂ semel inventus, *Stæger.*

21. *D. geniculatus* 2. p. 525.

21—22. *D. tibiellus* Zett. p. 526.

♂ in Ostrogothia cum ♀ captus certe a *D. geniculato* diversus, et propria species, teste D. *Stenhammar.*

22. *D. brachycerus* 2. p. 526.

23. *D. dissimilipes* 2. p. 527.

24. *D. lepidus* 2. p. 527.

Obs. 1. Hic tantum est ♀ *D. remipedis* n:o 15, observante *Wahlberg.*

Obs. 2. *D. grönlandicus* Zett. Dipt. Scand. p. 528, seu *D. tibialis* var. b. Ins. Lapp. *D. grönlandicus* Stæg. in Kröjers Tidsskrift 1. 4. p. 358, vix nisi in Grönlandia occurrit.

25. *D. longicornis* 2. p. 529.

Var. a. in Scania etiam ad villam Elmhult. (Circa Gryphiam ex gr. ad Levenhagen et aliis locis ♂♀ Jul. 1845 frequentes observati, *Dahlbom.)*

Obs. Alæ in femina fuscanæ.

26. *D. acuticornis* 2. p. 531.

Var. b. ♂♀. (etiam ad Moabite et Rixdorff-prope Berolinum 12 Jul.—6 Aug. 1842 non parce, D. *Dahlbom.)*

27. *D. claviger* 2. p. 532.

In Svecia quoque a D. *Wahlberg* inventus. (♂ ad Zirkow in Rugia 6 Jun. 1842, *Dahlbom.*)

28. *D. discifer* 2. p. 533.

In Daniæ plantis aquaticis jam versus finem mensis Maji a D. *Stæger* captus; ♂ in Lapponia Lulensi ad Qvickjock, D. *Andersson.*

Var. b. (nov.) tarsis omnibus et totis nigris, metatarso intermediorum tantum flavido; coxis anticis basi cinerascentibus; in Lapponia Lulensi, D. *Andersson.*

29. *D. confusus* 2. p. 535.

Etiam ex Hafnia Daniæ 1843 ♂ a D. *Stæger* missus.

Obs. D. confusus Zett. Ins. Lapp. 709. 7. non huc, sed ad *D. disciferum* n:o 28 pertinet.

30. *D. puncticornis* 2. p. 536.

Femina ad Lomma Scaniæ Aug. 1843 a D. *Dahlbom* inventa, hujus videtur.

31. *D. intermedius* 2. p. 537. — Stæg. Dolichop. 20. 10. ♂♀.

In Dania ad lacum Leersjön non raro, *Stæger*.

(Uterque sexus ad Elisenheine prope Gryphiam 6 Sept. 1844, *Dahlbom*. E regione Reinerzensi mas a D. *Zeller* communicatus.)

32. *D. lineatocornis* 2. p. 538.

33. *D. pictus* 2. p. 539.

In litore maris ad Jonsberg Ostrogothiæ a D. *Stenhammar* 1843 captus; eodem anno ex utroque sexu e Dania a D. *Stæger* missus.

34. *D. trochanteratus* 2. p. 540. — *D. vitripennis* Stæg. Dolich. 35. 27. ♂♀.

35. *D. pennitarsis* 2. p. 541.

Ad Christianiam Norwegiæ a D. *Moë* in utroque sexu deprehensus. (♂ et ♀ circa Gryphiam ad Eldena, Rosenthal etc., ut et ad Zirkow in Rugia 28 Maji—10 Sept. sat abundanter a D. *Dahlbom* observati).

36. *D. pennatus* 2. p. 543.

In Scania ad Elmhult ut et ad Lund in Salice viminali juxta aquam horti proprii Jul. 1847 non parce. (Ad Putbus in Rugia, Gryphiam, Stetinum et Berolinum in utroque sexu Maj.—Jul. a D. *Dahlbom* copiose collectus).

37. *D. popularis* 2. p. 545.

In Daniæ sylvaticis Jun. et Aug., D. *Stæger*, qui larvam et pupam sub Muscis in truncis Fagi invenit.

38. *D. Wahlbergi* 2. p. 546.

39. *D. urbanus* 2. p. 547.

♂♀ etiam in Lapponia Lulensi ad Qvickjock 1843, D. D. *Boheman* et *Andersson*.

40. *D. cilifemoratus* 2. 548. — *D. cilifemoratus* Stæg. Dolich. 16. 5. ♂. var. forte?

In Danorum Seelandia ad Fjurendal a D. *Jacobsen* etiam inventus.

(*Femina* ut: "*D. chalibeus* Meig. (nimis affinis *nitido*)" e S:t Sever Galliæ 1844 a D. *Leon Dufour* communicata.)

41. *D. Macqvarti* 2. p. 550.

(♂♀ ut: "*D. nitidus* Fall." e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* 1844 missus).

42. *D. Arbustorum* 2. p. 551.

(Marem ut: "*D. nitidum* Fall." e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* obtinui.)

43. *D. simplex* 2. p. 552.

(Var. b. ♂♀ etiam ad Gryphiam Jul. 1845, *Dahlbom.*)

Obs. Ad varietatem b. excluditur synonymon Meigeni *Dolich. agilis* (c:fr Meig. Dipt. Pars 6. p. 365); nam volentibus Dipterologis recentioribus, hic *D. agilis* Meig. (negante ipso *Meigeno*) distinctam constituit speciem, nempe:

43—44. *D. agilis:* æneo-viridis, nitidus, fronte concolore; epistomate albo; antennis longitudine capitis transversi, fulvis, articulo ultimo nigro; pedibus flavis, coxis intermediis basi leniter dilute cinereis, tibiis posticis apice, tarsisqne omnibus et totis, nigris, metatarsis

anterioribus flavis; alis subhyalinis, nervo 4:to longitudinali leniter flexo; stigmate in ♂ atro. ♂♀. (Long 1 ½ lin.)

Mas: antennæ fulvæ, articulo ultimo nigro, basi subtus sæpe puncto rufo; epistoma modice angustum, argenteum; thorax dorso vix cupreo-vittatus; squamæ anales pallidæ, angustissime nigro-marginatæ et nigro-ciliatæ, ciliis apicalibus longis, uncinatis; alarum stigma ad apicem nervi auxiliaris atrum; tibiæ posticæ apice, circiter ad 6:tam partem ($\frac{1}{6}$) totius tibiæ, atræ;

Fem.: antennæ fulvæ, articulo ultimo nigro, basi rufescente; epistoma quam in ♂ fere duplo latius, album; thorax dorso cupreo-vittatus; anus simplex; alarum stigma nullum; tibiæ posticæ summo apice circiter ad 10:mam partem totius tibiæ brunnescentes.

Meig. Dipt. 4. 97. 41? ♂. — Stann. Dolich. Isis 1831.

Hab. in Scandinavia passim: in Dania, ubi a nobiliss. *Stæger* captus et mecum in pluribus exemplis utriusque sexus communicatus; ad Häradshammar Ostrogothiæ, D. *Stenhammar*; mihi vivus non obvius.

♂♀. *D. simplici* certe valde affinis et similis, a quo tamen alarum stigmate in ♂ atro, nec deficiente, et coxis posterioribus in utroque sexu fere totis pallidis (nec fere totis cinereis apice tantum flavis), præcipue dignoscitur. Subtiliores notæ et vix nisi ad exactam comparationem ambarum specierum adhibendæ mihi videntur sequentes, nempe: magnitudo paullulum minor, antennæ nonnihil angustiores, nec non tibiæ posticæ apice paullo latius nigræ (quod tantum in ♂ obtinet). — Palpi parvi, cinerei. Proboscis atra. Pectus cinereum. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis ut in *D. simplici*. Squamæ sub alis et halteres pallida. Pedes pallide flavi, tarsis ut in diagnosi coloratis. Coxæ anticæ præsertim antice albo-micant; intermediæ extus ad basin tantum tenissime cinereo-micantes. Tibiæ omnes nigro-spinosæ.

Obs. Specimina plura mascula ad Gryphiam capta, quæ tibias posticas apice (ad 6:tam partem) nigras, alarum stigma atrum et fere omnia alia ut in *D. agili* habent; sed coxæ posteriores fere totæ cinereæ, apice tantum flavæ, omnino ut in *D. simplici* sunt, unde ad hunc potius, quam ad *D. agilem* referenda. *D. agilis* igitur ambigua species mihi videtur.

44. D. *parvicaudatus* 2. p. 554.

45. D. *inconspicuus* 2. p. 554.

46. D. *parvulus* 2. p. 555.

47. D. *exiguus* 2. p. 556.

48. D. *plumitarsis* 2. p. 556.

49. D. *nitidus* 2. p. 558.

(♂ ad pagum Moabite prope Berolinum 12 Jul.—6 Aug. 1842 a D. *Dahlbom* haud parce visus.)

50. *D. griseipennis* 2. p. 559. — *D. nitidus* Stæg. Dolichop. 15. 4. ♂♀.

In Scania ad Silfåkra 6 Aug. 1846 captus a Prof. *Wahlberg*, qui eundem in Bahusia 1842 etiam invenit.

51. *D. Staunii* 2. p. 560. — *D. fraternus* Stæg. Dolichopod. 14. 2. ♂♀.

(Ad Gryphiam Jul. 1845 uterque sexus Domino *Dahlbom* passim obvius.)

52. *D. campestris* 2. p. 562.

53. *D. fulgidus* 2. p. 563.

Obs. Postquam Cel. *Stæger* per litteras ad id me attentum fecit, quod diagnoses et descriptiones singulæ in Dipteris Scandinaviæ pro singulis speciebus *D. campestri* et *fulgido*, inter se comparatæ, vix tales præbeant notas, ut unam speciem ab altera distingvere possit examinator, exempla in collectione mea præsentia adcuratiori examini subjeci, et, licet specimen Fallenianum typicum masculum *D. fulgidi*, jam vetustum et haud optime conservatum, a ceteris meis individuis, et Scanensibus, et Ostrogothicis et Danicis, quæ omnia ad *D. cam-*

pestrem sine dubio referri debent, *epistomate* paullulum *latiori* et *albo*, nec ulla flavedine l. grisedine tincto, ut et *nervo 4:to longitudinali*, ni valde fallor, paullulum magis *ante apicem alæ excurrente*, differre videatur, tamen *Stægero* consentiens, puto has duas notas (e ratione epistomatis et nervi long. 4:ti desumtas) in specimine antiquo partibus quodammodo corrugatis observatas minus valere. Ambas igitur species ad unam reduco, cui nomen: *D. campestris* retineo.

54. *D. ochripes* 2. p. 564.

54—55. *D. apicalis:* supra obscure æneo-viridis, nitidus, fronte concolore; epistomate ochraceo (♂); antennis capite transverso fere brevioribus, atris; pedibus flavis, coxis posterioribus ultra medium cinereis, tarsorum omnium articulis 4 ultimis nigris; alis fuscanis, puncto apicis albo (♂) *), nervo 4:to longitudinali leniter flexo, mox ante apicem alæ excurrente. ♂. (Long. circiter 1 ¾ lin.)

Stæg. in litt. 17 Jul. 1848.

Hab. in Dania rarissime; ad Sorö d. 4 Aug. 1845 a D. Adjuncto *Jacobsen* detectus mecumque per gratiam D. *Stægeri* ad describendum communicatus.

♂. Similis *D. campestri* et *ochripedi*, sed pedum colore alarumque pictura etc. facile dignotus. A *D. nobilitato*, cujus marem quoad punctum alarum apicalem album primo adspectu simulat, magnitudine duplo minore, epistomate ochraceo, nec albo, alarum fuscedine dilutiori et latius entensa, nervis aliter directis, metatarso postico spinoso, etc., toto coelo diversus. — Frons æneo-viridis, nitida. Antennæ capite paullo breviores, atræ, articulo ultimo ovato, seta elongata, nigra. Epistoma modice angustum, ochraceum. Proboscis nigra. Tho-

*) alæ et epistoma in femina (ignota) sine dubio aliter sunt coloratæ.

rax dorso obscure æneo-viridis, nitidus, vittis lateralibus certo situ cupreo-micantibus. Pectus schistaceum. Abdomen supra æneo-viride, nitidum, incisuris nigris; versus apicem cupreo-maculatum. Cauda inflexa, nigra, squamis rotundatis nigris et nigro-ciliatis. Alæ totæ cinereo-fuscanæ, macula apicali determinata, alba. Stigma nullum. Nervus 4:tus longitudinalis flexus, paullo ante summum apicem alæ excurrens. Squamæ parvæ et halteres flava, illæ nigro-ciliatæ. Pedes rufo-flavi, coxis anticis ima basi, posterioribus fere ad apicem, cinereis. Femora subnuda, posteriora ad apicem spinula solitaria. Tibiæ omnes nigro-spinosæ. Tarsi omnes nudiusculi, nigri, metatarsis lividis, postico nigro-spinoso. Pulvilli minuti.

55. *D. nobilitatus* 2. p. 565.

In Dania in vicinitate aquæ frequens, *Stæger.*

Var. b. thorace cupreo, aut cupreo-lineato, *Stæger.*

56. *D. Sahlbergi* 2. p. 566.

♂ et ♀ etiam in Lapponia Lulensi ad Qvickjock et Randijaur Aug. 1843 haud raro, *Andersson.*

Obs. Femina valde similis est feminæ *D. Stenhammari* n:o 18, sed magnitudine nonnihil minore, proboscide retracta, metatarso postico inermi, etc., mox differt.

57. *D. nigrilamellatus* 2. p. 567.

58. *D. nigriplantis* 2. p. 568.

(♀ quoque ad Putbus Rugiæ 31 Maj. 1842, *Dahlbom.)*

59. *D. nigripennis* 2. p. 569.

In Dania rarius occurrit. (Ad Gryphiam Jul. 1845 ♂ et ♀ vulgares, D. *Dahlbom.)*

60. *D. germanus* 2. p. 570.

In Scania etiam ad villam Elmhult Jul. 1844 ♂♀ freq. (Ad Elisenheyne prope Gryphiam et ad Stetinum Jul.—Sept. in utroque sexu copiose captus a *Dahlbom.)*

Obs. Duo *Dolichopi* specimina feminea ex Hafnia pro comparatione nuper mihi misit Cel. *Stæger*, simul declarans ea esse novas species. Ambo *D. germano* certe valde similia sunt et affinia; sed differre videntur alterum *alis* forte paullo *saturatius fuscanis*, alterum *magnitudine* nonnihil *minore alisque* tantum *fusco-hyalinis*, et utrumque *nervis* 3 *et* 4 *longitudinalibus versus apicem paullulum magis approximatis*. Ex his vero solitariis individuis, quorum mares ignoti, distinctas species fingere non audeo, ea ad ulterius ut varietates *D. germani* considerans, levissimis tantum notis a genuino discrepantes.

61. *D. ærosus* 2. p. 572.

Ad Dyrhaven prope Hafniam Jul. 1844 ex utroque sexu a D. *Dahlbom* frequenter lectus.

62. *D. Dahlbomi* 2. p. 573.

63. *D. assimilis* 2. p. 574. — Stæg. Dolichopod. 41. 36. ♂♀.

In Dania ad Dyrhaven Jul. 1843 D. *Dahlbom* legit.

64. *D. obscuripennis* 2. p. 575. — *D. brevicornis* Stæg. Dolich. 42. 38. certe. ♂.

(Ad Moabite prope Berolinum 12 Jul.—6 Aug. 1842 ♂ a D. *Dahlbom* rarius repertus.)

Obs. 1. Affinis etiam *D. celeri* n:o 71.

Obs. 2. *D. brevicornis* Zett. n:o 89 alia omnino est species.

65. *D. chrysozygus* 2. p. 576.

In vicinitate Hafniæ in Syringa vulgari 10 Jul. 1846 uterque sexus a D. *Stæger* parce inventus; deinde in Fyen Sælandiæ eodem mense anni sequentis per hortos, silvas et prata a Viro Celeberrimo iterum copiose lectus mihique benigne communicatus. (In horto Kreyeano Gryphiæ Aug. 1843 D. *Dahlbom* invenit individuum mascu-

lum antennarum seta tantum brevissime puberula, quod de cetero speciei genuinæ ut ovum ovo simile. An hujus?)

66. *D. cupreus* 2. p. 577.

Etiam in Ölandia, teste *Wahlberg.*

67. *D. angustifrons* 2. p. 578.

In Svecia quoque a D. *Wahlberg* repertus.

68. *D. metallicus* 2. p. 578.

A Prof. *Wahlberg* in Svecia quoque deprehensus fuerit, loco speciali non indicato.

69. *D. chalybeus* 2. p. 580.

In Dania parce, sed in fossis ad Leersjön in Sio latifolio Maji—Sept. sat copiose legitur, affirmante *Stæger.*

70. *D. crinipes* 2. p. 581.

Obs. in fine diagnoseos additur:

mas: epistomate angustato, tarsorum anticorum articulo ultimo subdilatato.

70—71. *D. crinicauda:* æneo-virescens, nitidus, fronte cinerea, opaca; epistomate albescente; antennis capite transverso duplo brevioribus, seta longiuscula, nuda; pedibus pallide flavis, coxis posterioribus cinereis, apice pallidis, tarsis nigris, metatarsis anterioribus flavidis; alis subfuscanis, nervo 4:to longitudinali flexo in apice excurrente ibique cum 3:tio convergente, transverso brevi fere in medio alæ sito; *mas:* epistomate latiusculo, tarsorum anticorum articulo ultimo simplici. ♂. (Long. $1\frac{1}{2}$ lin.)

Hab. in Dania; a D. *Stæger* detectus mecumque in unico exemplo communicatus.

♂. *D. crinipedis* mari affinis et similis, sed epistomate paullo latiore, tarsis anticis simplicibus, nec articulo ultimo subpatelliformi, etc., abunde dignotus. Frons modice lata, albescens. Antennæ cum seta longa ut in *D. crinipede*. Epistoma modice angustum, cinerascens, apice niveo. Os retractum. Thorax viridi-æneus. Pectus schistaceum. Abdomen viridi-æneum. Cauda atra, nitida, basi coarctata. Squamæ anales pallidæ, inferiores breves, apice nigræ, superiores duplo longiores, sublineares, apice longissime fusco-crinitæ. Alæ leniter fuscanæ, nervis longitudinalibus 3 et 4 versus apicem paullo approximatis. Costa basi vix ciliata, stigmate nullo. Halteres pallide flavi. Coxæ anticæ basi antice puncto cinereo, posteriores fere ultra medium cinereæ. Tibiæ omnes extus nigro-spinulosæ. Tarsi atri, anticorum articulo 1:mo flavido. Pedum anticorum tibia femore parum brevior, metatarsus tibia nonnihil brevior, intus nigro-setulosus, setulis versus apicem decrescentibus, articuli 3, 4 et 5 (hic non dilatatus) sensim breviores.

71. *D. celer* 2. p. 582.

Obs. D. obscuripenni n:o 64 accedens et affinis.

71—72. *D. minimus*: obscure viridi-æneus, nitidus, fronte albo-submaculata; epistomate albo; antennis longitudine capitis transversi, atris, seta nuda; pedibus flavis, coxis cinereis, anticis fere totis, posticisque apice, pallidis, tibiis posticis apice tarsisque omnibus nigris, metatarsis anterioribus flavidis; alis subfuscanis, nervis 3 et 4 longitudinalibus versus apicem leniter approximatis, transverso in medio alæ sito. ♂♀. (Long. vix 1 lin.)

Mas: epistomate multo angusto; cauda inflexa nigra nitida, squamis interioribus minutis nigris, exterioribus parvis oblongis flavis, breviter fusco-ciliatis;

Fem.: epistomate modice lato; antennis paullo brevioribus; ano simplici; in copula.

Sybistroma minima Stæg. in litt. 14 Jun. 1848.

Hab. in Dania, D. *Stæger*, qui hujus 4 mares et 1 feminam mihi misit.

♂♀. Parvus, antecedentibus hujus subdivisionis minor. Frons lata, in fundo ænea, sed certo situ albo-micans, puncto ocellorum obscuro. Antennæ in ♂ longitudine capitis, in ♀ nonnihil breviores, articulo ultimo in utroque sexu ovato, apice obtuso; totæ atræ, seta modice longa nuda nigra, biarticulata, articulo 1:mo ultimo breviori. Os retractum. Palpi minuti, nigri. Proboscis in specimine femineo viso exserta, nigra. Pectus schistaceum. Alæ leniter fusco-tinctæ. Nervi 3 et 4 longitudinales versus apicem lenissime approximati, in ♀ fere paralleli; horum 4:tus in ipso apice alæ apud ♀ excurrit, idem vero apud ♂ fere ante apicem seu mox ante summum apicem educitur. Stigma nullum. Squamæ parvæ et halteres flava, Pedes flavi. Coxæ anticæ ima basi cinereæ, posteriores cinereæ apice flavæ. Femora postica ad apicem superne macula parva brunnea; tibiæ posticæ apice circiter ad 3:tiam partem totius tibiæ, tarsique postici toti, nigra. Tarsi anteriores fusci, basi flavidi. Tibiæ posteriores parce nigro-spinulosæ.

72. *D. patellatus* 2. p. 583. — *Sybistroma patellipes* Zell. Isis 1842. p. 833. 1. ♂.

73. *D. obscurellus* 2. p. 584.

74. *D. ventralis* 2. p. 585.

75. *D. gratiosus* 2. p. 586.

76. *D. diaphanus* 2. p. 587.

(Feminæ plures in graminosis ad Eldena prope Gryphiam et ad Stetinum Maj. Jun. 1842 a D. *Dahlbom* lectæ. Specimen femineum femoribus obscuris e Glogavia a D. *Zeller* missum hujus varietas videtur.)

77. *D. leucocephalus* 2. p. 589.

Pro distinctione a *D. confini*, addas in diagnosi:

metatarso postico nigro inermi articulum 2:dum longitudine æqvante.

Obs. Ad varietatem b. deleatur synonymon *Argyra confinis* Stæg., quæ, ut rite admonuit Detector, propriam speciem efficere debet, nempe:

77—78. *D. confinis:* thorace aureo-viridi, leniter albo-micante; capite nigro (♂), aut albo (♀); abdomine pedibusque subdiscoloribus; alis cinereo-hyalinis, nervo 4:to longitudinali liviter flexo, squamis pallidis; metatarso postico flavo spinuloso articulum 2:dum longitudine superante. ♂♀. (Long. fere 2 lin.).

Mas et *femina* ut in *D. leucocephalo* differunt.

Stæg. in litt.

Hab. in Dania, D. *Stæger*, qui unicum marem unicamque feminam benigne transmisit. In Svecia et Norwegia hanc speciem non observavi.

♂♀. *D. leucocephalo* prope accedit ejusque varietati b. sat similis; sed magnitudine paullo minori, antennis in ♂ majoribus, tibiis posticis in utroque sexu crebrius spinulosis, et præcipue metatarso postico flavo (nec nigro) articulo sequente distincte longiori, nec ambobus æque longis, et toto crebre spinuloso (nota priva), vere diversus. Antennæ in mare longitudine capitis, articulo ultimo longiusculo, compresso-conico, in femina capite fere duplo breviores, seta in utroque sexu elongata nigra, basi geniculata. Pectus virescenti-schistaceum. Abdomen in ♂ nigrum, argenteo-indutum, segmento 2:do fascia interrupta perspicua, et 3:tio fascia basali lata obsoleta, flavis; in ♀ viride, basi fascia lata subinterrupta rufo-flava. Pedes in utroque sexu flavi, coxis basi parum cinerascentibus, intermediis, præsertim in ♀, fere ad apicem cinerascentibus. Femora omnia in ♂ pilosula, in ♀ subnuda. Pedes postici: in ♂ femorum tibiarumque apice distincte, metatarsi summo apice, reliquisque articulis totis,

nigro-brunneis; in ♀ femorum, tibiarum metatarsique summo apice dilute brunneo, reliquis articulis nigris. Tibiæ et metatarsi postica fere in utroque sexu, sed magis conspicue in ♂, leniter tantum in ♀, sat crebre hirsuta et spinulosa. Metatarsus posticus articulo sequente non omnino dimidio longior. Reliqua ut in *D. leucocephalo.*

78. *D. argentatus* 2. p. 590.

79. *D. argentinus* 2. p. 591.

80. *D. argentellus* 2. p. 592.

(♂ sub nomine: *Porphyrops argentinus*, e Glogavia a D. *Zeller* communicatus.)

81. *D. magnicornis* 2. p. 593.

Ad Hafniam 1846 a D. *Stæger* etiam inventus, certissime idem.

82. *D. elongatus* 2. p. 594.

83. *D. vestitus* 2. p. 595.

(Ad Rosenthal prope Gryphiam Jun. 1844 ♂ a D. *Dahlbom* haud parce observatus.)

84. *D. auricollis* 2. p. 596.

85. *D. scambus* 2. p. 598.

Etiam in Smolandia, et in Gottlandiæ Fårön, lectus

86. *D. curvipes* 2. p. 599.

In Lapponia Lulensi ♀ freq., *Andersson.* (Circa Gryphiam ex gr. in Pineto ad Neuenkirchen, ut et ad Rosenthal et Eldena Maji.—Jun. 1844 feminæ non parce occurrunt, *Dahlbom.*)

86—87. *D. punctipennis:* thorace supra grisescente, opaco, fronte concolore; abdomine ænescente, nitido; epistomate angusto, albicante; antennis capite brevioribus, nigris; pedibus testaceis, coxis anticis concoloribus, basi, posterioribusque totis, cinereis, femoribus anticis superne leniter cinerascentibus, tarsis omnibus

obscuris; alis cinereo-hyalinis, nervis distinctis, in 4:to longitudinali pone transversum puncto fusco perspicuo. ♀. (Long. $\frac{3}{4}$ lin.)

Bohem. in litt.

Hab. in Lapponia Lulensi, a D. D. *Boheman* et *Wahlberg* lectus mecumque communicatus.

♀. *D. femorali* n:o 85 proxime accedit, sed ab illo fronte grisea, nec cyanea, femoribus anticis superne submaculatis, puncto alarum fusco distinctiori, etc., recedit, et vix ejus femina. Frons grisea, opaca, antice et orbitis oculorum tenuibus albescentibus. Antennæ parvæ, capite fere duplo breviores, nigræ, apice breviter acutæ, seta dorsali elongata, nuda, nigra. Epistoma angustum, canum, apice album, in altero specimine oculis mox sub antennis cohærentibus, an casu? Os parum exsertum. Pectus schistaceum. Abdomen obscure æneum, nitidum, incisuris nigricantibus. Alæ sordide hyalinæ, nervis validiusculis, transverso ordinario subinfuscato, 3 et 4 longitudinalibus parallelis, vix visibiliter versus apicem divergentibus; in horum 4:to pone transversum puncto rotundo, fusco. Halteres flavi. Pedes tenues, rufo-testacei, coxis anticis concoloribus, basi antice cinerascentibus. Coxæ posteriores cum trochanteribus cinerascentes. Femora antica superne plus minus intense et late, interdum leniter tantum cinerascentes. Tarsi omnes obscuri, metatarsis saltem sæpe rufescentibus. Tibiæ posteriores parce spinulosæ. Metatarsus posticus articulo sequente subæque longus.

87. *D. femoralis* 2. p. 600.

87—88. *D. paradoxus:* olivaceus, fronte obscure ænea; epistomate angustissimo, ochraceo; antennis capite brevioribus, nigris; pedibus nigricantibus; alis leviter fuscanis, halteribus fuscis. ♂♀. (Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ lin.)

Mas: pedes intermedii: femoribus simplicibus, nigris, tibiis præsertim in medio valde dilatatis, virescentibus, nitidis, extus pilosis, tarsis nigris, metatarso longiori, subincrassato,

arcuato, apice appendiculato, reliquis articulis brevioribus, simplicibus; anus simplex;

Fem.; pedes omnes simplices, nigri.

Boheman, teste *Wahlberg*. Conspect. Actor. Acad. Holm. 1844. n:o 5. p. 109.

Hab. in Lapponia Lulensi ad templum Qvickjock, ubi inter Juncos minores locis paludosis 6—13 Aug. 1843 inventus, minus frequenter obvius, mihi in pluribus exemplis utriusque sexus a D. D. *Wahlberg* et *Boheman* benevole communicatus.

♂♀. Antennæ breves, articulo ultimo ovato, seta sat longa. Thorax longius pilosus. Pectus schistaceum. Alarum nervi longitudinales 3 et 4 paralleli, horum 4:tus nonnihil pone apicem alæ excurrens et pone transversum puncto fusco notatus. — Per singularem structuram et armaturam pedum intermediorum in ♂, et pedum omnium colorem nigrum in utroque sexu, a conspeciebus hujus et sequentis Phalangis facile dignotus.

Obs. E Glogavia D. *Zeller* mihi misit specimen femineum, huic magnitudine corporis et colore pedum simile, sed epistomate albo, et puncto fusco in nervo 4:to longitudinali nullo, diversum.

87—88. *D. armatus:* subolivaceus, parum nitidus, fronte cyanescente; epistomate angusto, ochraceo (♂), aut fusco, apice albido (♀); antennis longitudine fere capitis, acutis (♂), aut illo paullo brevioribus (♀), nigris; pedibus testaceis, coxis anticis concoloribus, posterioribus cinereis, geniculis omnibus et summis tarsisque totis nigris; femoribus intermediis in ♂ subtus continue pilosulis; alis in utroque sexu subfuscanis, impunctatis. ♂♀. (Long. fere $\frac{3}{4}$ lin.)

Mas: epistomate angustissimo, ochraceo; ore retracto; antennis longitudine fere capitis transversi, articulo ultimo angu-

stato distincte acuto; thorace griseo; abdomine virescente, in exsiccato dorso depressiusculo, ano obtuso; pedum intermediorum femoribus subtus una et continua serie, tibiisque intus, non longe, sed sat crebre setulosis;

Fem.: epistomate angustato, fusco, apice albescente; ore leniter prominente; antennis capite paullo brevioribus, angustatis, apice subacuto; thorace olivaceo-griseo; abdomine virescente, depreso; pedibus intermediis præter spinulas tibiarum ordinarias inermibus.

Stæg. in litt. 1843, et iterum 1848.

Hab. in Dania, ubi ab oculatissimo *Stæger* detectus mihique in 4 masculis totidemque femineis individuis transmissus. (♀ quoque ad Rosenthal prope Gryphiam Jun. 1844 a D. *Dahlbom* inventa.)

♂♀. Similis *D- femorali*, sed armatura pedum intermediorum in ♂, et geniculis summis in utroque sexu nigricantibus præcipue differt. Frons obscure violacea, macula ante antennas fusca. Antennæ atræ, seta distincte dorsali, modice elongata, nuda, nigra. Pectus schistaceum. Alæ subfuscanæ, nervis longitudinalibus 3:tio, et 4:to impunctato, parallelis, vix visibiliter versus apicem divergentibus. Stigma nullum. Halteres flavi. Pedes ferrugineo-flavi, coxis trochanteribusque posterioribus obscuris. Genicula summa obscura. Tarsi nigri. Tibiæ posteriores spinulosæ. Metatarsus posticus articulo seqventi subæqvalis l. forte nonnihil brevior.

87—88. *D. Atomus:* obscure æenescens, subnitidus, fronte cyanescente; epistomate modice angusto, fusco, apice albido (♀); antennis capite nonnihil brevioribus (♀), acutis; pedibus testaceis, coxis anticis concoloribus; posterioribus cinereis, tibiis omnibus nigricantibus, femoribus ad basin superne vitta cinerascente; alis subfuscanis, immaculatis, halteribus fuscis. ♀. (Long. circiter $\frac{1}{3}$ lin.)

Hab. in Svecia media et Lapponia rarius; ex Ostrogothia duo specimina sub indicio: "*Dol. femoralis* Zett." mihi misit D. *Stenhammar*; e Lapponia Lulensi individuum unicum etiam communicavit D. *Andersson.*

♀. A *D. armato*, cui valde similis, differt magnitudine saltem duplo minore, halteribus fuscis et femoribus anticis superne ad basin leniter fusco-maculatis. Frons violacea, nitida. Antennæ capite nonnihil tantum breviores, angustatæ, apice distincte acutæ, seta aperte dorsali, modice longa, nuda, nigra. Epistoma sordide albidum l. griseum, apice albicante. Thorax obscure olivaceus, subnitidus. Pectus schistaceum. Abdomen concolor, dorso (in exsiccato) subdepresso. Alæ ut in *D. armato.* Halterum clava fusca. Pedes ferrugineo-flavi; coxis anticis concoloribus, basi macula fusca, posterioribus totis trochanteribusque obscure cinereis. Femora antica ad basin superne umbra fusca leniter tincta. Genicula omnia et summa nigricantia. Tibiæ certo situ quasi fuscescunt. Tarsi nigricantes, metatarsis interdum basi flavescentibus. Tibiæ posteriores spinulosæ.

Obs. Cel. *Stenhammar* per litteras mihi nuperrime notum fecit, se eximium illum *Mediterum pusillum* Meig. ♂: "olivaceum, pedibus nigris, tarsis anticis apice dilatatis; alis hyalinis; ¾ lin. longum," in Ostrogothia invenisse. Hæc species de cetero mihi ignota, forte huic subdivisioni subjicienda?

88. *D. pulicarius* 2. p. 602.

Obs. diagnosi adde in fine:

nervo 4:to longitudinali impunctato.

Etiam in Bahusia a Prof. *Wahlberg* captus.

89. *D. brevicornis* 2. p. 603.

Obs. ad finem diagnoseos addi debet:

nervo 4:to longitudinali impunctato.

(♂♀ ad Gryphiam Jul. 1845, D. *Dahlbom.*)

90. *D. spinigerellus* 2. p. 604.

Obs. Etiam hujus diagnosi addi debet:

nervo 4:to longitudinali non punctato.

E Dania utrumque sexum sub nomine: "*D. spinigerellus* Zett. seu *Medeter. flavicoxa* Stæg. olim," d. 5 Aug. 1843 a D. *Stæger* obtinui.

Obs. Cel. *Stæger* in litteris (5 Aug. 1843) mihi scripsit: "*Medeterus signatus* n. sp. ♂. Stægeri er overmaade nærbeslægtet med *Dolich. spinigerellus*, men dog forskjellig derpa ved Hannens Bagtibier, der icke ere tycke og haarede paa Spidsen, men derimod har en dobbelt Torn paa Midten af den indvendige Side."

Hæc species (*Medet. signatus*) mihi de cetero ignota.

91. *D. articulatellus* 2. p. 605.

Occurit etiam in litore maris Babusiæ ad Marstrand, teste *Wahlberg*.

Obs. Nervus 4:tus longitudinalis impunctatus. Articulatio tarsorum ægre distingvitur, sed, ni fallor, metatarsus posticus articulo sequente paullo brevior. A *D. armato* n:o 87—88, cui accedit, mihi diversus videtur.

92. *D. pilosellus* 2. p. 606.

93. *D. Pumilio* 2. p. 606.

94. *D. picticornis* 2. p. 607.

95. *D. bifasciellus* 2. p. 608.

96. *D. tarsatus* 2. p. 608.

Obs. Ut synonyma hujus speciei sine dubio etiam allegentur:

Porphyrops palmipes Meig. Dipt. 4. 55. 22. ♂. (licet Auctor frontem "viridi-æneam," nec cyaneam ut in nostra, describat), et Macqv. Buff. 1. 443. 8. ♂.

In Lapponia Lulensi quoque repertus.

97. *D. pallidus* 2. p. 611.

98. *D. abdominalis* 2. p. 612.

99. *D. suturalis* 2. p. 613.

Etiam in Smolandia ad Skärsjö captus.

Obs. Nervi 3 et 4 longitudinales subparalleli l. versus apicem tantum lenissime approximati. Femina ano exserto, vaginato.

100. *D. Erichsoni* 2. p. 613.

Obs. Recte admonente Cel. *Stæger* pleraque individua feminæ sub hac specie a me l. c. descriptæ, non ad hanc, sed ad seqventem seu *D. 4-fasciatum* pertinent. Pleraque igitur habitationis loca heic allata pro *D. Erichsoni* excludi debent atque ad *D. 4-fasciatum* transferenda. Nam speciminibus in museo meo præsentibus revisis et comparatis, invenio inter ibi asservata tantum unicum marem unicamque feminam genuini *Erichsoni*, in umbrosis ad Esperöd in paroecia Mellby Scaniæ capta, quæ ita describam:

D. Erichsoni. ♂. Frons albicans. Antennæ parvæ, flavæ. Oculi magni, (in mortuo ferruginei), infra antennas contigui. Os retractum, flavum. Thorax pure rufo-flavus, immaculatus, tantum postice ante scutellum lineola dilute brunnea; dorso nigro-setosus, pectore albo-micante; puncto sub alis nigro. Scutellum pallidum. Metathorax flavus, lineola longitudinali dilute brunnea. Abdominis segmenta margini basali, 1:mum et 5:tum obsolete et anguste, 2:dum, 3:tium et 4:tum perspicue et saturatius brunnea, unde exstant 5 fasciæ brunneæ, harum 1:ma et 5:ta parum conspiciendæ, tres mediæ distinctiores. Cauda nigra, nitida. Alæ flavido-hyalinæ, nervis pallidis, longitudinalibus 3:tio, et 4:to leniter flexo, nonnihil magis præsertim versus apicem approximatis, quam in *D. 4-fasciato.* Nervus transversus ordinarius in medio alæ situs, lenissime curvatus, nec exacte rectus. Halteres flavi. Pedes pallidissime flavi, immaculati, simplices, coxis præcipue anticis elongatis. Tarsi antici breves, horum articulo 1:mo reliquis simul sumtis et ætque longis fere dimidio longiori. Tibiæ posticæ elongatæ, spinulosæ.

♀. Mari similis, sed differt epistomate latiori, albo, ore sub-

exserto, flavo, abdominis fasciis 4 in segmentis 2, 3, 4 et 5 nigris perspicuis, et ano (nigro) simplici. — Caveas ne hanc cum femina *D. 4-fasciati* confundas; ad *D. Erichsoni* thoracem pallidum, immaculatum, metathoracem flavum, nec cinereum, fascias abdominis obscuras integras, nec subinterruptas, directionem nervorum in alis, etc., probe attendas.

Obs. Argyra inæqvalipes a D. *Stæger* in manuscr. olim vocatus fuit.

101. *D. 4-fasciatus* 2. p. 614.

Obs. Mas tantum huc vere pertinet. Femina sub *D. Erichsoni* descripta ad *D. fasciatum* referenda. Synonymia igitur et locus natalis hoc modo exponuntur:

Fabr. Antl. 269. 16. ♀. Fall. Dolichop. 22. 33. ♂♀. Zett. Dipt. Scand. 2. 614. 101. ♂. (exclusis feminis plerisque). — *Musca* eadem Gmel. Linn. Syst. Nat. 5. p. 2852. 228. ♀. *Porphyrops* idem Meig. Dipt. 4. 48. 7. ♂♀.

Hab. in foliis fruticum, truncis arborum, graminosis etc., libenter locis humidiusculis, per Scandinaviam meridionalem et mediam, a medio Junii ad medium Aug., passim, in copula tamen hactenus non observatus, quantum noverim; occurrit nempe in Scania ad Lund, Abusa, Silfåkra, Rödstånga, Lindholmen, Tranås, Esperöd, etc. sat frequens; in Smolandia ad Skärsjö; in Ostrogothia: ad Gusum, D. *Wahlberg*, ad prædium Gottenvik in paroecia Jonsberg, copiose, Doct. *Stenhammar;* in Gottlandiæ insula Furillen et ad Nähr, ipse; in Daniæ sylvis ubique frequens, D. *Stæger*. (Ad Hamburgum et Trawemünde a D. *Dahlbom* captus).

Descriptio maris in Dipt. Scand. p. 615 exposita heic allegatur. Adde præterea:

♂. Opacus. Frons alba. Antennæ breves, flavæ, seta capillari, fusca. Epistoma angustissimum, niveum. Os subretractum,

palpis flavis. Thorax cinereus, lineolis 2, tenuibus, abbreviatis, obscuris. Pectus canum, puncto sub alis nigro. Scutellum flavum, basi obscurum. Metathorax cinereus. Abdomen rufo-flavum, fasciis 3 latiusculis nigris. Cauda atra, nitida. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis subfuscis, longitudinalibus 3 et 4 versus apicem paullo approximatis. Halteres flavi. Pedes pallidissime flavi, ut in diagnosi constructi. — Ideoque abunde differt a *D. Erichsoni:* thorace et metathorace cinereis, nec flavis, abdomine paullo longiore, fasciis nigris distinctioribus, alis cinereis, nec flavidis, nervis 3 et 4 longitudinalibus paullulum magis distantibus, et tandem structura tarsorum anticorum longe diversa.

♀. Paullo brevior, opaca. Frons, et epistoma modice angustum, alba. Antennæ ut in ♂. Os subexsertum, flavum. Thorax rufo-flavus, postice ante scutellum macula cinerascente et sæpe lineolis 2 fuscis obsoletis. Pectus flavum, puncto sub alis nigro. Scutellum flavum. Metathorax cinereus. Abdomen rufo-flavum, fasciis 4 (ad basin segmentorum 2, 3, 4 et 5) latis, nigris, postice profunde emarginatis. Oviductus exsertus, vaginatus, vix ultra 4:tam partem abdominis prominens, flavus, apice nigro. Alæ cinereo-flavidæ, nervis ut in ♂ directis. Halteres pallidi. Pedes elongati, tenues, simplices, pallide flavi. Tibiæ posteriores parce spinulosæ. — A femina *D. Erichsoni*, cui primo adspectu valde similis, differt: magnitudine nonnihil minore, thorace postice sæpius cinereo-maculato, metathorace semper cinereo, nec flavo, alarum nervis longitudinalibus 3 et 4 nonnihil minus approximatis, ut et abdominis fasciis nigris postice emarginatis, nec integris.

102. *D. aulicus* 2. p. 615.

(Uterque sexus etiam a D. *Leon Dufour* e S:t Sever Galliæ 1844 sub nomine: "*Porphyr. aulicus* Meig. Macqv." mihi communicatus.)

103. *D. tenellus* 2. p. 616.

Obs. D. tenellus Wied. ad *D. flavellum* mihi n:o 105 pertinet.

104. *D. bicolorellus* 2. p. 617.

In Svecia quoque a D. *Wahlberg* captus.

105. *D. flavellus* 2. p. 618.

(♂ ad Elisenheyne prope Gryphiam 6 Sept. 1844, D. *Dahlbom.*)

106. *D. flavicollis* 2. p. 619.

Obs. D. *Stæger*, qui hanc speciem in Dania quoque legit, putat eam cum nostro *Rhaphio pallido* p. 480. n:o 22, cui colore et magnitudine similem, identicam esse. Speciminibus vero pluribus (licet tantum exsiccatis) inter se jam comparatis, mihi videtur, marem *D. flavicollis* antennis capite fere duplo brevioribus, nec longitudine capitis, articulo ultimo rotundato, nec conico, seta subdorsali, nec apicali, etc., a mare *Rhaphii pallidi*, satis esse distinctum. Nec fila analia in *D. flavicolli* observavi.

107. *D. plumipes* 2. p. 619. — Macqv. Buff. 2. Supplem. p. 662. 36. ♂♀.

Etiam in Bahusia, D. *Wahlberg.*

108. *D. notatus* 2. p. 621. — Stæg. Dolich. 10. 2, ♀.

Fem.: "articulis apicalibus 4 tarsorum anticorum pubescentibus," a D. *Stæger* l. c. describitur. — (Feminam etiam e Melita a *D. Delicatula* obtinui.)

109. *D. insignis* 2. p. 622.

(♂ sub nomine: "*Dol. plumipes* Macqv." etiam e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* 1844 missus.)

60—61. THINOPHILUS Wahlb.

Corpus in hac Familia majoris l. mediæ magnitudinis, oblongum, tenuiter pubescens, vertice, thoracis dorso scutellique apice non dense, sed distincte setosis. Antennæ parvæ, capite transverso triplo breviores, articulis basalibus brevissimis ul-

timo rotundato, seta dorsali elongata, nuda. Oculi in utroque sexu undique late remoti, perpendiculariter oblongi, microscopice puberuli. Os exsertum. Palpi magni, lamelliformes proboscidem saccatam supertegentes. Alarum nervi: longitudinales simplices, horum auxiliaris circiter ad 3:tiam costæ partem extensus, 3:tius et 4:tius subparalleli, horum 4:tus leniter flexus in apice 1. mox pone summum apicem alæ excurrens, 5:tus ad marginem interiorem continuatus, 6:tus abbreviatus; transversus ordinarius in medio alæ situs, subperpendicularis, rectus. Squamæ sub alis parvæ. Pedes validiusculi. Tibiæ spinosæ. Tarsorum posticorum articulus 1:mus inermis 2:dusque æque longi. *Color* obscurus, subvirescens. *Motu* agilis. *Habitatio* in litoribus marinis arenosis et limosis. *Differentia sexus; mas:* abdomine versus apicem angustiori, subcylindrico, ano rotundato, cauda brevi inflexa, lamellis l. filis appendiculata, tarsis anticis interdum apice plumosis; *femina:* abdomine ad apicem nonnihil angustiori subdepresso, ano obtuso simplici, pedibus simplicibus. *Typus* generis: *Th. flavipalpis.*

1 *flavipalpis* Zett. ♂♀. 2 *maculicornis.* Zett. ♂♀.

1. *Th. flavipalpis:* supra griseo-, subtus glaucescenti-ænescens, subopacus, fronte concolore; thorace subunilineato; alis cinereis; nervis: transverso infuscato, 4:to longitudinali puncto fusco notato; pedibus nigricantibus, trochanteribus geniculisque pallidis, tibiis tarsorumque basi sordide flavidis. ♂♀. (Long. 2 ½ lin.)

Mas: tibiæ antice intus (non extus) calcaribus tribus congestis nigris munitæ; tarsi anteriores albidi, articulorum apice nigro, unde quasi annulati videntur, pulvillis niveis; tarsi antici tibia nonnihil longiores, versus apicem extus sensim longius nigro-plumosi, articulo 1:mo longiori, basi curvato, 4:to sub apice spina longa atra plumositatem terminante armato; intermedii longitudine fere tibiæ, articulo 1:mo longiori, tribus ultimis brevioribus sensim latioribus et utrinque nigro-plumosis; postici tibia paullo breviores, simplices, nigri, me-

tatarso sordide albido. Cauda non magna, inflexa, nigra, nitida, fere ut in *Dolichopo (Ammobate) plumipede* n:o 107, cui in multis prope accedit, constructa, lamellis seu sqvamis 6, segmento abdominis ultimo saltem dimidio longioribus, anguste oblongis, nigro-fuscis, breviter pilosis, intermediis bifidis;

Fem.: paullo robustior, nonnihil minus pilosa, pedibus anoque simplicibus.

Wahlb. in Conspectu Actor. Reg. Acad. Holm. 1844 n:o 3. p. 37. ♂♀. Idem in Kröjers Tidsskrift 1844. 1. 1. p. 41—45. ♂♀. — *Rhaphium flavipalpe* Zett. Dipt. Scand. 2. p. 472. 13. ♀.

Hab. in Sveciæ litoribus marinis orientalibus et occidentalibus arenosis, limosis et humectatis, ubi, observante *Wahlberg*, e vermiculis minutis præsertim *Naidis*, victitat; in Gottlandia ad Burgsviken 16 Jun. 1819 ♀ primum a me inventa; deinde Aug. 1842 uterque sexus in Bahusia ad Marstrand et in litoribus sinuum, qui insulam Ko-ön ambiunt, a Cel. Prof. *Wahlberg* (♀ in pluribus individuis) deprehensus; ex Ostrogothia a D. *Stenhammar* mihi quoque communicatus; et postremo tempore etiam a D. Philos. Studioso *Gustavo Möller* in litore Bahusiensi ad urbem Uddevalla et prædium Lindesnäs lectus.

♂♀. Magnitudo et affinitas *Dolich. plumipedis* (p. 619), sed antennis brevioribus, palpis multo majoribus, dilatatis, directione nervorum, et in mare armatura pedum, etc., abunde diversus. Ab *Hydrophoro*, cujus speciebus variis pictura alarum etc. accedit, nervo transverso a margine longius remoto, etc., et a *Rhaphio*, cujus feminis ore descendente sat similis, seta antennarum dorsali, nec apicali, satis superque recedit. — Frons in utroque sexu obscura. Antennæ aut nigricantes, subtus testaceæ, aut testaceæ, supra plus minus late infuscatæ. Seta

mox ante apicem inserta, antennis fere triplo longior, nigra. Epistoma (denudatum) viride, nitidum, in specimine Gottlandico (♀) glauco-cærulescens. Palpi squamæformes proboscidem nigram ex maxima parte tegentes. Barba menti albida. Thorax supra griseus, opacus, lineolis 2 valde tenuibus approximatis fuscis. Scutellum concolor. Pectus glaucum. Abdomen ænescens (♂), vel virescens (♀), incisuris nigricantibus. Alæ subhyalinæ. Nervi: transversus ordinarius a margine distans, paullo pone apicem auxiliaris ductus, leniter infuscatus; 4:tus longitudinalis pone transversum a 3:tio pallulum divergens et puncto fusco obsoleto notatus, sed versus apicem cum 3:tio paralleliter ductus. Costa nuda. Stigma nullum. Squamæ parvæ, pallidæ. Halteres albidi. Pedes plerumque cinereo-nigri, trochanteribus geniculisque pallidis, et tarsis saltem basi testaceis, tibiis etiam sæpe fusco-testaceis; sed interdum (ut in specimine Gottlandico) testacei, coxis totis, femoribus tibiisque in medio late, tarsisque apice, obscuris. Coxæ anticæ antice nigro-pilosæ. Tibiæ anticæ parcius, posteriores crebrius et undique, nigro-spinulosæ. (C:fr *Rhaphii flavipalpis* descriptio ♀ p. 473 hujus operis.)

2. *Th. maculicornis:* supra grisco-, subtus glaucescenti-ænescens, subopacus, fronte concolore; epistomate (denudato) virescente; palpis flavis, proboscide nigra; antennis nigris, subtus fulvis; alis cinereis subimmaculatis; pedibus in utroque sexu simplicibus, flavis, coxis anticis concoloribus, posterioribus cinereis, tibiarum omnium apice anguste, tarsisque totis, nigris. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{2}$ lin.)

Mas: epistomate modice lato, livido; abdomine angustato, subcylindrico; ano rotundato, cauda minuta inflexa filis appendiculata;

Fem.: epistomate latiore, viridi; abdomine apice parum angustato, subdepresso, segmento ultimo obtuso l. subtruncato, ano simplici.

Rhaphium maculicorne Zett. Dipt. Scand. 2. 474. 15. ♀.

Hab. in pratis humidis Ostrogothiæ rarius; prope mare in paroecia Jonsberg a D. Doct. *Stenhammar* detectus, et mecum in 2 maribus totidemque feminis communicatus.

♂♀. Ob antennas in utroque sexu parvas, rotundatas, seta dorsali, nec apicali instructas, ut et palpos dilatatos squamæformes ad hoc genus potius, quam ad *Rhapium* sine dubio referendus. A priori aperte differt magnitudine constanter duplo et ultra minore, pedibus flavis, simplicibus, cauda in ♂ filata, etc. — Caput cum antennis, palpis et proboscide omnino ut in *Th. flavipalpi.* Epistoma parallelum, in ♂ (in nostris speciminibus) flavido-pollinosum, in ♀ denudatum aureo-viride, nitidum. Thorax opacus, supra griseus, limbo postico virescente. Scutellum æneseens. Pectus glaucum. Abdomen viridi-æneum, subnitens. Cauda maris sub ano inflexa, filis (in speciminibus exsiccatis duo tantum numero) brevibus, flavis, pubescentibus appendiculata. Alæ in utroque sexu sordide hyalinæ, nervis obscuris, transverso ordinario lenissime infuscato. Nervus 4:tus longitudinalis parum l. levissime tantum flexus, unde hic et 3:tius fere magis paralleli, quam in priori. Puncti fusci in nervo 4:to solummodo vestigium valde obsoletum. Alæ præterea ut in præcedente. Squamæ parvæ; pallidæ. Halteres albidi. Pedes mediocres, flavi. Coxæ anticæ pallidissimæ, subnudæ, posteriores cinereæ, summo apice flavido. Tibiæ omnes spinulosæ, apice anguste nigræ. Tarsi longitudine tibiarum, inermes et nudi, toti nigri, metatarso intermediorum saltem basi rufescente.

---

61. PSILOPUS Megerl. *Leptopus**) Fall.

Obs. Individua hujus generis diligenter in copula quærantur,

*) *Leptopus* est non solum Hemipteron, verum etiam apud

quo feminæ diversarum specierum inter se sæpe sat similes ad suos mares, notis eminentibus plerumque prævalentes, rite referri possint.

1 *tipularius* Fall. (*Dolich. platypterus* Fabr. ♀.) ♂♀. 2 *Wiedemanni* Fall. (non *Dolich. nervosus* Lehmann.) ♂♀. 3 *contristans* Wied. (*Psil. regalis* Meig. ♀.) ♂♀. 4 *zonatulus* Zett. ♀. 5 *lugens* Meig. ♂♀. 6 *longulus* Fall. ♂♀.

1. *Ps. tipularius* 2. p. 623. — *Sciapus* idem Zell. Isis 1842. p. 831. 1. ♂♀. fig. 44.

Etiam ad Stetinum Jun. 1842 ♀ a D. *Dahlbom* capta.

Obs. Antennarum seta quam antenna in ♂ quadruplo, in ♀ triplo longior.

2. *Ps. Wiedemanni* 2. p. 625.

Etiam in Smolandia obvius. ♂ ad Dyrhaven Hafniæ Jul. 1844 a D. *Dahlbom* captus, et uterque sexus nuper quoque e Dania a D. *Stæger* missus. (♂♀ ad Moabite, Rudower etc. prope Berolinum 12 Jul.—6 Aug. 1842 a *Dahlbom* frequenter observati.)

Obs. 1. *Mas:* incisuris abdominis fuscis. *Femina:* in hac solite et ordinarie sunt tantum 5 spinæ sub femoribus anticis, sed in uno alterove individuo spinas 6 sub singulo femore pedum anticorum certissime numeravi, ut jam in diagnosi feminæ hujus speciei l. c. indicavi. ♂♀. Antennarum seta antenna circiter triplo longior.

Obs. 2. Non solum ad Moabite, verum etiam ad Stetinum Jul. 1843, D. *Dahlbom* aliquot specimina mascula legit, *Psilopo Wiedemanni* similia, sed differunt: abdomine flavescente, incisuris apiceque pallide virescentibus; an varietas hujus vel forte specie distinctus? An *Psilop. albifrons* Meig. Dipt. 6. 360. 8?

Dejean nomen Coleopteri generis ad Scarabæides seu Lamellicornes referendi. Vide Dej. Catal. p. 159.

Obs. 3. In observatione adjecta sub *Ps. Wiedemanni* ad finem pag. 626, seqventia addi debent: *Psil. nervosus* Meig. ♂ differt a *Ps. Wiedemanni*, præter allatas notas discernentes etiam: nervo transverso ordinario valde inflexo, femoribus anticis subtus fasciculo pilorum longorum, quorum unus femur longitudine attingit. Tale insectum, (Faunæ nostræ ignotum), sub nomine: *Sciapus nervosus*, est descriptus et depictus a D. *Zeller* in Isis 1842. p. 831. 2. ♂♀. fig. 53—55.

3. *Ps. contristans* 2. p. 627. — *Sciapus contristans* Zell. Isis 1842. p. 832. 3. ♂. f. 56—58.

Etiam in Fårön Gottlandiæ ad Olle Hau 24 Jul. 1841 femina reperta.

Obs. 1. Mas hujus per tarsos anteriores simplices a priori facile dignoscitur, femina vero ægre a femina *Ps. Wiedemanni* distingvitur, nisi magnitudinem duplo minorem, colorem thoracis magis griseum vel canescentem, nec virescentem, ut et nervos longitudinales 3 et 4 ad apicem paullo magis approximatos attente observes.

Obs. 2. Versus finem diagnoseos hujus specieie xstat: "superiore subangulatim in apice excurrente ibique" etc.; sed lege: superiore subangulatim mox ante apicem excurrente ibique etc.

4. *Ps. zonatulus* 2. p. 628.

5. *Ps. lugens* 2. p. 628.

Obs. Mas, quem nunc quoque vidi, sequentes habet notas: epistoma latum, in fundo viride, albo-pollinosum. Femora antica subtus a basi et fere ultra medium spinis 5. 1. 6 flavis. Coxæ anticæ totæ pallide flavæ, posteriores dilute cinereæ, apice flavidæ. Cauda parva obscura, filis variis brevibus (longitudine circiter segmenti ultimi), testaceis et pilis appendiculata. Femora postica ad apicem setula solitaria. Antennarum seta antenna saltem $2\frac{1}{2}$ longior, fusca.

(Plura individua mascula etiam ad Stetinum 8 Jun. 1842 a D. *Dahlbom* lecta.)

6. *Ps. longulus* 2. p. 629.

In Scania ad Lund (in horto proprio) ineunte Augusto 1847 mares hujus speciei sat copiose vidi.

Obs. 1. *Mas:* antennarum seta antenna saltem triplo longior. Coxæ posteriores dilute cinerascentes, apice flavidæ. Cauda et appendices ut in priori.

Obs. 2. *Psilop. lobipes* (*Sciapus* idem Zell. Isis 1842. p. 833. 4. ♂♀. f. 60. 61.), de quo in observatione sub *Ps. longulo* pag. 630 mentionem feci, etiam ad Moabite prope Berolinum 12 Jul.—6 Aug. 1842 in utroque sexu a D. *Dahlbom* inventus. Hujus quoque varietatem femineam: abdomine flavescente, e Glogavia obtinui.

Fam. 13. SYRPHICI Fall.

62. CERIA Fabr.

1. *C. conopsoides* Linn. (*Ceria clavicornis* Fall.) ♂♀. 2. p. 631.

Obs. Larva apoda, acephala, hirta, margine spinulosa, ovato-oblonga, supra convexiuscula, subtus plana, tardigrada, tubo stigmatifero anali elongato, subcylindrico, glabro, inarticulato, 10—12 millim. long., in ulceribus Ulmi habitans; atque *pupa* nuda, oblonga, sublævigata, griseo-nigroque variegata, antice rotundata, postice caudata; segmentis utrinque spinula gemina, tribus posterioribus utrinque spina unica validiori, 10—12 millim. long.; in Annal. d. l. Soc. Ent. 1847. Tom. 5. p. 20—25. Tab. 1. n:o 1. f. 1—6 a D. *Leon Dufour* plene describuntur et pulchre depinguntur.

---

63. CALLICERA Meig.

1. *C. ænea* Fabr. ♂♀. 2. p. 632.

64. CHRYSOTOXUM Meig.

*). Abdomen latum, ovatum.

1 *marginatum* Meig. (*Syrph. arcuatus* Panz. ♀. — *Mulio fasciolatus* var æ. Fall.) ♂♀. 2 *fasciolatum* Meig. ♂♀. 3 *intermedium* Meig. ♂♀. 4 *arcuatum* Linn. ♂♀. 5 *elegans* Löw. ♀. 6 *vernale* Löw. ♂♀.

**). Abdomen angustum, oblongum aut lineare.

7 *bicinctum* Linn. ♂♀. 8 *lineare* Zett. ♂♀.

1. *C. marginatum* 2. p. 633.

Etiam in Smolandia ad Skärsjö; in Ostrogothia ad Winnerstad, D. *Holmgren;* in Sudermannia, Idem.

2. *C. fasciolatum* 2. p. 634.

Obs. Diagnosi adde in fine:

antennarum articulo ultimo antecedentibus simul sumtis paullo longiori.

♂♀ in Smolandia ad Skärsjö; in Sudermannia, *Holmgren*; in Lapponia Lulensi ad Qvickjock, *Anderson.*

3. *C. intermedium* 2. p. 635.

In Ostrogothia ad Gusum ♂ a D. *Wahlberg*, et ad Winnerstad ♀ a D. *Holmgren*, capti.

4. *C. arcuatum* 2. p. 636.

5. *C. elegans* 2. p. 637. — Löw l. c. p. 159. (nec 459.)

6. *C. vernale* 2. p. 627. — Löw l. c. p. 159. (nec 459.)

In Svecia etiam a D. *Wahlberg* lectum; ♀ in Smolandia raro visa.

7. *C. bicinctum* 2. p. 638. — Löw l. c. p. 159. (nec 459.)

8. *C. lineare* 2. p. 639. — Löw l. c. p. 159. (nec 459.)

65. MICRODON Meig.

1 *apiformis* Deg. (*Musca mutabilis* Linn. descriptio) ♂♀. 2 *mutabilis* Linn. (*Mulio apiarius* Fabr. — *Microdon apiformis* Meig.) ♂♀.

1. *M. apiformis* 2. p. 641. — *Wissmann* Ent. Zeit. Stett. 1848. n:o 3. p. 79.

Sexus masculus varietatum a. et b. in Smolandia ad Skärsjö; var. b. ♀ in Lapponia Lulensi 1843, *Andersson.*

Obs. Quoad metamorphosin hujus speciei c:fr *Elditt.* in Ent. Zeit. 1845. n:o 12. p. 384—390.

2. *M. mutabilis* 2. p. 642.

Uterque sexus in Smolandia ad Skärsjö a beat. *Ljungh*, et in Ostrogothia ad Winnerstad a D. *Aug. Holmgren*, quoque inventus.

---

66. PSARUS Latr.

1. *Ps. abdominalis* Fabr. 2. p. 643. ♂♀.

---

67. SERICOMYIA Meig.

Subd. 1. Alarum fascia media abrupta, fusca. Corpus hirsutum, ovatum, crassum.

1 *bombiformis* Fall. ♂♀. 2 *mussitans* Fabr. ♂♀.

Subd. 2. Alarum facia fusca nulla. Corpus pubescens, oblongum, minus crassum.

3 *borealis* Fall. (*Musca lappona* Deg. var.) ♂♀. 4 *lappona* Linn. ♂♀.

1. *S. bombiformis* 2. p. 644.

In Scania etiam ad diversorium Sjöbo 1846 a D. *Wahlberg* deprehensa.

2. *S. mussitans* 2. p. 645.

3. *S. borealis* 2. p. 646.

(♂ quoque ex Italia a D. *J. Behrens* communicatus.)

4. *S. lappona* 2. p. 646.

In Lapponia Lulensi ad Qvickjock.

---

68. VOLUCELLA Geoffr.

A. Corpus dense hirsutum. Abdomen non pellucido-fasciatum.

1 *plumata* Deg. (*Musca mystacea* var. *β.* Linn. ♀.) ♂♀. 2 *hæmorrhoidalis* Zett. (*Syrph. mystaceus* Fabr. non Linn. — *Vol. plumata* var. ano flavo Meig.) ♂♀. 3 *bombylans* Linn. ♂♀.

B. Corpus tenuiter pubescens. Abdomen pellucido-fasciatum. Caput flavum.

4 *pellucens* Linn. ♂♀. 5 *inanis* Linn. (*Musca 3-fasciata* Schrank. — *Syrph. micans* Fabr.) ♂♀.

1. *V. plumata* 2. p. 648.

In Smolandia etiam frequens. — Var. b. ♀. in Kellby prope Lund Scaniæ Aug. 1843 non parce a D. *Dahlbom* observata. — Variat hæc species rarius duplo minor.

Obs. Larvæ in nido *Bombi lapidarii* prædantes degunt, teste *von Boie.* Pupam late ovalem, supra convexam, totam nu-

dam, inermen, griseam, antice (loco antennarum) tuberculis brevibus, nudis, nigro-brunneis, apice rotundatis, vidi. Ex hac imaginem masculam mense Julio egredientem observavi.

2. *V. hæmorrhoidalis* 2. p. 649.

3. *V. bombylans* 2. p. 650.

Obs. Larva in nido *Bombi lapidarii* prædans vivit, D. *von Boie.*

4. *V. pellucens* 2. p. 651.

(Etiam ad Moabite et Rixdorff prope Berolinum Jul. 1842 non parce obvia, *Dahlbom.*)

5. *V. inanis* 2. p. 652.

Obs. Larvæ in nido *Vespariarum* prædantes vivunt, *Schmitt.*

---

69. SYRPHUS Fabr.

Subd. 1. Seta antennarum plumata. Oculi marium in fronte contigui.

1 *intricarius* Linn. (*Syrph. aureus* Panz. ♂. *Syrph. bombyliformis* Fabr. et Panz. ♂.) ♂♀. 2 *flavicinctus* Fabr. (*Musca horticola* Deg. ♀. *Eristalis* eadem Meig.) ♂♀. 3 *piceus* Fall. (*Eristalis Rupium* Fabr. Meig.) ♂♀. 4 *Nemorum* Linn. ♂♀. 5 *Arbustorum* Linn. ♂♀. 6 *similis* Fall. ♂♀.

Subd. 2. Seta antennarum nuda.

*) *Oculi marium in fronte cohærentes.*

A. Oculi obscure bivittati. Pedes postici dilatati, compressi, bifariam nigro-ciliati.

7 *tenax* Linn. (Var. a. b. — *Eristalis campestris* Meig.

c. *Erist. Hortorum* Meig. ♂. (non Fabr. neque Wiedem. Dipt. exot.) ♂♀.

B. Oculi immaculati. Pedes postici non compressi; pilosi, sed haud ciliati.

a). Oculi nudi. Alarum area costalis, quæ e nervis longit. 2 et 3 formatur, apice (ad costam) aperta. Femora postica incrassata. Forte proprii generis.

8 *cimbiciformis* Fall. (*Zetterstedtia* eadem Rondani) ♂♀.

b). Oculi hirti (in ♀. *S. æneï* nudi). Femora simplicia.

†. Alarum area costalis apice occlusa.

9 *fraterculus* Zett. ♀. 10 *nitidiventris* Zett. ♀. 11 *apiformis* Fall. (non Panz.) ♂♀. 12 *anthophorinus* Fall. ♂♀. 13 *Cryptarum* Fabr. ♂♀. 14 *æneus* Fabr. ♂♀.

††. Alarum ærea costalis apice aperta.

15 *floreus* Linn. (*Musca Atropos* Schrank) ♂♀.

**) *Oculi marium in fronte paullo distantes.*

16 *sepulchralis* Linn. (*Syrph. tristis* Fabr. ♀.) ♂♀.

1. *S. intricarius* 2. p. 654.

Etiam in Norwegia ad Christianiam, *Moë*. (Ad Stetinum a D. *Dahlbom*, et ad Berolinum a D. *Hoffmann*, frequenter observatus).

2. *S. flavicinctus* 2. p. 655.

(Ad Elisenheine prope Gryphiam Sept. non parce obvius; ♀ paullo obscurior, nubecula alarum distincta, ad Neuenkirchen 20 Maj. a D. *Dahlbom* deprehensa).

3. *S. piceus* 2. p. 656.

In Smolandia meridionali ex. gr. ad Skärsjö ♀ rarius quoque visa; in Norwegia ad Christianiam uterque sexus a D. *Moë* captus; in Lapponia Lulensi, *Andersson*.

4. *S. Nemorum* 2. p. 658.

5. *S. Arbustorum* 2. p. 659.

In Lapponia Lulensi ad Qvickjock et in Norwegia ad Christianiam non parce lectus. (Feminæ in Umbellatis ad Reinberg prope Gryphiam 30 Maj. et iterum ad Eldena et in Pinetis ad Neuenkirchen Septembri, a D. *Dahlbom* copiose inventus.)

6. *S. similis* 2. p. 660.

(Mares hujus speciei etiam e Dalmatia a D. *Kahr* 1847 obtinui.)

7. *S. tenax* 2. p. 661.

Var. c. ♂♀ in Smolandia ad Skärsjö copiose lecti; marem e Lapponia Lulensi obtinui.

Var. a. in Norwegia ad Christianiam. (Var. a. b. c., ♂♀., ad Neuenkirchen, Eldena et in hortis Gryphicis mense Majo, sed imprimis Septembri a D. *Dahlbom* frequentissime repertæ. — E Montpellier a D. *Dohrn*, et e Malta a D. *Delicatula* quoque plures mares varietatis a. obtinui.)

8. *S. cimbiciformis* 2. p. 663. — *Zetterstedtia cymbiciformis* Rondani, Ordinamento sistematico etc. 1844. p. 25. gen. 4.

9. *S. fraterculus* 2. p. 664.

10. *S. nitidiventris* 2. p. 665.

11. *S. apiformis* 2. p. 665.

Etiam e Smolandia specimen masculum missum accepi.

12. *S. anthophorinus* 2. p. 666.

13. *S. Cryptarum* 2. p. 667.

In Lapponia Lulensi ad Qvickjock, *Andersson.*

14. *S. æneus* 2. p. 668.

(Ad Gryphiam et Berolinum Jul. Aug. Sept. in utroque sexu a D. *Dahlbom* frequenter observatus. — E Melita a D. *Delicatula* 1846 etiam communicatus.)

15. *S. floreus* 2. p. 669.

Etiam in Smolandia, Nericia et Norwegia (ad Christianiam) frequens. (Ad Gryphiam et Neuenkirchen 20 Maj., 12 Jun. et 6 Jul. abundans, *Dahlbom.*)

16. *S. sepulchralis* 2. p. 670.

Qvoque in Smolandia et Norwegia (ad Christianiam) vulgaris. (Circa Gryphiam etiam non parce visus.)

---

70. CRIORHINA Hffgg.

1 *regula* Fall. (*Chr. floccosa* Macqv.?) ♂♀. 2 *asilica* Fall. ♂♀. 3 *berberina* Fabr. ♂♀. 3—4 *apicata* Meig. (*Musca apiformis* Schrank) ♂.

1. *C. regula* 2. p. 672.

2. *C. asilica* 2. p. 672.

In Smolandia ad Skärsjö, *Ljungh*; in Sudermannia ad Åkers-Bruk, *Holmgren.* (Ad Rixdorff etc., prope Berolinum 1842 ♂ a *Dahlbom* repertus.)

3. *C. berberina* 2. p. 674.

Obs. Criorh. Oxyacanthæ Meig., quam e Gallia obtinui, huic affinis et similis, sed differt: thorace, scutello abdomineque supra flavo-griseo-tomentosis; nec talis in Scandinavia occurrit, quantum noverim.

3—4. *C. apicata:* thoracis dorso antice fulvo-, postice scutelloque nigro-tomentosis; abdomine antice nigro-, in medio lateribus fulvo-, et postice albido-tomentoso. ♂. (Long. 4½ lin.)

Macqv. Buff. 1. 497. 1. ♂. *Milesia* eadem Meig. Dipt. 3. 236. 10. ♂. Tab. 29. f. 4. (caput.) — *Musca apiformis* Schrank Ins. Austr. 459. 933. (pupa et imago). Gmel. Linn. Syst. Nat. 5. p. 2862. 296.

Hab. in floribus Cratægi Oxyacanthæ valde rara; specimen descriptum in Dania a D. *Stæger* inventum est mecumque communicatum.

♂. Magnitudo, statura et habitus omnino *C. berberinæ*, a qva vero protuberantia frontali nonnihil eminentiori, epistomate multo magis impresso, minime tamen tuberculato, thorace antice fulvo-, nec flavo-, tomentoto, abdominis segmento 3:tio ad latera flavo-, nec toto albo-, tomentoso, tarsis latius rufis, etc., abunde distincta; *Psithyri (Bombi) campestris* mari habitu quoque valde similis. Frontis macula ante antennas nigra, nitida, stria media impressa. Oculi in medio frontis arcte cohærentes, postice vertice anguste trigono nigro disjuncti. Antennæ et seta ferrugineæ. Epistoma distincte retusum, apice prominente; argenteo-micans, linea media latiuscula genisque denudatis nigris nitidis. Proboscis nigra. Thorax niger et nigro-tomentosus, antice fere ad radicem alarum fulvo-tomentosus. Scutellum nigricanti-tomentosum. Abdomen nigrum, nitidum, segmentis dorsalibus 1 et 2 totis, et 3:tio in medio nigro-tomentosis, tomento ad latera 3:tii flavo-fulvescente; 4:to albo-hirto; 5:to retracto. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis basi ferrugineis, fascia media ad marginem interiorem abrupta brunnea, et nervo transverso ordinario infuscato, fuscedine apicem nervi longit. 4:ti etiam cingente. Halteres nigri. Pedes nigri, geniculis tibiarumque basi et apice rufo-ferrugineis, tarsorum articulis tribus primis flavo-ferrugineis. Pulvilli magni, pallidi.

Obs. 1. *Pupa* fuscescens, fuliginosa, gibba, supra convexa, subtus plana, antice bituberculata, apice caudata, in dorso macula alba furcata, in carie arborum emortuarum a *Schrank* inventa, initio mensis Maji exclusa. Individuum masculum a

Meigen descriptum in floribus Berberidis etiam mense Majo deprehensum.

Obs. 2. *Femina*, mari similis, sed thorace flavo, abdomine valde lato, segmento 2:do albo, 3:tio nigro, nec flavo-maculato, a *Macqvart* l. c. huic refertur.

Obs. 3. Insectum declaratum etiam *Bombum Hortorum* simulans, *Syrphis* variis quoque simile, vix tamen cum *Volucella bombylante*, quæ antennis plumatis gaudet, aut cum *Syrpho intricario* et *apiformi*, qui epistoma aliter constructum et nervorum directionem diversam habent, confundi potest.

---

71. MALLOTA Meig.

1. *M. megilliformis* Fall. 2. p. 675. ♂.

---

72. HELOPHILUS Meig.

Sect. 1. Epistoma modice descendens. Antennæ nigræ aut rufæ.

A. Antennæ obscuræ. Epistoma in medio tuberculatum vel gibbum. Habitatio in hortis et pratis, libenter locis siccis. Majores.

1 *pendulus* Linn. ♂♀. 2 *arcticus* Zett. (ex parte) ♂♀. 2—3 *affinis* Wahl. (*H. arcticus* Zett ex parte — *H. hybridus* Löw) ♂♀. 2—3 *lapponicus* Wahlb. (*H. arcticus* Zett. ex magna parte) ♂♀. 2—3 *bottnicus* Wahlb. ♂♀. 3 *trivittatus* Fabr. (*Syrph. pendulus* Rossi) ♂♀.

B. Antennæ totæ rufæ. Epistoma parum tuberculatum, sed versus apicem subgibbum. Habitatio in graminosis et fruticibus. Medii.

4 *Frutetorum* Fabr. (*Syrph. femoralis* Fall.) ♂♀. 5 *lunulatus* Meig. ♀.

Sect. 2. Epistoma longe conice oblique descendens. Antennæ saltem articulo ultimo rufæ. Minores.

6 *transfugus* Linn. ♂♀. 7 *lineatus* Fabr. ♂♀.

1. *H. pendulus* 2. p. 676. — Löw Ent. Zeit. Stett. 1846. p. 125. 5. ♂♀.

In Smolandia etiam frequenter occurrit. (Ad Neuenkirchen prope Gryphiam ♂ jam 20 Maji a D. *Dahlbom* observatus).

Obs. 1. Abdominis fascia 3:tia leniter tantum subarcuata. Alarum stigma flavidum, obsoletissimum, lineola transversa extus sæpissime non terminatum. Pedum posticorum femora medio (nec pone medium) incrassata, tibiæ totæ æque curvatæ.

Obs. 2. Varietatem abdominis fascia 1:ma difformi ad latera obsoletissima, relictis tantum versus medium segmenti maculis 2 parvis trigonis flavis per angulum acutum seu petiolum angustum cum angulo antico segmenti 2:di connexis, de cetero varietati genuinæ omni puncto convenientem, obtinui.

2. *H. arcticus* 2. p. 678.

Sub hoc nomine tres commixtæ sunt species, quæ igitur distingvendæ, nempe:

H. arcticus: niger, epistomate convexo albido l. flavo, vitta media atra; thoracis lineis subqvatuor cinerascentibus; abdominis fasciis 3 interruptis, 1:ma magna fulva recta, lateribus lata, 2:da et 3:tia angustis, utrinque subarcuatis, glauco-albis, harum 2:da ad latera fulva; pedum anticorum femoribus apice flavis, tibiis ab apice et ultra medium obscuris, basi flavis, intermediorum genibus flavis, posticorum tibiis pone medium subcurvatis, basi flavo-albidis, femoribus posticis pone medium incrassatis; ventre nigro, basi lateribus albido. ♂♀. (Long. 4—4 ¼ lin.)

Mas et *femina* ut in *H. pendulo* differunt.

Zett Ins. Lapp. 595. 2. ♂♀. ex parte nempe specimina quædam e Lapponia Tornensi. Ejusdem Dipt. Scand. 2. 678. 2. ♂♀. ex parte (exclusis speciminibus e Lapponia Umensi et alpe Dovre, quæ ad *H. lapponicum* pertinent). — Stæg. in Kröjers Tidsskrift 1845. 1. 4. p. 359. 24. ♂♀. var. a. — *Taban. groenlandicus* O. Fabr. Faun. Groenland. 208. 170. *Helophil. groenlandicus* Löw. Ent. Zeit. 1846. p. 119. 2. ♂♀.*)

Hab. in floribus Salicis et graminosis, libenter locis humidis, per Scandinaviam septentrionalem Jun.—Aug., passim; scilicet in Lapponia Tornensi ad Muonioniska, ipse; in Lapponia Lulensi ad Qvickjok, D. *Wahlberg*; in Jemtlandia alpestri a Berge in Alsen usque ad villam Säther prope Krokumselfven, atque ad alpem Mulfjellet, haud parce; in Herjedalia ad Öfver-Hogdal rarissime, D. *Dahlbom.* (In Grönlandia frequens, teste *Stæger* l. c.)

Obs. 1. Ad abdominis fasciarum duarum posticarum picturam et curvaturam, ut et tibiarum anticarum colorem probe attendas, ut speciem hanc ab affinibus et præcipue ab *H. affini*, cui proxime accedit, distingvas. Thorax dorso lineis 4 cinereis, lateralibus latioribus, mediis angustis sed magis perspicuis. Fasciæ abdominis: 1:ma fulva e maculis 2 lateralibus magnis trigonis constat; 2:da et 3:tia angustæ, utrinque paullo arcuatæ seu lunulatæ (præsertim 2:da), fere totæ glauco-albidæ, harum vero 2:da ad latera seu basi fulva, apice macula oblonga obliqua sursum flexa albida, aucta. Alarum stig-

*) Cum hæc species insulæ Grönlandiæ minime propria, sed in Svecia boreali et Lapponiis quoque haud raro occurrit, nomen *arcticus*, quod etiam a magno Entomol. *Stæger* l. c. receptum, forte aptius, quam *groenlandicus* judicetur.

ma fuscum, utrinque (et antice et postice) per lineolam transversam terminatum. Squamæ flavæ et flavo-ciliatæ. Halteres pallidi. Pedum anticorum tibiæ ab apice ad ultra medium nigræ, basi flavæ; posticorum femora tota nigra, pone medium incrassata, tibiæ ejusdem paris nigræ, basi vix ad 3:tiam partem totius tibiæ flavo-albidæ, pone medium subcurvatæ. — C:fr insuper descriptio hujus speciei in Dipt. Scand. l. c.

Obs. 2. Sub nomine: "*Eristalis hyperboreus* Wiedem. e Grönlandia, D. *Westermann*," duo individua hujus in museo Falleniano asservantur.

2—3. *H. affinis:* niger, epistomate convexo albido, vitta media atra; thoracis lineis 4 stramineis; abdominis fasciis 3 interruptis rectis, 1:ma lata, 2:daque modice angusta, flavis, 3:tia angustata glauco-alba; pedum anteriorum femoribus apice late, tibiis fere totis, tarsisque basi, flavo-albidis, femoribus posticis pone medium incrassatis, ventre nigro, basi lateribus albido. ♂♀. (Long. 4½ lin.)

Wahlb. in Conspect. Actor. Acad. Holm. 1844. n:o 4. p. 64. ♂. — *Hel. arcticus* Zett. Dipt. Scand. 2. 678. 2. ex parte, specimina scilicet duo e Muonioniska et Alsen. — *Hel. hybridus* Löw Ent. Zeit. 1846. p. 141. 6. ♂♀. videtur. — *Hel. trivittatus* Meig. Dipt. 3. 373. 5. ♂.

Hab. in floribus a fine Julii ad finem Augusti per Sveciam meridionalem et mediam rarissime, borealem et Lapponiam passim; scilicet in Scania ad Silfåkra semel a Prof. *Wahlberg* 1846 inventus; in Smolandia ad Skärsjö, beat. *Ljungh*, qui hunc in unico exemplo olim communicavit; in Jemtlandia ad diversorium Berge in Alsen parce, ipse; in Lapponiæ Lulensis convallibus deustis alpis Walli prope templum Qvickjock in flori-

bus Epilobii angustifolii et Rubi idæi, D. *Wahlberg*; in Lapponia Tornensi ad Muonioniska bis deprehendi; in Dania ad Soroe mense Aug. a D. *Jacobsen* lectus mihique per D. *Stæger* benevole missus.

♂♀. Ab *H. arctico*, cui valde similis, thoracis lineis stramineis, nec cinereis, abdominis fasciis 1:ma e maculis transversim ovatis, nec trigonis, conflata, posterioribus rectis, nec arcuatis, femoribus anterioribus apice latius flavis, tibiis anticis, præter apicem fuscum, intermediisque, totis flavis, distinctus. Ab *H. pendulo* et *trivittato*, quibus etiam prope accedit, differt, nempe ab illo tarsis anticis basi flavis, nec totis nigris, etc., ab hoc vitta epistomatis nigra, fascia abdominis postica recta, nec arcuata, etc., et ab ambobus abdominis fascia media angusta, nec lata, alarum stigmate fusco apice lineola transversa terminato, nec flavido et aperto, et tandem femoribus posticis totis nigris, nec apice flavis, pone medium (nec medio) subincrassatis. — Frons albida, vitta media et vertice nigris. Scutellum flavum. Abbomen nigrum, fasciis subtribus rectis, 1:ma lata, modice interrupta, fulva, 2:da paullo angustiori, angustius interrupta, fulva, maculis singulis apice macula parva cinereo-albida auctis, 3:tia adhuc angustiori, breviter interrupta, tota cinereo-albida. In margine basali segmenti 5:ti (in nostris feminis non retracti) adest quoque fascia 4:ta recta lenissime interrupta cinereo-albida. Squamæ sub alis flavæ et flavo-ciliatæ. Halteres pallidi. Pedes nigri; antici: femoribus apice ad 4:tam partem flavis, tibiis flavis, apice fuscis, tarsis fuscis, basi rufescentibus; intermedii: femoribus apice ad 3:tiam partem flavis, tibiis totis flavis, tarsis nigricantibus, metatarso rufo; postici: immaculati, tibiis tantum basi ad 3:tiam partem flavo-albidis.

Obs. Etiam specimina typica Qvickjockensia mascula accepi ab Amico *Wahlberg*, qui nuper mihi scripsit, se postremo tempore quoque feminas hujus speciei in Lapponia invenisse.

2—3. *H. lapponicus:* niger, epistomate convexo albido, vitta media atra; thoracis lineis subquatuor fla-

vo-grisescentibus; abdomine fasciis duabus interruptis fulvis, 1:ma e maculis magnis trigonis, 2:da e maculis parvis sub-quadratis, conflatis; genibus fulvis; pedum posticorum femoribus pone medium incrassatis, tibiis fere æque subcurvatis; ventre nigro, basi lateribus albido. ♂♀. (Long. fere 4½ lin.)

Mas: fronte modice angusta, distincte nigro-hirsuta, ano rotundato, inflexo;

Fem.: fronte fere duplo latiori, breviter nigro-hirta, ano acutiusculo.

Wahl. in Conspect. Actor. Acad. Holm. 1844. n:o 4. p. 65. ♂♀. — *H. arcticus* Zett. Ins. Lapp. 595. 2. ♂♀. ex maxima parte. Dipt. Scand. 2. 678. 2. ♂♀. ex parte nempe pleraque specimina lapponica, exclusis Jemtlandicis et Herjedaliensi.

Hab. in floribus varii generis Jul. Aug. per Lapponias omnes, extra quarum limites hactenus non deprehensus; scilicet captus fuit in Lapponia Umensi ad Lycksele a me rarius; in Lusensi ad Qvickjock (in floribus Epilobii), sat frequenter a D. *Wahlberg*; in Tornensi ad Muonioniska iterum a me parce; et in alpe Dowre Norwegiæ a D. *Boheman*.

♂♀. Similis prioribus et *H. arctico* in primis confinis; sed lineis thoracis paullo tenuioribus, abdominis fasciis tantum duabus, nec tribus, quarum 2:da multo minori latiusque interrupta, ut et femorum posticorum apice fulvo, certe distinctus. — Frons griseo-albida, macula supra antennas nitida verticeque opaco, nigris. Thorax lineis 2 mediis perspicuis, lateralibus obsoletis parum conspiciendis. Scutellum luteum. Abdominis fasciæ fulvæ, 1:ma e maculis 2 lateralibus magnis trigonis modice distantibus, et 2:da e maculis 2 parvis aut subquadratis, aut subtrigonis latissime remotis, ad marginem

immediate sub fascia 1:ma posita, constant. Alarum stigma, squamæ et halteres ut in *H. arctico*. Pedes nigri, femoribus apice ad 6:tam partem fulvis, tibiis anticis posticisque basi vix ad 3:tiam partem, et intermediis a basi et fere ultra medium, flavis.

2—3. *H. bottnicus*: niger, epistomate convexo albido, vitta media atra; thoracis lineis duabus subangustis, medio interruptis, flavo-grisescentibus; abdomine fasciis subquatuor, angustis, cinereis, subcontinuis, 1:ma anguste interrupta, ad latera dilatata ibique fulvescente; genibus omnibus metatarsisque intermediis albidis; pedum posticorum femoribus parum incrassatis, tibiis fere æque subcurvatis; ventre nigro, basi lateribus albido. ♂♀. (Long. 4 lin.)

Wahlb. in Conspect. Actor. Acad. Holm. 1844. n:o 4. p. 65. ♂♀.

Hab. in floribus Ribis rubri et Salicis glaucæ per Bottniam borealem rarius; circa medium mensis Junii ad Råbäcken et Storsand in paroecia Öfver-Luleå a Prof. *Wahlberg* detectus mihique benigne communicatus.

♂♀. Per colorem obscuriorem et abdominis fascias tenues cinereas subintegras ab omnibus præcedentibus facile dignotus. Frons latiuscula sordide albida, macula supra antennas verticeque nigris. Antennæ fuscæ, seta apice albicante. Os atrum. Thorax breviter fusco-hirsutus, lineis dorsalibus subquatuor, lateralibus obsoletis, duabus mediis medio interruptis. Scutellum obscurum. Abdomen proportione latiusculum, atrum, segmentorum margine apicali nitido. Fasciæ subquatuor angustæ albo-cinereæ, 1:ma modice interrupta, ad latera dilatata ibique flava, in ventre paullo continuata, 2:da et 3:tia bis leniter flexæ, continuæ, medio tantum lineola tenuissima nigra vix separatæ, 4:ta sub margine apicali segmenti 4:ti fere occulta, subinterrupta. Alæ hyalinæ, stigmate nigricante, per

lineolam transversam apice terminato. Squamæ albidæ et albido-ciliatæ. Halteres albidi. Pedes nigri, femoribus apice anguste albidis. Tibiæ basi circiter ad 3:tiam partem albidæ. Metatarsus intermedius fere totus albidus, reliqui ima basi albescentes.

3. *H. trivittatus* 2. p. 679. — Meig. Dipt. 3. 373. 5. ♀. Macqv. Buff. 1. 510. 2. ♂♀. Löw Ent. Zeit. 1846. p. 142. 7. ♂♀.

In Scania etiam ad Esperöd in paroecia Mellby 12—19 Aug. 1846 a Prof. *Wahlberg* lectus.

Obs. Alarum stigma dilutissime flavidum, extus lineola transversa nulla terminatum. Pedum posticorum femora medio crassiuscula, tibiæ ejusdem paris totæ fere æque leniter subcurvatæ.

4. *H. Frutetorum* 2. p. 680. — Löw Ent. Zeit. 1846. p. 147. 9. ♂♀.

(Quoque ad Gryphiam marem 20 Maji et feminam 12 Jun.—6 Jul. collegit D. *Dahlbom.*)

Obs. Alarum stigma nullum. Pedum posticorum femora mox pone medium leniter incrassata, tibiæ ejusdem paris fere totæ æque leniter subcurvatæ. Fasciculus pilorum ferrugineorum nitentium intus ad basin femorum posticorum in omnibus meis individuis masculis adest.

5. *H. lunulatus* 2. p. 681. — Löw, Ent. Zeit. 1846. p. 165. 11. ♂♀.

Etiam in Smolandia ad Skärsjö raro.

Obs. Alarum stigma nullum. Pedum posticorum femora et tibiæ ut in *H. Frutetorum* constructa.

6. *H. transfugus* 2. p. 682. — Löw, Ent. Zeit. 1846. p. 164. 10. ♂♀.

In Smolandia ad Skärsjö etc. quoque observatus.

Obs. Alarum stigma nullum. Pedum posticorum femora et tibiæ ut in *H. Frutetorum* formata. Femora postica superne per totam longitudinem ferruginea, nec nigra.

7. *H. lineatus* 2. p. 682. — Meig. Dipt. 3. 369 (nec 309). 1. Löw, Ent. Zeit. 1846. p. 167. 12. ♂♀.

Etiam in Smolandia vulgaris. (♂ ad Neuenkirchen 20 Maji frequenter, et ♀ ad Moabite prope Berolinum 12 Jul.—6 Aug. parcius, a D. *Dahlbom* deprehensi.)

Obs. Alarum stigma parvum per maculam rotundatam flavidam ad apicem nervi auxiliaris indicatur. Pedum posticorum femora et tibiæ ut in *H. Frutetorum* constructa. Antennæ basi interdum fuscæ l. fusco-testaceæ. Annulus fere in medio femorum posticorum latus, niger, superne integer, inferne sæpissime interruptus notam constantiorem *H. lineatum* ab *H. transfugo* discernendi præbet.

---

73. RHINGIA Scop.

1 *rostrata* Linn. ♂♀. 2. *campestris* Meig. ♂♀.

1. *R. rostrata* 2. p. 684.

In hortis Lundensibus jam 20 Maji parcius obvia, sed iterum Sept. et Octob. frequentius occurrit; in Smolandia rarius. (♂ in Rugia ad Zirkow 6 Jun., et ♀ ad Levenhagen prope Gryphiam Jul. et Aug., a *Dahlbom* capti.)

2. *R. campestris* 2. p. 685.

In Smolandiæ prato Hästeryds äng d. 12 Jun. 1800 utrumque sexum legit beat. *Ljungh.*

(♀ ad Elisenheyne prope Gryphiam 6 Sept. 1844 a D. *Dahlbom* deprehensa.)

Obs. Signaturæ abdominis obscuræ in ♀ minus perspicuæ, in

mortua fere evanescunt; limbus vero abdominis summus semper manet niger.

---

74. BRACHYOPA Hffgg.

Subd. 1. thorace ferrugineo.

*). Seta antennarum distincte plumata.

1 *ferruginea* Fall. ♂♀. 2 *vittata* Zett. ♂♀. 3 *testacea* Fall. ♂♀.

**) Seta antennarum subnuda seu brevissime pubescens.

4 *dorsata* Zett. (*Brach. conica* Meig.?) ♂♀.

Subd. 2. thorace glauco. Antennæ nudæ.

5 *bicolor* Fall. ♂♀. 5—6 *cinerea* Wahlb. n. sp. ♂♀.

1. *B. ferruginea* 2. p. 686.

Etiam in Scania circa Lund rarissime, D. *von Borck*; in Smolandia ad Skärsjö raro; in Ostrogothia ad Winnerstad, D. *Holmgren;* in floribus Salicis glaucæ ad Storsand in paroecia Öfver-Luleå 16 Jun., D. *Boheman.*

2. *B. vittata* 2. p. 687.

In Bottnia boreali ad Råbäcken in paroecia Öfver-Luleå 6—13 Jun., D. D. *Wahlberg* et *Boheman.*

3. *B. testacea* 2. p. 688.

Ad Storsand paroeciæ Öfver-Luleå 16 Jun., *Boheman.*

4. *B. dorsata* 2. p. 689.

In floribus Salicum juxta flumen Lulense in Bottniæ borealis paroecia Öfver-Luleå ex. gr. ad Råbäcken, Storsand etc. 3—16 Jun., D. *Boheman*, Berättelse om en

Resa i Lappland 1843, in Conspect. Actor. Acad. Holm. 1844, n:o 5. p. 95. etc.

5. *B. bicolor* 2. p. 690.

5—6. *B. cinerea* Wahlb.: "plumbeo-cinerea; abdomine nigro; antennis fulvis, seta subnuda; capite, scutello, ano alarumque basi testaceis; pedibus fusco-ferrugineis. ♂♀. (Long. 2½ lin.)"

Wahlb. in Conspect. Actor. Acad. Holm. 1844. n:o 4. p. 65. ♂♀.

Hab. in floribus Ribis rubri ad Räbäcken, paroeciæ Öfver-Luleå, Bottniæ borealis 11 Jun., atque in floribus Salicis glaucæ ad Storsand ejusdem paroeciæ 16 Jun., detecta 1843 a Prof. *Wahlberg*, qui duo tantum specimina legit; mihi numquam obvia, neque a me visa.

♂♀. "*Br. bicolori* affinis, sed paullo minor, antennarum articulo ultimo majori, exacte orbiculari; abdomine nigro, nitido, ano tantum rufescente, coxis posterioribus et basi femorum anticorum interdum cinerascentibus, nervis alarum basi præsertim testaceis, etc., abunde diversa. Pictura thoracis et directio nervorum ut in *B. bicolore* omnino. Vertex limite distincto cinereus. Seta antennarum basi pallida. Abdomen breviter pubescens. Tarsi infuscati. Squamæ et halteres dilute testacea." Wahlb. l. c.

---

75. DOROS Meig.

1 *conopseus* Fabr. ♂♀. 2 *festivus* Linn. ♂♀. 3 *ornatus* Meig. ♂♀.

1. *D. conopseus* 2. p. 691. — *Zell.**), Isis 1842. p. 830. 1. ♂.

---

*) *Dor. conopeus*, ut vult D. *Zeller*.

2. *D. festivus* 2. p. 692. — Macqv. Buff. 1. 550 (nec 350). 2. Zell. Isis 1842. p. 830. 2. ♂♀.

Mares quoque in Norwegia Jul. 1844 legerunt D. D. *Dahlbom* et *Moë.*

3. *D. ornatus* 2. p. 693. — Zell. Isis 1842. p. 830. 4. ♂♀.

Etiam in Smolandia captus; ♂ in Norwegia ad Christianiam Jul., *Dahlbom.*

Obs. 1. Pedum posticorum annulus latiusculus intra apicem femorum, tibiarumque annulus medius angustior, obscuri l. nigri sunt. Femora postica in exemplis Glogaviensibus apice tantum dilute brunnea, nec apice nigra. — Hujus speciei duæ generationes anno exstant, opinante *Zeller.*

Obs. 2. N:o 4. *D. decoratus* Dipt. Scand. 2. p. 694, e numero specierum omnino excludatur, nam specimen, secundum quod diagnosin et descriptionem confeci, ab alio collectore mihi ante plures annos oblatum, jam revisum et propius examinatum, falsum videtur, nempe *Scævæ* capite corpori *Dor. ornati* adaptato et adglutinato.

---

76. SCÆVA Fabr. (*Syrphus* Meig.)

Sect. 1. Corpus latum, ovatum.

1. *Syrphoides* Fall. (*Syrph. oestriformis* Meig.) ♂♀.

Sect. 2. Corpus oblongum, elongatum aut angustatum.

Subdiv. Prima. Abdomen oblongum, ovale etc.; vide Dipt. Scand. p. 696.

A. *Alarum nervus 4:tus longit. paullo curvatus. Scutellum flavicans.*

a.) Oculi nudi.

*. Antennæ ovato-oblongæ, apice subacutæ.

2 *Alneti* Fall. (*Syrph. glaucius* Panz, non Linn.) ♂♀.

**. Antennæ oblongo-ovatæ, apice rotundatæ.

3 *lapponica* Zett. ♂♀.

b.) Oculi hirti.

4 *annulipes* Zett. (var. a. b.) ♂♀. 5 *Pyrastri* Linn. ♂♀. 6 *selenitica* Meig. ♂♀.

B. *Alarum nervus 4:tus longit. rectus etc.* vide Dipl. Scand. p. 696.

α.) Oculi nudi.

Phal. 1. Scutellum pallidum. Caput flavum.

† Fasciæ abdominis simplices.

*). Fasciæ abdominis rectæ, intermediæ non interruptæ.

7 *Grossulariæ* Meig. ♂♀. 8 *Ribesii* Linn. ♂♀. 9 *vitripennis* Meig. ♂♀. 10 *nitidicollis* Meig. ♂♀. 11 *nigritarsis* Zett. ♂. 12 *diaphana* Wahlb. ♂♀. 12—13 *ochrostoma* Zett. n. sp. (*Sc. nitidicollis* Ins. Lapp. et Dipt. Scand. ex parte) ♀. 13 *melanostoma* Zett. ♀. 13—14 *excisa* Zett. n. sp. ♂. 13—14 *abbreviata* Zett. n. sp. (var. a. b.) ♀. 14 *nitens* Zett. ♂? ♀. 15 *bifasciata* Fabr. ♂♀. 16 *lineola* Wahlb. ♂♀. 17 *vittigera* Zett. ♂♀.

**). Fasciæ abdominis rectæ, omnes interruptæ.

18 *sexmaculata* Zett. ♂♀. 19 *relicta* Zett. ♀. 20 *unifasciata* Zett. ♀.

***). Fasciæ abdominis arcuatæ l maculæ utrinque lunulatæ.

21 *lunigera* Meig. ♂♀. 22 *arcuata* Fall. ♂♀. 23 *Corollæ* Fabr. (*Scæva olitoria* Fall.) ♂♀.

††. Fasciæ abdominis duplicatæ seu geminatæ

24 *balteata* Deg. (*Sc. nectarea* Fabr. Fall.) ♂♀.

Phal. 2. Scutellum æneum. Caput metallicum.

25 *hyalinata* Fall. ♂♀.

β.) Oculi hirti.

*. Fasciæ abdominis rectæ.

†. Fasciæ abdominis saltem intermediæ continuæ.

26 *topiaria* Meig. ♂♀. 27 *tricincta* Fall. ♂♀.

††. Fasciæ abdominis omnes interruptæ.

28 *glaucia* Linn. (non Fabr. — *Sc. glauca* Fall. — *Syrph. nobilis* Meig.) ♂♀. 28—29 *mutata* Zett. (*Syrph. glaucius* Fabr. Meig., non Linn.) ♂♀. 29 *albo-striata* Fall. ♂♀. 30 *venusta* Meig. (*Sc. solitaria* Zett. Ins. L.) ♂♀. 31 *hilaris* Zett. ♀. 32 *macularis* Zett. ♂. 33 *tarsata* Zett. ♂♀.

** Fasciæ abdominis arcuatæ l. lunulatæ.

34 *lunulata* Meig. ♂♀. 35 *obscura* Zett. ♂♀.

Subdiv. Secunda. Abdomen angustum, lineare, fasciis rectis. Oculi nudi etc.; vide Dipt. Scand. p. 698.

A. Scutellum flavum. Epistoma album l. flavum. Tarsi simplices. Etc.

*. *Fasciæ abdominis interruptæ, interdum maculares.*

36 *Umbellatarum* Fabr. ♂♀. 37 *lasiophthalma* Wahlb. (*Sc. striata* Wahlb. olim.) ♂♀. 38 *maculicornis* Zett. ♂♀. 39 *triangulifera* Wahlb. ♂♀. 40 *decora* Meig. ♂♀.

41 *guttata* Fall. ♂♀. 42 *arctica* Zett. ♂. 43 *barbifrons* Fall. (an ♂ *Sc. nitidulæ* n:o 61?) ♂.

**. *Fasciæ abdominis mediæ continuæ.*

44 *cincta* Fall. ♂♀. 45 *cinctella* Zett. ♂♀. 46 *auricollis* Meig. ♂. 47 *annulata* Zett. ♀.

B. Scutellum æneum. Epistoma æneum, sæpe albido- l. flavido-pollinosum; etc. vide Dipt. Scand. p. 698.

†. Tarsi marium dilatati; antici feminarum breves, serrati. Oculi nudi.

a. Abdomen interrupte fasciatum l. quadratim maculatum.

α.) *epistomate longe et conice descendente.*

48 *manicata* Meig. ♂♀. 49 *rostrata* Zett. ♂♀.

β.) *epistomate tuberculato, sed nec longe nec conice descendente.*

50 *peltata* Meig. ♂♀. 51 *clypeata* Meig. ♂♀. 51—52 *Scambus* Stæg. n. sp. ♂♀. 52 *ferruginea* Macqv. (Zett. tantum var. a. et b.) ♂♀. 52—53 *immarginata* Stæg. n. sp. (*Sc. ferruginea* var. c. Zett.) ♂. 53 *fulviventris* Macqv. (e Scandinavia exsul). 54 *podagrata* Zett. ♂. 55 *scutata* Meig. ♂♀. 55—56 *latimana* Wahlb. ♂♀. 56 *albimana* Fabr. ♂♀.

b. Abdomen rufum, apice nigro-fasciatum.

57 *Ocymi* Fabr. (*Syrph. lobatus* Meig. ♂) ♂♀.

††. Tarsi in utroque sexu simplices.

58 *Rosarum* Fabr. (*Syrph. noctilucus* Panz. ♂) ♂♀. 59 *transfuga* Zett. ♂♀. 60 *ambigua* Fall. ♂♀. 61 *nitidula* Zett. (an ♀ *S. barbifrontis* n:o 43?) ♀. 62 *mellina* Linn.

(*Syrph. mellarius* Meig.? *Syrph. melliturgus* Meig.?) ♂♀. 63 *scalaris* Fabr. ♂♀. 64 *angustata* Wahlb. ♀.

1. S. *Syrphoides* 2. p. 699.

Etiam in Ostrogothia 1843, D. *Stenhammar*; in Sudermannia ad Åkersbruk, *Aug. Holmgren*.

Obs. Ad citationem Meigeni stat: Dipt. 3. 350. 6., sed lege: Dipt. 3. 315. 60.

2. S. *Alneti* 2. p. 700.

Qvoque in Bottnia boreali ad Storsand in paroec. Öfver-Luleå, *Boheman*.

Obs. 1. Scutellum flavum, fusco-villosum.

Obs. 2. Var. b. ♂ in Scania quoque ad Lund inventa, scilicet d. 15 Aug. 1843 a D. *von Borck*, atque in foliis Coryli horti mei proprii 21 Sept. 1848 a me, capta.

3. S. *lapponica* 2. p. 701. — Syrphus lapponicus Stæg. Grönlands Antliater in Kröjers Naturhistor. Tidsskrift 1845. p. 360. 28. ♀. var.

♂♀ etiam in Bottnia boreali ad Råbäcken et Storsand paroeciæ Öfver-Luleå Jun. et Aug. 1843 non parce, D. D. *Boheman* et *Wahlberg*.

Obs. 1. Var. minor circa Hafniam æstate 1843 quoque lecta, testante *Stæger*. — Varietas alia: abdomine nigro immaculato in Bottnia ad Storsand, a *Boheman* in "Berättelse om en Resa i Lappland 1843" refertur; et tandem var. feminea: thorace coerulescenti-nigro et pedibus paullo obscurioribus, Stæg. l. c.

Obs. 2. A Sc. *Pyrastri* differt, præter notas in descriptione allatas, etiam oculis nudis.

4. S. *annulipes* 2. p. 702.

Var. a. ♂. in Scania ad Esperöd in paroecia Mellby a D. *Fritz Areschoug* etiam rarissime capta; uterque sexus varietatum a. et b. ad Storsand Bottniæ borealis

Aug. 1843 deprehensus mecumque per D. *Andersson* communicatus.

5. S. *Pyrastri* 2. p. 703.

In Smolandia quoque copiose obvia. (Ad Rixdorff et Moabite prope Berolinum in utroque sexu mense Jul. 1842 a D. *Dahlbom* non parce observata. E Melita a D. Doct. *Schembri* 1846 missa).

6. S. *selenitica* 2. p. 704. — *Syrphus* idem Zell. Isis 1842. p. 829. 12.

(E Melita a D. *Schembri* communicata).

Obs. Larvæ virescentes lineis flavis in Betula a D. *Zeller* frequenter inventæ. Imagines jam Aprili et Majo in Glogavia lectæ. In Scandinavia multo serius proveniunt.

7. S. *Grossulariæ* 2. p. 706.

Feminas etiam e Storsand Bottniæ borealis obtinui. — Larvæ aphidivoræ sunt.

8. *Ribesii* 2. p. 707.

(Feminæ ad Putbus Rugiæ 31 Maji et ad Elisenheyne prope Gryphiam 6 Sept. a D. *Dahlbom* deprehensæ.)

Obs. Var. ♂. macula supra antennas magna fere totum frontis anticum occupante, annuloque tibiarum posticarum medio, nigris, in Scania ad Esperöd a D. *Areschoug* inventa. Individua feminea quoque occurrunt femoribus posticis a basi ad medium nigris, qualia in Smolandia a *Ljungh* frequenter collecta fuerint.

9. S. *vitripennis* 2. p. 708.

In Scania quoque ad Esperöd ♀ ab *Areschoug* 1847 reperta. (Uterque sexus in hortis Gryphicis et ad Zirkow in Rugia Jun. Jul. Sept. a D. *Dahlbom* deprehensus.)

Obs. Vertex niger. Frons griseo-albido-pollinosa, quæ pictura antice (supra antennas) terminatur per signaturas tridentatas nigro-brunneas. Hæ signaturæ per vittam longitudinalem mediam postice attenuatam cum nigredine verticis in ♀ connectuntur. Scutellum obscure pilosum. Tarsi anteriores in utroque sexu sæpissime toti luteo-flavi, postici nigri, metatarso subtus brevissime ferrugineo-hirsuto.

10. *S. nitidicollis* 2. p. 709. — Zett. Ins. Lapp. ex parte, excluso specimine Lyckselensi, quod *Scæva ochrostoma* n:o 12—13 hodie audit.

Etiam in Bottnia boreali ad Råbäcken, capta.

Obs. Punctum in angulo emarginaturæ epistomatis (præcipue in ♀) et genæ nigro-brunnea. Frons in fundo nigra, albido-pollinosa, antice transversim determinate rufo-flava, (in ♀ macula trigona denudata nigra nitida per angulum acutum cum vertice nigro connexa.) Prælabrum nigrum. Scutellum flavum, nigro-pilosum, pilis in limbo pallidis. Pedes flavi, coxis nigris, femoribus ima basi sæpe brunneo-maculatis. Tarsi anteriores toti pallidi, postici lutei l. ferruginei, articulis 4 ultimis superne brunnescentibus.

11. *S. nigritarsis* 2. p. 710.

Obs. Nigredo frontis dense atro-pilosæ non usque ad radicem antennarum extenditur; hinc etiam a *Sc. melanostomate* n:o 13 diversa. Scutellum nigro-pilosum.

12. *S. diaphana* 2. p. 711.

Etiam in Scania ad Esperöd ♂ ab *Areschoug* captus.

12—13. *S. ochrostoma:* thorace æneo, nitido, ferrugineo-pubescente, lateribus scutelloque pallidis et pallide hirsutis; abdomine atro, fasciis 4 rectis, prima interrupta, reliquis postice leniter emarginatis pedibusque totis, flavis; antennis luteis, seta obscura; alis hyalinis, stigmate flavicante; fronte nigro-ænea, antice determina-

te, epistomateque toto cum genis et peristomio, flavis. ♀. (Long. fere 4 lin.)

Scæva nitidicollis Zett. Ins. Lapp. 602. 13. et Dipt. Scand. 2. 709. 10, ex parte, nempe specimen femineum e Lycksele.

Hab. in Lapponia Umensi rarissime, ad pagum Lycksele d. 20 Jun. 1832 individuum unicum inveni; alterum in Scania ad Räften prope Lund captum.

♀. Similis *Sc. nitidicolli* et *diaphanæ*, sed a priori genis flavis, nec nigricantibus, scutelli disco pallido-, nec nigro-piloso, et a posteriori thorace nitido, nec opaco, pedibus totis flavis, nec tarsis posticis fuscis, antennis luteis, nec nigris, ut et frontis nigredine media lateribus ita dilatata, ut ad oculos usque extendatur, differt. — Frons latiuscula cum vertice æneo-nigra, macula utrinque albido-pollinosa; antice late et determinate rufo-flava. Antennæ ut in *S. nitidicolli*. Epistoma ante oculos distincte prominens, totum fulvo-flavum, nitidum. Genæ concolores, striga l. puncto sub oculis brunnea. Prælabrum et proboscis nigra. Abdominis fasciæ flavæ modice latæ, 1:ma interrupta, 2 et 3 postice leniter, 4:taque distincte, emarginatæ. Pedes toti cum tarsis flavi, coxis anticis basi, posticisque totis, dilute brunneis. Femora anteriora subtus modice longe albo-pilosa.

Obs. E Glogavia a D. *Zeller* specimen femineum missum possideo, quod huic valde simile, sed magnitudine paullo majori, frontis margine antico nonnihil angustius flavo, genis flavis omnino immaculatis, et tandem tarsis posticis totis nigricantibus, eorum articulo tantum primo subtus luteo, differt.

13. *S. melanostoma* 2. p. 711.

Etiam in Ostrogothia ad Gusum ♀ capta, *Wahlberg.*

Obs. Nigredo frontis antice ita est dilatata, ut fere totam frontis superficiem usque ad radicem antennarum occupet (nota priva), relicta tantum in summo margine antico linea valde angusta inæqvali flava. Angulus in emarginatura epistomatis

flavus, vix brunneo-maculatus. Genæ nigræ, nigredine in epistomatis latera inferne interdum usque ad altitudinem aperturæ assurgente. Prælabrum nigrum.

13—14. S. *excisa:* thorace æneo, nitido, ferrugineo-pubescente, scutello pallido et pallide hirsuto; abdomine atro, fasciis 4 modice latis, 1:ma interrupta, reliquis postice perspicue emarginatis, pedibusque totis, flavis, coxis nigris, tarsis posticis superne fuscis; antennis fulvis, seta obscura; alis hyalinis, stigmate cinereo; fronte ænea, margine antico mediocriter late determinate flavo; epistomate flavo, genis æneo-nigris. ♂. (Long. $3\frac{1}{2}$ lin.)

Hab. in Lapponia rarius; e collectione a D. *Andersson* sub itinere ejus in Lapponiam Lulensem 1843 facta mihi missa; in Lapponia Umensi ad Lycksele etiam a me semel deprehensa.

♂. Frons antice modice late et determinate flava, antennæ fulvæ, genæ æneo-, vel obscure cærulescenti-nigræ, thorax nitidus, scutellum pallide pilosum, abdominis fasciæ rectæ et 3 ultimæ postice sat profunde emarginatæ, et denique pedes fere toti flavi, speciem ab affinibus et imprimis a *Sc. ochrostomate*, cui proxime accedit, distingvunt. Vertex niger. Frons ante oculos connexos macula late transversa trigona subcærulescenti-nigra, sat dense nigro-hirsuta ornata, margine apicali modice late flavo-fulvo. Antennæ mediocres, fulvæ, seta nigra l. fusca. Epistoma flavum; peristomio summo margine interdum dilute brunnescente. Prælabrum et proboscis obscura. Genæ obscure cærulescentes, nitidæ. Thorax supra alas vitta parva abbreviata flava. Abdominis fasciæ 4 flavæ rectæ, 1:ma e maculis trigonis, angulo acuto intus versis, reliquæ postice distincte emarginatæ, omnes ad latera extensæ. Alæ hyalinæ, nervis 3 et 4 longitudinalibus rectis, parallelis, eoque, qui

aream discoidalem 1:mam terminat, fere etiam recto. Pedes fulvo-flavi, coxis omnibus nigricantibus. Femora anteriora subtus pilosa, ima basi nigricantia. Tarsi postici superne leniter et dilute infuscati.

13—14. *S. abbreviata:* thorace æneo, nitido, ferrugineo-pubescente, scutello pallido et pallide hirsuto; abdomine atro, fasciis 4 latiusculis subundulatis, 1:ma interrupta, reliquis postice emarginatis, 2:da et 3:tia vix ad marginem lateralem extensis, pedibusque flavis; coxis totis et femoribus basi nigris, tarsis apice fuscis; antennis fuscis, superne nigricantibus; alis hyalinis, stigmate cinereo; fronte ænea, margine antico sat determinate flavo, genis æneo-nigris. ♀. (Long. normaliter circiter 3 lin.)

Hab. in Lapponiis passim parcius; in Lapponia nempe Lulensi a D. *Andersson* lecta mecumque in pluribus speciminibus communicata; in Lapponia Umensi raro, ipse. (E Glogavia a D. *Zeller* individuum femineum descriptæ simillimum, tantum paullo majus obtinui.)

♀. Similis priori, sed ejus femina non est, nam præter magnitudinem nonnihil minorem (atque differentiam sexualem) differt etiam fronte antice paullo latius flava, antennis obscurioribus, fasciis abdominis aliter constructis et minus extensis, alarum nervis 3 et 4 longitudinalibus non exacte parallelis, et transverso, qui aream discoidalem terminat, magis flexo, ut et femoribus basi nigris. Frons modice lata, obscure ænea, nitida, non pollinosa, antice flava. Antennæ obscuræ, subtus lutescentes, seta nigra. Peristomium anguste brunneum. Genæ obscure metallice nitentes. Thorax et scutellum ut in *S. excisa*. Abdomen atrum, nitidum, nudum, fasciis 4 flavis opacis, harum 1:ma e maculis 2 transversim ovalibus, modice remotis, marginem lateralem leniter tangentibus conflata, 2:da et 3:tia subrectæ, postice late emarginatæ (unde singula earum

subtus bis convexa), ad latera angulo tantum superiori marginem attingentibus, nec ad summum extensis, 4:ta in segmento 5:to postice profundissime emarginata, ad latera dilatata et ad marginem summum extensa, ita ut hæc fascia totum fere segmentum 5:tum occupet, relicta solum macula trigona nigra in medio. Margo apicalis segmenti 4:ti sæpe quoque tenuiter flavescit. Venter flavus, macula in singulo segmento (excepto ultimo) media nigra. Pedes flavi, coxis, trochanteribus totis, et femorum anteriorum basi ad 5:tam l. 6:tam partem, nigris. Femora postica quoque ima basi nigra. Tarsi anteriores leniter infuscati, metatarsis luteis; postici superne fusci.

Var. b. ♀. femoribus posticis annulo medio angusto fusco cum varietate a rarissime.

14. *S. nitens* 2. p. 712.

Obs. Femina: frons posterius sensim angustata, vertice quam solito angustiori. In epistomate rudimentum lineæ brunneæ, parum ultra medium assurgentis. Scutellum nigro-pilosum.
Mas. Simillimus omnino feminæ descriptæ, et tantum differt: fronte ante oculos connexos tota flava, nigro-pilosa, punctis 2 obliqvis brunneis supra antennas, abdominis fasciis flavis intermediis subundulatis, antice posticeque paullo emarginatis, tarsorum posticorum articulis 2, 3 et 4 brunneis et vix vestigii annuli medii in tibiis posticis; verosimiliter hujus. In Lapponia Umensi ad Lycksele semel captus.

15. *S. bifasciata* 2. p. 713.

16. *S. lineola* 2. p. 714.

Etiam in paroecia Öfver-Luleå ad Råbäcken, D. *Boheman.*

Obs. In litteris admonuit D. *Stæger* hanc et *Sc. annulatam* (p. 744 n:o 47) certe, ut Ille putat, ad eandem pertinere speciem. Sed per magnitudinem paullo majorem, antennas nonnihil obscuriores, thoracem subopacum, nec nitidum, alarum stigma nigricans, nec pallescens, et præcipue pedes ad majo-

rem partem nigros, nec e majori parte flavos, mihi videntur *S. lineola* et *S. annulata* satis superque esse distinctæ. Pedes nempe nigri, in ♂ anterioribus genibus tibiarumque basi flavis; in ♀ anterioribus flavis, coxis totis femoribusque basi (ad 3:tiam partem) nigris, tarsis fuscis, metatarsis flavidis, geniculis posticis anguste rufis. (C:fr præterea *Sc. annulata.*)

17. *S. vittigera* 2. p. 715.

Obs. 1. Valde similis *S. annulatæ* p. 744 n:o 47; sed magnitudine paullo majori, epistomatis lineola media nigra sub antennis abbreviata, nec usque ad radicem earum extensa, alarum stigmate cinereo, nec pallescente, ut et femoribus posticis nigris, apice tantum flavis, nec flavis annulo medio tantum nigricante, mihi diversa videtur. — Marem etiam e Lapponia Lulensi a D. *Andersson*, et feminam ex Uleåborg Finlandiæ a D. *Nylander* obtinui.

Obs. 2. "Specimen femineum, pedibus fere totis flavis, tantum posticorum femorum tibiarumque annulo medio fusco," quod in *observatione* sub *S. vittigera* (pag. 715) retuli, *S. annulatæ* certe subjiciendum.

18. *S. sexmaculata* 2. p. 716.

In Bottnia boreali ad Råbäcken paroeciæ Öfver-Luleå 6—13 Jun. quoque capta, *Boheman.*

19. *S. relicta* 2. p. 716.

20. *S. unifasciata* 2. p. 717.

Obs. In abdominis segmentis mediis sæpe adsunt ad latera maculæ ferrugineæ fasciam interruptam indicantes.

21. *S. lunigera* 2. p. 718.

Marem e Smolandia, et feminam e Dyrhaven Hafniæ a D. *Dahlbom*, etiam obtinui.

22. *S. arcuata* 2. p. 719.

In Bottnia boreali et ad Christianiam Norwegiæ quoque lecta.

23. *S. Corollæ* 2. p. 720.

(♂ e Melita a D. *Schembri* missus; feminæ in hortis Gryphicis 6 Jun.—Sept. a D. *Dahlbom* frequenter observatæ.)

Obs. ♂♀. Frons flava versus anticum nigro-pilosa. Epistoma in emarginatura antica plerumque puncto nigro-brunneo, quod interdum elongatur in lineam brunneam nasum transientem. — Variat rarius (in mortua) antennis totis luteis.

24. *S. balteata* 2. p. 721.

(Uterque sexus in hortis Gryphicis Jul.—Sept. 1843, et 1845 a *Dahlbom* copiose deprehensus; etiam e Melita 1846 a *Schembri* communicata).

Obs. 1. ♂♀. Variat abdominis lineola transversa nigra inscripta interdum leniter interrupta. Variat quoque femoribus (raro etiam tibiis) posticis in medio superne plus minus late infuscatis. — Præterea feminas antennis superne et apice nigricantibus sæpe legi. Denique specimina feminea fere duplo minora pedibus fere totis obscuris Lundæ in horto proprio versus autumnum vidi.

Obs. 2. E pupa conica lævi alba dorso strigis fuscis, foliis Brassicæ oleraceæ adglutinata, imaginem varietatis a. seu genuinæ egredientem initio mensis Octobris in hortis Lundensibus sæpe observavi.

25. *S. hyalinata* 2. p. 722.

In Ostrogothia etiam ad Winnerstad, D. *A. Holmgren.*

26. *S. topiaria* 2. p. 723. — *Syrphus topiarius* Stæg. Grönlands Antliater in Kröjers Naturh. Tidsskrift 1845. p. 360. 26.

Etiam in Scania ad Esperöd, et ♀ ad Lund in horto proprio 21 Sept. 1848 non parce; in Smolandia; ♂ in Dyrhaven Hafniæ Jul. 1844, *Dahlbom*; in Bottnia boreali ad Bredåker in paroęcia Öfver-Luleå 14 Jun. 1843,

Bohemau. (♂ ad Neuenkircken prope Gryphiam 20 Maji 1842, *Dahlbom.*)

27. *S. tricincta* 2. p. 724.

(E Lubeca a D. *Jac. Behrens* ♀ var. a. 1843 accepi.)

Obs. ♂♀. Frons nigro-villosa. Scutellum fusco-pilosum. Nervi longitudinales 3 et 4 versus apicem leniter approximatis, ad ipsum apicem iterum paullo divergentes, similiter ac in multis antecedentibus speciebus.

28. *S. glaucia* 2. p. 725.

Var. a. et b. etiam in Smolandia ad Skärsjö inventæ. (E Dalmatia a D. *Kahr* quoque missa.)

28—29. *S. mutata:* thorace æneo, opaco, scutello concolore; capite flavo; abdomine atro, fasciis 3 angustis, subinterruptis, glaucis, 1:ma lata; antennis pedibusque nigris, genibus anterioribus pallidis; alis hyalinis, stigmate nigro. ♂♀. (Long. 4 lin.)

Syrphus glaucius Fabr. Ent. Syst. 4. 304. 97. (exclus. syn. Linn.) — *Eristalis glaucius* Fabr. Antl. 243. 49. — *Syrph. glaucus* Meig. Dipt. 3. 315. 61. ♂♀. (exclus. syn. Linn., quod ad *Scævam glauciam* nobis n:o 28 pertinet.)

Hab. in Dania; ex Hafnia a D. *Stæger*, qui utrumque sexum in Umbellatis collegit, masculus sub nomine: *Syrphus confusus*, mecum communicatus fuit.

♂. Magnitudo, statura et summa *S. glauciæ* affinitas, et præsertim ejus var. a.) simillima, sed scutello æneo, nec flavo, et pedibus e maxima parte nigris, sine dubio distincta. Antennæ cum seta totæ nigræ. Frons flava, nigro-pilosa, macula supra radicem antennarum fusca. Vertex niger. Epistoma albido-flavum, ad latera tenuiter nigro-hirtum, linea media brunnea non usque ad antennarum basin extensa; angulo inferiori ad genas nigro. Genæ et occiput cinerea. Oculi hirti.

Thorax ænescenti-niger, opacus, humeris concoloribus; superne disco nigro-, limbo brunnescenti-griseo-hirsutus. Pectus obscure schistaceum, pallide hirsutum. Scutellum æneo-nigrum, opacum, griseo-pilosum, margine apicali glauco-ænescente, nitido. Abdomen omnino ut in *Sc. glauciæ* variet a. formatum et pictum. Alæ, squamæ et halteres etiam ut in illa. Pedes nigri, anteriorum femoribus apice circiter ad qvartam partem flavis, et tibiis eorundem parium etiam flavis, anticis nempe ad 3:tiam partem, et intermediis fere ad medium.

♀ mari similis, oculis remotis, fronte vitta media brunnea.

29. *S. albo-striata* 2. p. 727. — *Syrphus* idem Zell. Isis 1842. p. 882. 11.

Etiam in Smolandia. (Ad Rixdorff prope Berolinum, D. *Dahlbom.*)

Obs. Larvæ planæ, cinereæ, marmoratæ, in truncis junioribus Betulæ (supra corticem albam) extensæ, in medio Novembris a D. *Zeller* inventæ.

30. *S. venusta* 2. p. 728.

Var. a. etiam in Smolandia, at rarissime.

Obs. Var. b. antennas obscuras habet.

31. *S. hilaris* 2. p. 729.

Obs. Scutellum pallide hirtum. Abdominis fasciæ 2 et 3 angustiores.

32. *S. macularis* 2. p. 730.

Obs. ♂. Oculi tenuissime hirti. Variat antennis subtus tibiarumque posticarum basi lutescentibus; variat quoque abdominis fasciis 2 et 3 fere continuis postico profunde emarginatis. Hæ varietates cum var. a. in Bottnia boreali ad Råbäcken Junio lectæ.

33. *S. tarsata* 2. p. 730. — *Syrphus* idem Stæg. Grönlands Antliater in Kröyers Naturh. Tidsskrift 1845. p. 360. 27. ♂♀.

♂♀ etiam in Bottn. boreali ad Råbäcken paroeciæ Öfver-Luleå 6—13 Jun. 1843 deprehensi, D. *Boheman.*

Obs. In descriptione hujus speciei p. 731 exstat: segmenta analia anguste flavo-maculata, lege: segmenta analia anguste flavo- marginata.

34. S. *lunulata* 2. p. 731.

Qvoque in Smolandia. (Ad Neuenkirchen ♂ 20 Maji, D. *Dahlbom.)*

35. S. *obscura* 2. p. 733.

Var. b. ♂ in Scania (*Möller*) et Smolandia quoque rarius inventus, atque e Dania (ad Hafniam captus) etiam in unico exemplo a D. *Stæger* nuper missus; tandem uterque sexus e mense sub itinere in Lapponiam Lulensem 1843 a D. *Andersson* facta mecum communicatus.

Obs. Antennæ nigricantes l. nigræ. Scutellum fusco-villosum. Thorax in illæsis lineolis 2 cinereis præsertim in variet. b.

36. S. *Umbellatarum* 2. p. 734.

Var. b. et c. etiam in Smolandia occurrunt.

Obs. Thorax etiam in ♂ potius nitidus, quam opacus dicitur.

37. S. *lasiophthalma* 2. p. 735.

Etiam ad Säfvar Norrlandiæ ad finem Maji 1843 a D. *Boheman* visa.

Obs. 1. Qvoque ♂: oculis cohærentibus, alarum stigmate nigricante, abdominis fasciis flavis paullo latioribus, maculiformibus, e Bottnia boreali a D. *Andersson* accepi.

Obs. 2. Specimina hujus speciei, quæ *Sc.* 6-*striata* olim a D. *Wahlberg* vocata fuit, etiam circa Hafniam tempore vernali occurrunt, teste D. *Stæger.*

38. S. *maculicornis* 2. p. 736.

♂ quoque non solum Lundæ in horto proprio 2 Sept. 1848 lectus, verum etiam ex Hafnia 5 Aug. 1843 a D. *Stæger* missus.

Obs. Individuum masculum e Svecia media obtinui: capite toto flavo, frontis nempe macula epistomatisque tuberculo non nigris recedens, in ceteris cum var. a. omnino conveniens.

39. *S. triangulifera* 2. p. 737.

40. *S. decora* 2. p. 738.

Etiam in Bottnia boreali ad Råbäcken, 6—13 Jun., Prof. *Boheman.*

41. *S. guttata* 2. p. 739.

Obs. diagnosi adde: antennis nigris.

Qvoque in Bottnia boreali ad Storsand Aug. obvia, *Boheman.* (E Lubeca a D. *Behrens* ♀ obtinui).

42. *S. arctica* 2. p. 740.

Etiam in Bottniæ borealis paroecia Öfver-Luleå ad Råbäcken et Storsand 6—16 Jun. 1843, D. *Boheman.*

43. *S. barbifrons* 2. p. 740.

Qvoque e Smolandia specimen masculum obtinui.

Obs. Volente D. *Stenhammar*, est *Sc. barbifrons* ♂ et *Sc. nitidula* n:o 61 ♀ ejusdem speciei.

44. *S. cincta* 2. p. 741.

45. *S. cinctella* 2. p. 742.

Obs. Hæ duæ species, *S. cincta* et *cinctella*, per notas allatas mihi satis superque distinctæ videntur. Inter has notas discernentes: frontem antice flavam immaculatam, antennas totas luteas et scutellum flavum flavo-villosum, pro priori (*S. cincta*), et: frontem supra antennas macula obscura, antennas luteas superne nigricantes, et scutellum flavum perspicue fusco-villosum, pro posteriori (*S. cinctella*), numero. *S. cincta*

plerumque quoque præcocior, *S. cinctella* serior, æstate nempe et versus autumnum sæpius viget. Illa tandem in Scandinavia meridionali frequenter, in boreali rarissime, hæc vero contra in Scandinavia septentrionali ubique vulgariter, in Scandinavia meridionali parcissime occurrit.

46. S. *auricollis* 2. p. 743.

47. S. *annulata* 2. p. 744.

Hab. etiam in Ostrogothia ad Häradshammar, D. *Stenhammar*; in Lapponia Lulensi raro deprehensa; in horto Stægeriano Fredriksberg ad Hafniam 28 Maj.—5 Jun. haud raro capta a Possessore, qui specimina mihi communicavit. (Ex Uleåborg Finlandiæ a D. *Nylander* 1844 missa).

Obs. S. vittigeræ p. 715 n:o 17 valde accedit, sed magnitudine minore, epistomatis vitta nigra integra, usque ad antennarum basin plerumque (non semper) perspicue continuata, alarum stigmate cinereo-flavicante, et constanter pedibus fere totis flavis, tantum coxis omnibus nigris, et posticorum femoribus annulo medio modice lato, tandemque tibiis et tarsis apice fuscis, recedit. Cum *S. lineola* (16), quæ duplo major est, et thoracem subopacum, nec nitidum, pedes multo obscuriores etc. habet, vix confundenda.

48. S. *manicata* 2. p. 745.

Obs. Scutellum fusco-pilosum. Thorax in illæsis individuis dorso vittis 3 nitentibus (in ♀ sat perspicuis), in detritis vero totus subnitens, lineis 3 brunnescentibus duabusque cinerascentibus, omnibus tamen obsoletis; hinc etiam dignoscitur a *S. rostrata* (49), cujus thorax metallicus nullis signaturis gaudet.

49. S. *rostrata* 2. p. 746.

Qvoque ex Hafnia ♀ a D. *Stæger* communicata.

Obs. Scutellum fusco-pilosum. Thorax dorso undique æneus nitidus, non lineatus.

50. *S. peltata* 2. p. 747.

♂♀ etiam in Smolandia frequenter; in Lapponia Lulensi; in Norwegia ad Christianiam, D. *Moë*. (♀ ad Eldena prope Gryphiam 28 Maji, et ad Zirkow Rugiæ 6 Jun. 1842, a D. *Dahlbom* capta; e Lubeca a D. *Behrens* 1843 missa).

51. *S. clypeata* 2. p. 748.

sub hac duæ sequentes latent species, quas ita distingvo:

S. clypeata: ænea, nitida, abdomine atro, bis tribus aut quatuor maculis quadratis rufo-flavis; pedibus flavo-luteis, posticis in utroque sexu femorum tibiarum tarsorumque annulo nigro, anterioribus in ♀ immaculatis, nudis, simplicibus, in ♂ femoribus anterioribus latere postico fusco-villosis, anticorum femoribus latere postico vitta nigra, tibiis apice metatarsisque dilatatis albidis, intermediorum femoribus basi, tarsorumque articulo ultimo nigricantibus; antennis (♂♀) atris; in ♂ alis brunnescentibus anoque æneo. ♂♀. (Long. circiter 3 lin.)

Mas: frons supra oculos cohærentes trigona æneo-nigra subopaca, nigro-hirsuta. Abdomen lineare nigrum, bis tribus maculis subquadratis fulvis, harum 1:mi paris (in segmento 2:do) minoribus rotundatis, 2:di et 3:tii paris (in segmentis 3 et 4) magis longis quam latis; segmenta: 5:tum l. æneum nitidum l. lateribus flavo-nitens, 6:tum parvum totum æneum nitidum. Alæ brunnescentes, in individuis minoribus magis hyalinæ. Pedes fulvo-flavi, coxis nigris; antici: femoribus latere posteriori sat crebre fusco-pilosis, et vitta angusta utrinque abbreviata nigra, tibiis fulvis, dimidietate apicali sensim dilatata albida, tarsis flavis, articulo 1:mo modice dilatato albido-flavo, reliquis etiam nonnihil latis; intermedii: femoribus basi plus minus late, raro usque ad medium, nigris, la-

tere posteriori fusco-villosis, tibiis intus ciliatis, tarsorum articulo ultimo fusco; postici: femoribus subtus parce pilosis tibiisque nudis annulo medio latissimo nigro ornatis, tarsis articulo 1:mo subincrassato fere ad apicem, 4:to et 5:to totis, nigricantibus.

Fem.: caput nigro-ænescens, nitidum, leniter griseo-pollinosum, vertice, macula frontis supra antennas tuberculoque epistomatis denudatis nigris nitidis. Oculi modice distantes. Abdomen lineari-oblongum, atrum, maculis bis quatuor fulvis, 1:mi paris (in segmento 2:do) modice magnis subtrigonis, 2:di et 3:tii paris (in segmentis 3 et 4) quadratis, 4:ti paris (in segmento 5:to) fasciam in medio angustatam et anguste interruptam constituentibus, ano nigro. Venter totus fulvus. Alæ hyalinæ. Pedes simplices, fulvi, nudi, coxis et trochanteribus nigris, tarsis leniter dilatatis; postici femorum tibiarumque annulo medio angusto, metatarsis robustis fere ad apicem, tarsorumque articulis 2 ultimis totis, nigris.

Zett. Ins. Lapp. 606. 1. 31. ♂. Dipt. Scand. 2. 748. 51. ♂♀. ex maxima parte. — *Syrphus clypeatus* Meig. Dipt. 3. 335. 90. ♂♀. forte eadem, licet quoad picturam pedum paullo discrepet. — Macqv. Buff. 1. 547. 44. ♂♀. Löw Bemerk. 1840. 34. 21. ♂♀. — *Scæva albimana* var. Fall. Syrphici 46. 19.

Hab. in pratorum fruticibus etc. vide Dipt. Scand. l. c. — Præterea etiam capta in Lapponia Lulensi a D. *Andersson;* in Dania ad Dyrhaven 1844 a D. *Dahlbom.* (In Germania ad Gryphiam, Eldenam, Elisenheyne, Putbus, Neuenkirchen, Stetinum etc. 15—20 Maji et iterum Septembri frequenter a *Dahlbom* observata).

♂♀. Vestitus et pictura pedum, ut et brunnedo alarum in ♂, speciem ab affinibus designant. Antennæ cum seta atræ, e latere et probe inspectæ superne lenissime angulatæ videntur. Facies neque multo exserta, neque grosse tuberculata. Os nigrum. Abdominis segmentum 1:mum ænescens. Nigredo cru-

ciata (abdominis linea dorsali et incisuris) sat lata. Nervi longitudinales 3 et 4 paralleli, ad ipsum marginem alæ costalem apicibus paullo divergentes, nervus, qui aream 1:mam terminat, sat perspicue inflexus. Stigma flavidum. (C:fr etiam descriptio *S. clypeatæ* in Dipt. Scand. l. c.). Cum *S. angustata* n:o 64, cui pictura pedum posticorum congruit, sed magnitudine duplo majori et colore corporis æneo, nec cærulescente, facile dignoscitur, non confundenda.

Var. b. ♀. simillima var. a., sed femoribus posticis annulo medio nigro nullo. — In Scania ad Lund et in Westrogothia ad Sparresäter rarissime lecta. (Etiam ad Gryphiam cum var. a. eam D. *Dahlbom* deprehendit).

Obs. Specimen hermaphroditicum hujus speciei invenit D. *Wahlberg;* vide Conspect. Actor. Acad. Holm. 1847. n:o 3. p. 100.

51—52. *S. Scambus:* ænea, nitida, abdomine atro, bis tribus aut quatuor maculis subquadratis rufo-flavis; pedibus flavo-luteis, posticis femorum, tibiarum tarsorumque annulo nigro, anterioribus immaculatis, in ♂ pedum anticorum femoribus latere postico longe et parce pilosis, tibiis apice metatarsisque dilatatis albidis; in ♀ pedibus anticis nudiusculis, simplicibus; antennis (♂♀) atris; alis in ♂ dilute brunnescentibus abdominisque articulo ultimo æneo. ♂♀. (Long. circiter 3 lin.)

Syrphus Scambus Stæg. in litt. 14 Jun. 1848. — *Scæva clypeata* Zett. Dipt. Scand. 2. 748. 51 ex parte.

Hab. in Scandinavia rarius; scilicet in Dania, ubi a D. *Stæger* jam 1842 in utroque sexu inventa mecumque communicata; in Scania ad Lund in horto proprio Jul. 1848 rarissime; in Smolandia ♂ semel; in Jemtlandia boreali ad Mulfjellet 27 Jul. 1840 unicum marem unicamque feminam deprehendi, tunc temporis cum *S. clypeata* a me commixtos; in Lapponia Umensi ad Lycksele parce.

♂♀. A *Sc. clypeata*, cui valde similis, differt *mas*: alis paullo dilutius brunnescentibus, pedibus anterioribus rufo-flavis, immaculatis, et præcipue femoribus anticis latere postico setis 5 l. 6 rectis fuscis, nec femoribus eisdem latere postico villosis. Sæpe etiam paullo minor. *Femina* a femina prioris ægre dignoscitur, et, quantum observare licuerit, parum discrepat, sed individua in societate cum mare (non in copula) capta ad hanc speciem numero. — Nigredo abdominis cruciformis in utroque sexu forte paullo angustior, quam in *S. clypeata*, hinc quoque maculæ laterales fulvæ (etiam 1:mi paris) fere dimidio longiores, quam latæ. *Mas:* pedibus anterioribus fulvo-flavis, coxis omnibus nigris. Tarsi antici subtus macula fusca. Tibiæ intermediæ nudæ leniter flexuosæ, tarsis totis flavis, nec articulo ultimo nigro. Pedes postici nigri, femoribus basi, geniculis late, tibiarumque apice, fulvis; tarsis jam totis nigricantibus, jam sæpius articulis 2 et 3 luteis, metatarsis modice incrassatis. *Femina:* pedibus totis rufo-flavis, coxis omnibus nigris; posticorum femoribus tibiisque annulo medio angusto, metatarsisque fere ad apicem articulis 2 ultimis, nigricantibus l. fuscis.

52. *S. ferruginea* 2. p. 749. — in diagnosi addetur:

maris femoribus anticis latere posteriori fusco-villosis, tarsorum intermediorum articulo ultimo nigro; alis in utroque sexu subyalinis, stigmate cinereo.

Hab. var. a. in Scania ad Näsbyholm; in Smolandia ad Skärsjö (♂); in Gottlandia; in Uplandia ad Holmiam, D. *Wahlberg;* in Dania (mense Junio), D. *Stæger;* (etiam ad Gryphiam, et ad Rixdorff prope Berolinum in utroque sexu Jun. Jul. 1843 a D. *Dahlbom* lecta); var. b. ♀. in Ostrogothia ad Jonsberg, D. *Stenhammar*, et in Gottlandia ad Stenkyrka, ipse, rarius.

Obs. 1. Præter ea, quæ in descriptione hujus speciei l. c. attu-

lerim, sequentia addantur, ut *S. ferruginea* a *S. immarginata* rite dignoscatur, nempe

mas: femora antica extus per totam longitudinem dense griseo-villosa; tibiæ ejusdem paris subtus ad basin lineola abbreviata nigra; tarsorum anticorum articuli 1 et 2 subtus puncto brunneo; pedes intermedii: femoribus nudis, tibiis intus in medio ciliatis, tarsorum articulo ultimo nigro; tarsi postici nigri, articulis 2 et 3 flavis, metatarso incrassato.

Obs. 2. Var. c. sine dubio, ut etiam rite observavit D. *Stæger*, est propria species, quæ hoc modo dignoscitur:

52—53. *S. immarginata*: ænea, nitida, abdomine fulvo, lineola dorsali media nigra; pedibus luteis, anteriorum femoribus vitta externa, posticorumque femoribus, tibiis tarsisque annulis mediis latis, nigris, tibiis anticis in mare apice albido evidenter, tarsisque nonnihil, dilatatis; femoribus anticis latere postico parce setosis; antennis atris; alis sordide hyalinis, stigmate cinereo. ♂. (Long. circit. $2\frac{1}{2}$ lin.)

Syrphus immarginatus Stæg. in litt. 11 Aug. 1844. — *Scæva ferruginea* var. c. ♂. Zett. Dipt. Scand. 2. 749. 52. (*Sc. podagrata* Zett. l. c. 2. 751. 54. tantum specimen Hamburgicum.)

Hab. in Scandinavia cum proxime antecedentibus minus frequens; scilicet in Dania ad Hafniam mense Aug., D. *Stæger*; in Svecia parce obvia, nempe in Ostrogothia in litore maris ad Jonsberg primo vere rarius, D. *Stenhammar*; in Lapponia Umensi ad Wilhelmina 19 Jul. 1832 in unico exemplo a me lecta; in Lapponia Lulensi, D. *Andersson*. (E Gryphia, ubi a D. *Dahlbom* Jul. 1845 in 2 individuis deprehensa, mecum etiam communicata; ad Trawemünde quoque capta.)

♂. A *Sc. ferruginea*, cui proxime accedit, magnitudine paullo

minori, abdominis fulvi segmentis vix nigro-marginatis, femoribus anterioribus latere postico nigro-vittatis, nec immaculatis, tarsis intermediis totis flavis, nec articulo ultimo nigris, ut et præcipue femoribus anticis postice setis 5—6 longis distantibus munitis, nec villositate crebra vestitis, recedit. Caput ut in *S. ferruginea*, sed antennæ minores, apice rotundatæ, nec superne subangulatæ. Abdomen fulvum, segmentis 1:mo et ultimo æneis, nitidis, reliquis linea media modice lata nigra ornatis, margine apicali tenuissime tantum nigro. Squamæ sub alis et halteres pallida. Pedes fulvo-flavi, coxis trochanteribusque omnibus nigris; antici: femoribus vitta postica distincta nigra, tibiis apice albidis, subtus lineolis 2 abbreviatis nigris, tarsis modice dilatatis, articulis 1, 2, 3 et 4 subtus puncto nigro notatis; intermedii: femoribus extus parce pilosulis, vitta dilute brunnea, tibiis intus breviter ciliatis, tarsis pallidis immaculatis; postici: femoribus tibiisque annulo lato, tarsorumque articulis 1:mo modice incrassato, 4:to et 5:to, nigris.

53. *S. fulviventris* 2. p. 750.

heic deleatur, nam in Svecia non inventa est. Qvam sub hoc nomine ut Holmiæ incolam attulit Prof. *Wahlberg* non nisi *S. ferruginea* est.

54. *S. podagrata* 2. p. 751.

Etiam in Bottnia boreali ad Råbäcken paroeciæ Öfver-Luleå d. 6—13 Jun., atque ad Qvickjock Lapponiæ Lulensis, 1843 capta, D. *Boheman*; ad Hafniam quoque a D. *Stæger* lecta fuerit. — (Specimen Hamburgense in Dipt. Scand. l. c. allatum minime huc pertinet.)

Obs. Abdomen angustum, nigredine cruciata lata, maculis 6 fulvis, fere duplo saltem dimidio longioribus quam latis, ano nigro æneo, nitido. Antennæ mediocres, potius minores quam majores. Alæ sordide hyalinæ, nec brunnescentes, stigmate cinereo, nervo transverso ordinario interdum infuscato. Nervus, qui aream 1:mam terminat, distincte bis flexus. Pedes antici:

femoribus postice sat crebre pilosis, tibiis apice dilatato albido, metatarsis dilatatis pallide flavis; intermedii: femoribus a basi ad medium nigris, subtus pilosis, tibiis intus brevissime ciliatis, basi pilosis, tarsis articulis 3 ultimis fuscis; postici: toti nigri, tantum geniculis anguste et interdum tibiarum summo apice ferrugineis, metatarsis incrassatis.

55. *S. scutata* 2. p. 751.

♂ etiam in Smolandia ad Skärsjö rarius, *Ljungh.* (Feminæ ad Gryphiam et Stetinum Jun. Jul. a D. *Dahlbom* non parce observatæ, et e Glogavia a D. *Zeller* quoque missæ).

55—56. *S. latimana:* nigro-æenea, nitida; antennis, epistomatis tuberculo magno, abdomineque, atris, hoc bis tribus maculis albido-flavis; pedibus nigris, anteriorum geniculis modice late, posticorum angustissime, flavidis; tibiis anticis simplicibus, metatarsis posticis parum incrassatis; alis hyalinis, stigmate cinereo; maris femoribus anterioribus latere postico sat longe obscure pilosis, tarsis anticis articulis 1 et 2 dilatatis albidis. ♂♀. (Long. fere 3 lin.)

Mas: Abdomen angustum, maculis 6 subquadratis, anticis subtrigonis, nigredine cruciformi latissima. Anus æneo-niger, nitidus. Pedes anteriores: femoribus postice pilis longis, modice crebris obscuris obsitis; antici: tibiis albidis pone medium late nigricantibus, tarsorum articulis 1:mo oblique, 2:doque subquadratim, dilatatis, albidis, reliquis simplicibus fuscis; postici: femoribus latere anteriori pilosis;

Fem. Frons lata, ænea, griseo-pollinosa, vertice nigro, nitido. Abdomen oblongum, multo latius quam in ♂, maculis 6 transversim elongatis fascias 3 rectas interruptas albo-flavidas constituentibus. Pedes simplices, nigri, geniculis tantum anteriorum testaceis, metatarsis anticis fuscescentibus.

Wahlb. in Conspect. Actor. Acad. Holm. 1844. n:o 4. p. 66. ♂♀.

Hab. in convallibus umbrosis Lapponiæ Lulensis mense Julio passim; in floribus Geranii sylvatici ad alpem Walli prope Qvickjock 1843 a Prof. *Wahlberg* primum inventa; mecum in pluribus exemplis utriusque sexus communicata.

♂♀. Colore corporis pedumque obscuro, tuberculo prominentis faciei majusculo, metatarsis posticis minus incrassatis, ut et in ♂ tibiis anticis simplicibus, tarsorum articulis 2 basalibus dilatatis, ab affinibus mox dignoscitur. Caput in fundo nigrum, griseo-pollinosum, tuberculo epistomatis exserti sat magno denudato nigro. Antennæ potius parvæ, quam magnæ, cum seta atræ. Alarum nervi ut in proxime præcedentibus directi. Squamæ sordide albidæ. Halteres pallidi.

56. S. *albimana* 2. p. 752.

♂ etiam e Lapponia Lulensi. (Marem e Lubeca 1843 a D. *Behrens* obtinui; feminam ad Putbus Rugiæ 31 Maj. 1842 D. *Dahlbom* deprehendit).

57. S. *Ocymi* 2. p. 754.

(Uterque sexus var. a. in hortis Gryphicis et ad Eldena, Jul. Sept. a D. *Dahlbom* non infrequenter observatus.)

Obs. Nervi longitudinales 3 et 4 paralleli ad ipsum apicem paullo divergunt. Femora anteriora latere postico in ♂ breviter hirta. Oculi in ♀ modice distant.

58. S. *Rosarum* 2. p. 755.

Obs. Alarum nervi longitudinales 3 et 4 mox pone transversum ordinarium paralleli, versus apicem paullo appropinqvantur, sed ad ipsum apicem alæ iterum divergentes. Maris femora antica latere posteriori non longe hirsuta. Oculi feminæ versus verticem sensim angustius distant.

59. *S. transfuga* 2. p. 756.

Obs. Nervi longitudinales 3 et 4 exacte paralleli, ad ipsum apicem alæ divergentes. Femora anteriora latere postico in ♂ hirta. Oculi in ♀ modice late distantes.

60. *S. ambigua* 2. p. 757. — *Syrphus ambiguus* Stæg. Grönlands Antliater in Kröyers Naturh. Tidsskrift 1845. p. 361. 29. ♂♀.

Etiam in Bottnia boreali ad Råbäcken 6—13 Jun. 1843, *Boheman.*

Obs. ♂♀. Nervi longitudinales 3 et 4 paralleli, versus apicem nonnihil divergentes. Femora anteriora latere postico in ♂ sat longe, in ♀ paullo brevius pilosa. Femora postica antice in ♂ hirta. Metatarsi postici in utroque sexu, ut jam in descriptione l. c. indicatum, fere æque incrassati. Oculi in ♀ sat late remoti. In feminæ abdominis segmentis 3 et 4 vestigium adest macularum 4 glaucarum præsertim in specimine Grönlandico bene conservato.

61. *S. nitidula* 2. p. 758.

In Bottnia boreali ad Råbäcken Jun. 1843, D. *Boheman.*

Obs. 1. Nervi longitudinales 3 et 4 paralleli versus apicem leniter divergentes. Nervus longitudinalis intermedius (inter nervos long. 4 et 5 situs, et transversum ordinarium transiens) abbreviatus in hac specie sat conspicuus.

Obs. 2. *S. nitidula* ut femina, et *S. barbifrons* (n:o 43) ut ♂ ejusdem speciei habentur a D. *Stenhammar.*

62. *S. mellina* 2. p. 759.

Var. a. ♂. sub nomine: *Syrph. mellarius* Meig. e Dania a D. *Stæger* missus; in Lapponia Lulensi, *Andersson.* (Uterque sexus ad Gryphiam, Elisenheyne, Neuenkirchen, Eldenam, Zirkow in Rugia, Kiliæ, Moabite et

Stetinum mensibus Majo, Jun. Jul. Septemb. a D. *Dahlbom* frequenter observatus).

Var. b. varietate a. fere minor, præsertim in Gottlandia copiose obvia.

Var. c. ♂. ut "*Syrphus mellinus* Meig. distincta species" a D. *Stæger* ex Hafnia communicatus. Est paullo minor varietatibus a. et b.

Var. d. ♀. (nov.) abdomine pedibusque sordide rufescentibus, forte hujus varietas juvenilis. In Smolandia ad Skärsjö, et Norwegia boreali ad Giebostad Nordlandiæ rarius capta.

Obs. Epistoma hujus speciei totum æneo-nigrum, nitidum, tantum orbita oculorum tenui cinereo-pollinosa. Tuberculum nasale non multo prominens. Antennæ plerumque subtus macula lutea, raro totæ nigræ. Venter obscurus. Nervi longitudinales 3 et 4 paralleli, ad apicem nonnihil divergentes. Nervus longitud. intermedius (inter 4:tum et 5:tum) adest ut in *S. nitidula.* Femora maris anteriora postice breviter hirta. Feminæ interdum femoribus basi tantum saturate luteis l. testaceis (nec fuscis, neque flavis) gaudent.

63. *S. scalaris* 2. p. 760. — Ut "*Syrph. gracilis* Meig." mas varietatis nostræ a. ex Hafnia a D. *Stæger* missus.

(♂♀ ad Elisenheyne, Gryphiam et Neuenkirchen Maj. Jul. Sept. var. a. vulgaris, D. *Dahlbom.*)

Obs. Epistoma (in illæsis) totum leniter cinereo-pollinosum, tuberculo nasali distincto atro nitido. Antennæ jam flavæ, jam luteæ, vel margine superiori vel apice oblique obscuræ. Abdomen supra et infra fere similiter pictum. Alæ ut in *S. mellina.* Pedes ut in diagnosi picti, femoribus anterioribus ut in *S. mellina* hirtis.

64. *S. angustata* 2. p. 762.

♀ etiam in Smolandia ad Skärsjö. (♀ quoque ad Neuenkirchen prope Gryphiam 15—20 Maj. 1842 minus frequenter reperta a D. *Dahlbom.*)

Obs. 1. Species distincta et propria videtur, sed mas deest pro loco vero in serie systematica determinando. Exempla, quæ ut mascula hujus mihi a Collectoribus communicata, vix nisi mares *Sc. clypeatæ* fuerunt. — Similis *Sc. clypeatæ* n:o 51, sed magnitudine minore et colore corporis cærulescente, nec æneo, distincta.

Obs. 2. Ut "*Sc. mellina var. β.*" individuum unicum hujus in museo Falleniano exstat.

Obs. 3. *S. angustata* ♀ ut "*Syrph. quadratus* Macqv. Buff. 1. 594. 49." mihi e Dania a D. *Stæger* communicata fuit; in nostris vero omnibus individuis, eisque pluribus, antennæ totæ atræ, nec "articulo 3:tio subtus rufo." Venter quoque in nostris fere similiter ac dorsum abdominis pictus, nec flavus, tantum postice obscurior.

65. *S. dubia* 2. p. 763.

♀ in alpe Walli Lapponiæ Lulensis ad Qvickjock copiose, D. *Andersson.* (♀ quoque ad Putbus in Rugia 31 Maj. 1842 a D. *Dahlbom* raro capta).

---

77 SPHÆROPHORIA Saint Farg. et Serv.

Sect. 1. Abdomen maris valde elongatum et alis multo longius.

1 *scripta* Linn. ♂♀. et var. b. ♂♀ (olim var. c. ♂. *Melithreptus scriptus* var. Löw). 1—2 *dispar* Löw (*Scæva scripta* var. b. Zett. Dipt. Scand. olim) ♂♀. 2 *nigricoxa* Zett. ♂♀. 2—3 *strigata* Stæg. ♂♀.

Sect. 2. Abdomen maris modice elongatum et alis vix l. parum longius.

3 *tæniata* Meig. ♂♀. 4 *Menthastri* Linn. ♂♀. 5 *Melissæ* Meig. ♂♀. 6 *flavicauda* Zett. ♀. 7 *picta* Meig. (an *Milithreptus incisus* Löw. ♂ est hujus varietas?) ♂♀. 7—8 *dubia* Stæg. n. sp. (var. a et b.) ♂♀. 8 *Philanthus* Meig. ♂♀. 8—9 *nitidicollis* Stæg. n. sp. (var. a. b. c. d. — *Sphæroph. Melissæ* Zett. Dipt. Scand. var. in descriptione) ♂♀. 9 *Löwii* Zett. ♂♀.*)

---

*) species *Sphærophoriæ* a D. *Stæger* (in litteris) ita disponuntur.

I Antennis nigris.

1 *Löwii* Zett.

II Antennis flavis,

A. *Maris abdomen alis multo longius.*

a. segmento 5:to flavo, postice linea media abbreviata, cuneiformi, nigra ornato.

2 *scripta*

b. segmento 5:to nigro, duabus postice connexis striis flavis in formam V.

3 *nigricoxa* Zett. — 4 *dispar* Löw. — 5 *strigata* Stæg.

B. *Maris abdomen alis parum longius.*

a. Thorax opacus, lineis 3 obscuris, vitta laterali flava integra.

†. Scutellum tenuiter pallide flavo-hirtum; maris abdominis segmentum 5:tum vestigio obsoleto lineæ mediæ abbreviatæ (nigræ).

6 *tæniata.*

††. Scutellum dense (stærkt) nigro-hirtum; maris abdominis segmentum 5:tum flavum, linea media integra nigra ad marginem posticum cum 2 maculis nigris in formam T subversi (nempe ⊥) connexa.

7 *Menthastri.* — 8 *Melissæ.* — 9 *picta.* — 10 *dubia.* — (10—11 *Philanthus* Meig. Zett.)

1. *Sph. scripta* 2. p. 766.

Var. a. ♀ in floribus Astrantiæ majoris in horto proprio Lundæ Aug. 1847 copiose; e Christiania Norvegiæ a D. *Moë* etiam missa. (Uterque sexus ad Stetinum et Rixdorff mense Jul. non. parce observatus a D. *Dahlbom*. ♂ e Melita a D. *Schembri* communicatus).

Obs. Thorax supra opacus. Antennæ (in mortuis) plerumque totæ flavæ. Scutellum flavo-villosum; alio situ margine subfusco-villosum videtur.

Var. b. ♂. (p. 767) a recentioribus Entomologis ut species propria consideratur, et forte jure, licet transitus ad formam var. a. non desint. Sub nomine: *Sph. dispar* n:o 1—2, etiam hanc infra descripsi.

Var. c. ♂. (p. 767), mihi videtur eadem esse ac *Melithreptus scriptus* var. Löw Bemerk. 1840. p. 37. 2. ♂. fig. 52. Ad hanc ut feminam refero illa individua (olim ad *Sph. scriptæ* varietatem a. numerata), quæ abdominis fasciis flavis tribus primis omnino integris gaudent. Hæc vero var. c., quæ *Sph. scripta* var. b. hodie (in hoc Supplemento) salutari debet, in Scania et Gottlandia cum var. a. haud raro occurrit. (Etiam Kiliæ 30 Jul. 1847. a D. *Dahlbom* lecta).

1—2. *Sph. dispar*: ænea, abdomine atro, fasciis 4 flavis, in ♀ omnibus subinterruptis, in ♂ 1:ma subintegra, 2:da emarginata, 3:tia interrupta, 4:ta litteram V repræsentante; capite pedibusque cum coxis in utroque sexu totis flavis, puncto peristomatis brunneo; an-

---

b. Thorax nitidus, absque lineis obscuris, vitta laterali flava ad suturam transversam abbreviata.

11 *nitidicollis* Stæg. — (11—12 *flavicauda* Zett.)

tennis testaceis, superne versus apicem leniter fuscis. ♂♀. (Long. ♂ circiter $3\frac{3}{4}$, ♀ circ. 3 lin.)

Melithreptus dispar Löw Bemerk. 1840. p. 37. 5. fig. 53. ♂. (femina, quam figura 54 repræsentat, vix huc pertinet, sed potius ad feminam nostræ *Sph. scriptæ* var. c.) — *Sph. scripta* var. b. Zett. Dipt. Scand. 2. 767. ♂.

Hab. in Scandinavia meridionali et media rarius; scilicet mas inventus est in Scania ad Lund, in Smolandia ad Skärsjö, et in Ostrogothia ad Lärketorp; e Dania quoque sub nomine: "*Melithrept. dispar* Löw" a D. *Stæger* in utroque sexu missa, femina ut nuper descripta, sed mas a Löwii et meis individuis ita discedens, ut omnes abdominis fasciæ interruptæ, et harum 1:ma e maculis 2 angustis intus lunatis conflata, exstent.

♂♀. Similis *Sph. scriptæ*, et vix differt nisi abdominis fasciis flavis nonnihil aliter constructis et magis interruptis. Thorax supra opacus. Venter flavus. *Mas* (omnino ut in figura Löwii): abdominis fasciis qvatuor flavis, quarum 1:ma integra l. subintegra, 2:da antice posticeque leniter emarginata, 2:tia e duabus maculis latis sublunatis fulvis conflata, 4:ta in segmento 5:to nigro litteram V formante. Segmentum 6:tum flavum superne punctis paucis nigris notatum, apice rotundatum, ano inflexo, semigloboso, flavo, immaculato. — *Femina* (qualem a D. *Stæger* obtinui): abdominis fasciis 4 flavis, quarum 3 primis haud latis leviter arcuatis, in medio anguste interruptis, 4:ta (in segmento 5:to) e maculis 2 malleiformibus constante. Segmentum 6:tum paullo angustum, flavum, maculis 3 nigris ornatum; 7:mum adhuc angustius, nigricans, lateribus flavidum. Reliqua ut in *Sph. scripta.*

2. *Sph. nigricoxa* 2. p. 767. — An *Sphær. Lavandulæ* Macqv. Buff. 1. 552. 5? ♂.

In Svecia etiam a D. *Wahlberg* inventa; in Smolandia passim; in Scania ad Esperöd in copula semel lecta. (♂ e Lubeca a D. *Behrens* missus; ♀ ad Gryphiam Jun. Jul. a D. *Dahlbom* capta.)

Obs. Thorax dorso opacus. Scutellum flavo-villosum. — Huc refero feminas feminis *Sph. scriptæ* similes, sed peristomio plus minus nigricante et tuberculo nasali brunnescente præditas. Talia individua in Scania et Gottlandia cum mare deprehensa, atque etiam e Dania communicata.

2—3. *Sph. strigata:* ænea, abdomine atro, fasciis 4 interruptis flavis, in ♂ tribus primis maculiformibus, 4:ta litteram V repræsentante, in ♀ omnibus strigiformibus; capite in utroque sexu flavo, antennis testaceis, pedibus discoloribus; peristomio in ♂, et lineola epistomatis vittaque frontali in ♀, nigris. ♂♀. (Long. 4 lin.)

Mas: oculis cohærentibus; vertice nigro; peristomio anguste nigro; epistomate vestigio lineolæ mediæ brunneæ; abdomine alis fere duplo longiore, toto nigro, fasciis 4 flavis modice interruptis, liberis (marginem lateralem vix attingentibus) harum 1:ma e maculis 2 subrotundatis, 2:da e maculis totidem latiusculis postice angulatis, 3:tiaque e maculis 2 late arcuatis, conflatis, 4:ta (in segmento 5:to) furcam l. litteram V formante; segmento 6:to nigro, puncto utrinque flavo, ano inflexo semigloboso flavo, apice nigro; ventre, coxis, trochanteribus, femorum basi (præsertim subtus) indeterminate, tarsisque, nigricantibus;

Fem.: oculis remotis; vitta frontali nitida verticeque nigris; antennis luteis, apice setaque fuscis; lineola epistomatis modice lata brunnea; peristomio flavo, sinu epistomatis antico anguste nigro-marginato; abdomine atro, strigis bis quatuor angustatis flavis, harum 1:mi paris (in segmento 2:do) parvis subrectis late remotis, 4:ti paris (in segmento 5:to) longioribus

obliquis l. distincte arcuatis; ano nigro; ventre flavo; pedibus totis flavis, femorum anteriorum basi superne macula tarsisque omnibus supra dilute brunnescentibus.

Stæg. Grönlands Antliater in Kröyers Tidsskrift 1845. p. 362. 31. ♂♀.

Hab. in Septentrione, hactenus tantum in Grönlandia in unico specimine masculo unicoque femineo inventa, mecumque a D. *Stæger* pro comparatione benigne mutuo communicata.

♂♀. Magnitudo et affinitas *Sph. nigricoxæ*, a qua fasciis abdominis flavis interruptis, ano nigriore, femoribus in ♂ basi paullo latius nigris, fasciis abdominis in ♀ strigiformibus, etc., abunde dignoscitur. Proboscis atra. Thorax dorso opacus. Scutellum flavo-hirtum. Squamæ sub alis et halteres pallida. Abdominis incisuræ posteriores tenuissime flavæ.

3. *Sph. tæniata* 2. p. 768.

Etiam in Scania in floribus hortorum Lundæ feminæ Aug. frequentes; in Smolandia vulgaris, in Lapponia Tornensi ad Kilpisjaur. (Ad Gryphiam, Eldenam, Zirkow (in Rugia), Rixdorff, Rudower et Moabite prope Berolinum, tota æstate in utroque sexu frequenter observata a D. *Dahlbom*, et in copula sæpe deprehensa).

Obs. Scutellum flavo-hirtum, in margine apicali pilis aliquot obscuris. Thorax dorso opacus, vittis lateralibus flavis integris. Proboscis nigra, apice late flava. Vitta frontalis nigra in ♀ modice lata subquadrata. Abdominis fascia flava 1:ma interdum angustissime interrupta.

4. *Sph. Menthastri* 2. p. 769.

In Scania ad Lund mense Majo in copula, D. *Möller*. (Ad Neuenkirchen jam 15—20 Maji feminæ visæ. ♀ etiam e Glogavia a *Zeller* missa.)

Obs. Raro 3 lin. longa. Proboscis nigra, apice flava. Thorax supra opacus, vittis lateralibus flavis integris. Scutellum nigro-villosum. Pictura abdominis nigra seu linea media in segmento 5:to maris anchoræformis. Vitta frontalis feminæ nigra modice lata subquadrata.

5. *Sph. Melissæ* 2. p. 770.

In Smolandia etiam frequens; feminas quoque e Lapponia Lulensi et Christiania Norwegiæ obtinui. (♀ ad Gryphiam non parce obvia).

Obs. 1. Raro 3 lineas longitudine attingit. Scutellum nigro-villosum. —

Obs 2. Varietatem femineam in descriptione p. 771 allatam: "femoribus ad basin fascia fusca; ad Limhamn Scaniæ capta," non huc, sed ad *Sph. nitidicollem* n:o 8—9 var. a. pertinet.

6. *Sph. flavicauda* 2. p. 771.

Obs. Sine dubio propria species. *Sph. nitidicolli* n:o 8—9 per thoracem subnitidum et vittam lateralem flavam abbreviatam conveniens, sed per picturam abdominis discedens. Peristomium flavum. Thorax dorso æneus, nitens, vitta laterali flava ab humeris tantum ad radicem alarum extensa. Scutellum flavum, detritum, sed e pilis paucissimis pallidis hinc inde relictis, *videtur* hirsutiem flavam fuisse. Hoc autem non pro certo habeatur. Segmentum abdominis 5:tum (in quo fascia fulva 4:ta locata) fulvum, lineola media et maculis 2 inæqvalibus latis obliqvis, nigris, vel, si mavis, nigrum, maculis 4 subtrigonis fulvis, quarum 2 mediis majoribus per lineolam nigram separatis, et 2 angulum posticum utrinque tegentibus. Segmentum 6:tum totum rufum, puncto in medio oblongo, nigro. Anus parvus, rufus. — Reliqua vide in Dipt. Scand. l. c.

7. *Sph. picta* 2. 772.

♂♀ etiam in floribus Astrantiæ majoris in horto proprio Lundæ Aug freq., quoque ad Lomma Scaniæ. (Ex Elisenheyne prope Gryphiam a D. *Dahlbom*, et e Lubeca a D. *Behrens* plura exempla utriusque sexus accepi).

Obs. Thorax opacus, vitta laterali flava integra. Scutellum nigro-villosum. Proboscis nigra, apice flava. *Mas:* segmento abdominis 5:to aut flavo, basi utrinque macula trigona et signatura media elongata anchoræformi, nigris, ano flavo, punctis 3 l. 4 nigris; aut, ut in speciminibus Jemtlandicis, segmento 5:to nigro, maculis 2 obovatis liberis et angulis apicalibus flavis, ano flavo, punctis et maculis majusculis nigris.

7—8. *Sph. dubia:* ænea, abdomine atro, fasciis 4 flavis, 1, 2 et 3 integris, 4:ta interrupta; scutello nigro-villoso; thorace supra opaco, vitta laterali flava integra; antennis testaceis; capite pedibusque in utroque sexu flavis, linea media epistomatis, peristomio, coxis femorumque basi, in mare nigris. ♂♀. (Long. 3—3½ lin.)

Stæg. in litt. 14 Jun. 1848.

Hab. in Scandinavia raro; uterque sexus mihi e Dania a D. *Stæger* missus; in Scania ad Fogelsång etc. ipse etiam parcissime inveni.

♂♀. Similis *Sph. tæniatæ* (3) et præsertim cum ejus varietate ex Ölandia conveniens, sed scutello conspicue nigro-villoso, nec flavo-hirsuto, distincta. Antennæ testaceæ, superne ad apicem parum infuscatæ. Proboscis nigra, apice flava. Thorax supra æneus, opacus, lineis 3 dorsalibus (in ♂ perspicuis) obscuris, vittis lateralibus flavis integris. Abdomen atrum, fasciis flavis 4, quarum tribus primis latiusculis integris. *Mas:* caput flavum, vitta epistomatis et peristomio nigris. Abdominis fascia 3:tia postice leviter emarginata. Segmentum 5:tum fulvum, basi macula laterali trigona et signatura media anchoræformi nigra. Anus fulvus, punctis et maculis nigris. Cauda inflexa, rufa. Pedes flavi, coxis, trochanteribus, femorumque basi fere ad tertiam partem, nigris. Tarsi postici extus nigri. — *Femina:* caput flavum, sinu oris puncto brunneo; epistomatis tuberculo dilute brunneo. Macula frontis supra antennas subquadrata nigra nitida, cum vertice nigro nitido con-

nexa. Abdominis fasciæ 3 primæ flavæ omnio integræ et ad marginem lateralem utrinque usque extensæ, ibique cum ventre flavo confluentes. Segmentum 5:tum flavum, basi punctis 3, et apice fascia bisinuata, nigris. Segmentum 6:tum flavum, punctis 3 nigris. Anus parvus, rufus. Pedes cum coxis toti flavi, tarsis fulvis, posticis extus fuscis.

Var. b. ♂, varietati a. ♂ ut ovum ovo similis, et differt tantum pedibus totis flavis, et vitta epistomatis brunnea obsoleta. Forte juvenilis. In Astrantiæ majoris floribus horti proprii Lundæ Aug. 1847 rarius capta.

8. *Sph. Philanthus* 2. p. 773.

Obs. Thorax opacus, vitta laterali flava integra. Scutellum nigro-villosum. *Mas:* abdomine ut in *Sph. picta* var. a. picto.

8—9. *Sph. nitidicollis:* ænea, nitida, thoracis vitta laterali flava postice abbreviata; scutello albido-hirto; abdomine atro, fasciis 4 fulvis, 1:ma late, reliqvis anguste vel parum, interruptis; epistomate flavo, vitta media testacea; antennis luteis; pedibus flavis, tarsis posticis superne fuscis, coxis femorumque basi in ♂ nigricantibus. ♂♀. (Long. 2½ fere 3 lin.)

Stæg. in litt. 14 Jun. 1848. — *Sphær. Melissæ* var. in descript. Zett. Dipt. Scand. 2. p. 771. ♀.

Hab. in Scandinavia meridionali valde rara; scilicet in arenosis Daniæ in vicinitate maris a D. *Stæger* detecta mihique in utroque sexu communicata; etiam in Svecia ♂ rarissime captus, ♀ in Scania ad Esperöd et Limhamn parce lecta.

♂♀. Thorace supra nitido, et vitta laterali flava postice (ad suturam transversam) abbreviata, a prioribus facile dignota. Proboscis nigra, apice flava. Antennæ testaceæ, superne a seta obscura ad apicem leniter fuscæ. Scutellum flavum et flavo-hirtum. Abdomen nitens. Alæ hyalinæ. *Mas:* vertice trigono nigro-æneo nitido; abdominis subcylindrici l. clavati fasciis 4

flavis, 1:ma e maculis 2 transversim ovalibus subobliquis modice remotis conflata, 2:da latiuscula subintegra, 3:tia lata fere totum segmentum qvartum occupante, postice maculis 3 notata, 4:ta totum segmentum 5:tum occupante, relictis tantum basi macula utrinque trigona et in medio signo anchoræformi, nigris. Anus rufus, punctis et maculis nigris. Cauda inflexa, rufa. Pedes flavi, coxis plus minus infuscatis, femoribus basi annulo nigro, in anterioribus modice lato, in posticis latissimo, tarsis posticis superne fuscis. Alarum stigma fuscum. — *Femina:* vitta frontali subquadrata et vertice nigro-æneis nitidis, abdominis subdepressi fasciis 4 fulvis, subarcuatis, angustis, 1:ma latissime, 2, 3 et 4 anguste interruptis, segmentis apicalibus fulvis, nigro-maculatis. Alarum stigma cinereum. Pedes cum coxis flavi, tarsis posticis superne brunneis.

Var. b. ♂ abdominis fascia 2:da anguste interrupta. E Dania a D. *Stæger.*

Var. c. ♂ abdominis fasciis ut in var. b., sed ano nigro, parum flavo-maculato. E Smolandia.

Var. d. ♀ abdominis fasciis 1, 3 et 4 anguste interruptis, 2:da recta subintegra postice tantum leniter emarginata. Ut varietas *Sph. nitidicollis* e Dania a D. *Stæger* missa. (Simillimam omnino in campo arenoso ad pagum Moabite prope Berolinum 14 Aug. 1847 D. *Dahlbom* invenit mihique in pluribus exemplis communicavit). Forsitan hæc var. d. propriam efficit speciem, sed mas adhuc ignotus.

9. *Sph. Löwii* 2. p. 774.

---

78. PELECOCERA Hffgg.

1 *tricincta* Meig. ♂♀. 2 *Scævoides* Fall. ♂♀.

1. *P. tricincta* 2. p. 775.

Etiam in Scania ad Vidtsköfle 11 Aug. 1845 ♀ a D. *von Borck* deprehensa.

2. *P. Scævoides* 2. p. 776.

Qvoque in Lapponia Lulensi ad Qvickjock, D. D. *Wahlberg* et *Boheman.*

---

78 ERISTALIS Fabr.

Obs. Larvæ quarundam etiam in fungis putridis vivunt. C:fr *Eristalis scutellata* p. 808.

Sect. 1. *Discolores:* corpore picto, nec toto nigro. Vide p. 777.

1 *Lucorum* Linn. ♂♀. 2 *oestracea* Linn. ♂♀. 3 *ruficornis* Fabr. ♂♀. 4 *maculata* Fall. ♂♀.

Sect. 2. *Unicolores:* corpore olivaceo aut nigro.

Subd. 1:ma. Corpus ænescens l. olivaceum, fulvo-villosum, etc. p. 781.

5 *grossa* Fall. ♂♀. 6 *alpina* Zett. ♂♀. 7 *Phantoma* Zett. ♂. 8 *chrysocoma* Meig. ♀. 9 *flavipes* Panz. ♀.

Subd. 2:da. Corpus nigrum, interdum nigro-chalybeatum, etc p. 785.

A. Pedes vel toti, vel ex maxima parte rufi.

10 *flavicornis* Fabr. ♂♀. 11 *gilvipes* Zett. (*E. flavipes* var. Fall.) ♂♀. 12 *means* Fabr. ♂♀. 13 *chloris* Meig. ♂♀.

B. Pedes l. toti l. ex maxima parte nigri.

14 *variabilis* Panz. (*Er. ater* et *nigrita* Fabr.) ♂♀. 15 *olivacea* Zett. ♂♀. 16 *gigantea* Zett. ♂♀. 17 *proxima* Zett. ♂. 17—18 *dimidiata* Stæg. n. sp. ♂♀. 18 *flavimana* Meig. (*Cheilosia vidua* Macqv.) ♂♀. 18—19 *albitarsis* Meig. (*Cheilos. flavimana* Löw) ♂♀. 19 *morio* Zett. ♂. 20 *pygmæa* Zett. (*Cheilos. albitarsis* Löw.) ♂♀. 21 *vernalis* Fall. ♂♀. 22 *fraterna* Meig. ♂♀. 23 *luteicor-*

nis Zett. ♀. (*E. morio* est forte hujus ♂?). 24 *pallidicornis* Meig. ♂♀. 25 *præcox* Wahlb. ♂♀. 26 *innupta* Zett. ♀. 27 *mutabilis* Fall. ♂♀. 28 *Coemeteriorum* Fall. (*Syrphus vernalis* Meig. non Fall.) ♂♀. 29 *coracina* Zett. (identica cum sequente) ♂♀. 30 *rostrata* Zett. (eadem ac præcedens) ♂♀. 31 *melanopa* Zett. ♂♀. 32 *scutellata* Fall. ♂♀. 33 *Soror* Zett. ♀. 34 *pubera* Zett. ♂. 35 *latifrons* Zett. ♀. 36 *longula* Zett. ♂. 37 *geniculata* Zett. ♀. 38 *Schmidtii* Zett. var. a. ♂♀. 38—39 *vicina* Stæg. n. sp. (*Er. Schmidtii* Zett. Dipt. Scand. var. b.) ♂♀. 39 *lugubris* Zett. ♂♀.

1. *E. Lucorum* 2. p. 778.

In Ostrogothia etiam ad Winnerstad, *Holmgren*; in Lapponia Lulensi ad Qvickjock ♂♀, *Boheman.*

2. *E. oestracea* 2. p. 778.

In Scania quoque ad Sjörup, D. *Möller.*

3. *E. ruficornis* 2. p. 779. — C:fr *Ferdinandea cuprea* Rondani (Italic.), Proposta 1844. p. 9. 2.

Etiam in Lapponia Lulensi capta.

4. *E. maculata* 2. p. 780.

5. *E. grossa* 2. p. 781.

Obs. Abdominis segmenta tria basalia dorso modice, lateribus dense, ferrugineo-villosa, reliqua nigro-villosa.

6. *E. alpina* 2. p. 782.

In Lapponia Lulensi 1845 a D. *Wahlberg* lecta.

7. *E. Phantoma* 2. p. 783.

Obs. Secundum *Wahlberg* hæc tantum est alter sexus *E. chrysocomæ*, cum qua etiam in Lapponia Lulensi 1845 deprehensa fuit.

8. *E. chrysocoma* 2. p. 784.

Etiam in Lapponia Lulensi 1845 inventa.

Obs. Verosimiliter tantum femina præcedentis; et si ita est, nomen *chrysocoma* ut antiqvius pro specie retineatur.

9. *E. flavipes* 2. p. 784.

Obs. Putat D. *Stæger* speciem heic descriptam solummodo esse feminam *E. flavicornis.* Cui opinioni ego etiam, ob magnam de cetero inter has affinitatem, libenter assentirem, nisi individua mascula et feminea *femoribus nigris* inventa fuerint, quæ potius ad eandem speciem (nempe *E. flavicornem*) referenda, quam cum *E. flavipede*, quæ pedes *totos fulvo-flavos* habet, commiscenda.

10. *E. flavicornis* 2. p. 785.

Obs. In Scania ad Grönby Doctor *Kindberg* invenit individuum masculum, huic simile et affine, sed magnitudine paullo majori, thorace scutelloque nigrioribus, parum metallice nitentibus, pubescentia nonnihil obscuriori, alis magis hyalinis, halteribus pallidioribus etc., distinctum, forte propriam speciem efficere debet. Ex unico vero exemplo paulloque detrito novam speciem fingere non audeo.

11. *E. gilvipes* 2. p. 786.

Obs. ♂ quoque inventus. Observante D. *Stæger* mas oculis hirtis, femina nudis gaudent. Hoc etiam convenit ratione speciminis masculi in horto ad Holmiam a Prof. *Wahlberg* capti mihique missi.

12. *E. means* 2. p. 787.

Qvoque in Smolandia ad Skärsjö, beat. *Ljungh.*

Obs. *Syrphus fulvicornis* Meig. Dipt. 3. 288. 18. ut femina *Er. meantis* Zett. a D. *Stæger* consideratur. Sed cum *Syrph. fulvicornis antennarum seta subplumata* instructa l. c. describitur, at eadem seta in nostris speciminibus *nuda* deprehenditur, has species in unam conjungere non possum.

13. *E. chloris* 2. p. 788.

14. *E. variabilis* 2. p. 790.

Obs. Individua quidem raro obveniunt tantum $3\frac{1}{2}$ lin. longa; pleraque vero longitudinem 4 linear. et ultra (mens. Svec.) attingunt.

15. *E. olivacea* 2. p. 791.

16. *E. gigantea* 2. p. 791.

Obs. Citat. Löwii *Cheilosia velutina* huc vix pertinet, ut etiam rite observavit D. *Stæger* (in litt.).

17. *E. proxima* 2. p. 792.

17—18. *E. dimidiata:* oculis hirtis oblonga, nitida, olivacea, thorace in ♂ antice flavido-, postice nigro-hirsuto, in ♀ brevissime flavido-puberulo; epistomate in utroque sexu prominente, bituberculato, subnudo; antennis parvis, luteis, seta nuda nigra; pedibus nigris, geniculis, tibiis basi apiceque, metatarsisque posticis subtus, rufo-flavis; alis fusco-hyalinis, squamis halteribusque albidis, horum clava in ♂ puncto apicis fusco. ♂♀. (Long. circit. $3\frac{1}{2}$ lin.)

Mas: oculis cohærentibus; fronte olivacea, nigro-pilosa, sulculo longitudinali; verticis triangulo nigro et nigro-piloso; thorace breviter hirsuto, hirsutie in dimidietate antica flavide grisea, in postica nigra; abdomine præsertim ad latera flavo-hirto; halterum clava pallida, apice puncto fusco;

Fem.: fronte modice lata, foveola supra antennas et striola utrinque juxta oculos sat perspicuis; thorace, scutello, pleuris abdominisque pube brevissima depressa flavida vestitis; halteribus pallidis; frontis margine apicali inter antennas (in specimine viso) ferrugineo.

Stæg. in litt. 14 Jun. 1848.

Hab. in Dania forte rarissime; a D. *Stæger* mihi unicus tantum mas unicaque femina communicati.

♂♀. Hirsuties in thorace maris discolor, et pictura antennarum pedumque in utroque sexu, speciem designant. Similis *E. olivaceæ* et *giganteæ*, sed magnitudine nonnihil minore, antennis totis, et tibiarum basi apiceque ardentius et vivacius fulvo-flavis, metatarsis subtus ferrugineis, ut et in ♂ thoracis hirsutie, ut nuper dictum discolore, facile dignota. Antennæ basi ferrugineæ, articulo ultimo orbiculari, fulvo. Epistoma prominens, subnudum (an detritum?), tuberculo nasali modice elevato. Orbita oculorum albido-pollinosa. Proboscis pendula, nigra, apice ferruginea. Thorax, scutellum et abdomen tota in utroque sexu obscure olivacea, nitida. Alæ, præsertim basi et ad nervos, subbrunnescentes. Pedes nigri, femoribus apice anguste flavis. Tibiæ fulvæ, annulo medio-nigro. Metatarsi anteriores fusco-ferruginei, posticus subincrassatus, subtus ferrugineus. — Caveas ne hanc cum femina *Er. chloris* n:o 13 confundas.

18. *E. flavimana* 2. p. 793.

Obs. Sub hoc nomine duæ, ut etiam recte admonuit Cel. *Stæger*, commixtæ sunt species, quæ ita distingvendæ:

E. flavimana: oculis hirtis (♂), aut nudis (♀), nitida, fronte, thorace scutelloque ænescenti-nigris, abdomine olivaceo; epistomate subunituberculato, leniter pollinoso; antennis parvis, articulo ultimo fusco aut piceo, seta microscopice pubescente; alis subbrunneo-flavidis, squamis halteribusque albidis; tarsorum anticorum articulis 3 mediis flavido-albidis. ♂♀. (Long. saltem 3 ½ lin.)

Mas: oculis hirtis contiguis, fronte antice sulculo medio longitudinali supra antennas, verticeque nigro-pilosis; thorace scutelloque nigro-hirtis; alis subbrunnescentibus; abdomine late oblongo, æneo, disco antico atro, opaco, præsertim ad latera griseo-piloso;

Fem.: oculis nudis, mediocriter distantibus; fronte parum puberula, punctulata, sulcis 3, uno medio et duobus lateralibus; thorace scutelloque pube brevissima, depressa, sat den-

sa, flavida; alis in primis basi et costa flavidis; abdomine late elliptico, olivaceo, nitido, pube brevi, densa, depressa, flavida vestito.

Cheilosia flavimana Meig. Dipt. 7. 126. 25. ♂♀. *Cheilosia vidua* Macqv. Buff. 1. 556. 6. ♂♀. videtur.

Hab. in Scandinavia meridionali rarissime; ♀ e Dania cum synonymis citatis communicata; uterque sexus et hujus et *Er. albitarsis* (18—19) sub indicio: "*Cheilosia flavimana* Löw" a D. *Zeller* quondam missus; feminam etiam sub nomine: "*Cheilosia vidua* Meig." nuper e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* obtinui.

♂♀. Sequenti seu *E. albitarsi* valde similis et affinis, sed differunt, *mas:* corpore paullo robustiore, abdomine magis elliptico, nec sublineari; *femina:* thorace scutelloque pube brevissima depressa flavida tectis, nec fere nudis, et ambo sexus: fronte, thorace scutelloque e metallice æneo-nigro nitentibus, ut et tarsorum anticorum articulis 2, 3 et 4 pallide rufescenti-flavidis, nec albidis.

Obs. Specimina utriusque sexus, quæ sub nomine: "*Cheilosia albitarsis*" a D. *Löw* per D. *Zeller* obtinui, nostra *Er. albitarsi* et *flavimana* duplo l. triplo minora, ad nostram *Er. pygmæam* (20) referenda puto.

18—19. *E. albitarsis:* oculis hirtis (♂), aut nudis (♀), nitida, fronte, thorace scutelloque cærulescenti-nigris, abdomine olivaceo; epistomate subunituberculato, lenissime pollinoso; antennis parvis nigro-fuscis, seta microscopice pubescente; alis subbrunneo-flavidis, sqvamis, halteribus, tarsorumque anticorum articulis 3 mediis, albidis. ♂♀. (Long. circiter $3\frac{1}{4}$ lin. raro minor)

Mas et *femina* ut in diagnosi sexuum *E. flavimanæ* p. 793. differunt.

Zett. Ins. Lapp. 612. 8. ♂♀. *Syrphus albitarsis* Meig.

Dipt. 3. 290. 22. ♂. *Cheilosia* eadem Macqv. Buff. 1. 557. 8. Meig. Dipt. 7. 124. 13. ♂. *Eristalis coemeteriorum* var. γ. Fall. Syrph. 55. 11. ♀. *Cheilosia flavimana* Löw Bemerk. 1840. 32. 4. *Erist. flavimana* Zett. Dipt. Scand. 2. 793. 18. omnes mares et ex maxima parte etiam feminæ.

Hab. in floribus pratensibus a primo vere usque ad finem mensis Julii per Scandinaviam, vulgaris. (Loca specialia vide in Dipt. Scand. l. c. sub *Er. flavimana*).

♂♀. Color corporis cærulescenti-ater. Epistoma juxta oculos distincte albo-pollinosum. Tarsorum anticorum articuli 2, 3 et 4 in viva albidi, in mortua sæpe sordide albidi. Thorax et scutellum in ♂ sat dense nigro-hirta, in ♀ subnuda. Alæ præsertim basi et costa in ♂ dilute brunneo-flavæ, in ♀ flavidæ. Reliqua ut in descriptione *E. flavimanæ* l. c.

Obs. Femina variat interdum antennarum articulo ultimo piceo, et tarsis interdum totis nigricantibus, h. e. articulis mediis vix albido-fuscis.

19. *E. Morio* 2. p. 795. — *Eristalis lineata* Wahlb. in Dipt. Scand. in observatione adjecta p. 807. ♂. eadem omnino.

Obs. Er. luteicornis Dipt. Scand. p. 799. 23 est hujus femina, affirmante *Stenhammar* in litt.

20. *E. pygmæa* 2. p. 796.

Obs. Haud absimilis est *Scævæ dubiæ*, sed vix cum hac confundenda.

21. *E. vernalis* 2. p. 797.

(Marem etiam ex Austria misit *Andersch*, mus. Fallèn.)

Obs. Facies distincte prominens. Metatarsus posticus subincrassatus. Mas hujus nuper sub nomine: "*Eristalis metatarsatus*" a D. *Stæger* communicatus.

22. *E. fraterna* 2. p. 798.

(Etiam ad Levenhagen prope Gryphiam Aug. ♀ freqventer a D. *Dahlbom* lecta. ♂♀ e Glogavia in multis exemplis a D. *Zeller* missi.)

Obs. 1. Magnitudine paullo majore, facie minus prominente totaque pollinosa, tibiis plerumque minus pure seu sordide flavis, annulis nigris latioribus, etc., vere ab *E. vernali* distincta. Tibiæ posticæ interdum fere totæ nigricantes, basi tantum flavæ.

Obs. 2. Sub nomine "*Er. mutabilis*" specimen masculum ante plures annos a D. *Stæger* e Dania obtinui, quod ab *Er. fraterna* tantum pedibus nigris, tibiarum anteriorum basi solum fusco-testaseis, differt. — Iterum *Er. fraterna* nostra sub nomine: *Er. vernalis* etiam e Dania ab Eodem *Stæger* d. 14 Jun. 1848 communicata.

23. *E. luteicornis* 2. p. 799.

Obs. Er. Morio Dipt. Scand. 2. p. 795 n:o 19 ad hanc ut *mas* referatur.

24. *E. pallidicornis* 2. p. 800.

Etiam marem in Norwegia litorali ad diversorium Thynäs d. 4 Jul. 1840 in unico exemplo detegere mihi contigit.

Obs. Mas: similis feminæ, sed differt: oculis contiguis, thorace scutelloque obscure hirtis, abdomine rotundato-elliptico, hirtulo, dorsi disco antico atro, opaco. Antennæ mediocres, basi nigricantes, articulo ultimo orbiculari, flavo-fulvo. Facies in utroque sexu distincte prominens.

25. *E. præcox* 2. p. 801.

♀ etiam in Smolandia capta, *Ljungh.*

26. *E. inupta* 2. p. 802.

Obs. Hæc species *Er. Coemeteriorum* (28) sat affinis est.

27. *E. mutabilis* 2. p. 802.

(Etiam e Gryphia specimina obtinui)

28. *E. Coemeteriorum* 2. p. 804.

In Scania ad Lund in horto proprio Jul. 1848 non raro visa; etiam in Smolandia ad Skärsjö.

29. *E. coracina* 2. p. 805.

Obs. Hæc et sequens (*E. rostrata*) verosimiliter identicæ sunt. Deleatur nomen *coracina* et pro specie maneat *rostrata*.

30. *E. rostrata* 2. p. 804.

Obs. Ad hanc sine dubio etiam referenda est *E. coracina*. In Lapponia Lulensi ad Qvickjock capta, *Boheman*.

31. *E. melanopa* 2. p. 807.

♂ et ♀ etiam in Lapponia Lulensi ad Qvickjock ex. gr. in alpe Walli copiose deprehensi.

Obs. Mas: epistomate perspicue prominente, tuberculo sat evidenter, nec *parum*, exserto.

Fem.: oculis modice remotis. Frons tota ænea, punctulata, pilosula. Abdomen ænescens, subnitidum. Epistoma bituberculatum. Halteres toti albi. Margo frontis anticus inter antennas niger. Reliqua ut in ♂.

Not. "*Erist. lineata* Wahlb. nov. sp. ♂" in observatione p. 807 allata, eadem est ac *Er. Morio* n:o 19.

32. *E. scutellata* 2. p. 808.

(Sub nomine: "*Cheilosia scutellata* Meig." ♂ et ♀ etiam e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* communicati).

Obs. 1. Hirsuties thoracis scutellique in ♂ grisea, alio situ obscura. Scutelli margo semper sat longe nigro-pilosus. — Hujus speciei *larva* et *pupa* (in Boletis putrescentibus præsertimque in Boleto Pinetorum et eduli degentes) in Annales des Sciences Naturelles 1840 a *Leon Dufour* describuntur. Vide Extrait p. 2. tab. 3 f. 1—4.

Obs. 2. Exemplum monstrosum *E. scutellatæ*, in quo antenna

altera setam simplicem, altera setam triradiatam habet, a Prof. *Wahlberg* inventum. Öfversigt af Kongl. Vetenskaps-Akademiens Förhandlingar 1847. n:o 3. p. 104.

33. *E. Soror* 2. p. 809.

34. *E. pubera* 2. p. 810.

(Femina ad Gryphiam Jul. 1845 a *Dahlbom* lecta.)

35. *E. latifrons* 2. p. 811.

36. *E. longula* 2. p. 812.

In pratis ad Qvickjock Lapponiæ Lulensis ut et in Bottnia boreali ad Storsand, Jul. Aug. 1843, etiam inventa, teste *Boheman:* Resa i Lappland, Berättelse införd i Öfversigt af Vet. Akad. Förhandlingar 1844 n:o 5. p. p. 101 et 104, sed sexus non indicatus. — ♀ mihi deest mihique ignota.

37. *E. geniculata* 2. p. 812.

Etiam in Lapponia Lulensi ad Qvickjock reperta fuerit.

38. *E. Schmidtii* 2. p. 813.

Obs. Rite admonente D. *Stæger* varietates a. et b. diversas constituunt species, nempe:

E. Schmidtii: oculis nudis oblonga, cærulescenti-atra, nitida, punctulata, thorace scutelloque breviter atro-hirsutis; epistomate sat distincte prominente, bituberculato, nudo, sub antennis excavato; antennis parvis, nigris, seta subpuberulo; alis fuscanis, nervis nigricantibus, squamis halteribusque albidis, horum clava aut concolore (♀), aut puncto fusco notata (♂); pedibus totis nigris. ♂♀. (Long. ♂ $3\frac{1}{4}$, ♀ $3\frac{1}{2}$—$3\frac{3}{4}$ lin.)

Mas: oculi contigui; frons unisulcata, et vertex, nigro-pilosa; halteres albidi, clava puncto apicis majusculo fusco; thorax et scutellum breviter atro-hirta; abdomen tenuiter et præsertim ad latera griseo-pilosum, disco antico opacum;

Fem.: oculi modice (non late) remoti; frons longitudinaliter tristriata (stria media abbreviata profundiori), punctulata, brevissime nigro-puberula, supra antennas subimpressa, vertice piloso; antennæ nonnihil majores; corpus subnudum vel omnium tenuissime flavido-puberulum; abdomen ovale, totum nitidum; halteres flavo-albidi, immaculati.

Zett. Dipt. Scand. 2. 813. 38. var. a. ♂♀. — *Eristalis coemeteriorum* var. *β.* Fall. Syrph. 55. 11. ♂♀. Zett. Ins. Lapp. 613. 13. ♂♀.

Hab. in floribus pratensibus et foliis fruticum, per Scandinaviam imprimis meridionalem, a mense Majo ad finem Augusti, passim; loca scilicet natalia vide Dipt. Scand. l. c. — Etiam e Dania nuper a D. *Stæger* transmissa.

♂♀. Color thoracis scutellique subcærulescenti-ater, alæ nigredine subtinctæ, oculi nudi, epistoma inter antennarum radicem et tuberculum nasale eximie excavatum, ut et pedes toti nigri, sunt notæ, quæ simul sumtæ speciem præcipue distingvunt. — Epistoma distincte prominens, mox sub antennis valde retusum, tuberculo nasali superiori eminente; totum atrum nitidum, lateribus cinereo-pollinosum. Antennæ parvæ et proboscis tota nigricantes. Alæ fuscanæ l. nigricantes. — Variat pedibus nigro-piceis.

38—39. *E. vicina:* oculis nudis oblonga, olivaceo-nigra, nitida, punctulata, thorace scutelloque breviter fusco-hirtis; epistomate distincte prominente, bituberculato, nudo, sub antennis excavato; antennis parvis, seta pubescente; alis cinereo-hyalinis, squamis halteribusque albidis, horum clava aut concolore (♀), aut fusca (♂); pedibus totis nigris. ♂♀. (Long. 2 fere 3 lin.)

Mas: oculi contigui; frons unisulcata, et vertex, nigro-pilosa; halteres albidi, clava fere tota fusca; thorax et scutellum bre-

viter fusco-hirsuta, hirsutie certo situ grisea, alio situ nigra; abdomen tenuiter et præsertim ad latera griseo-pilosum, disco antico opacum;

Fem.: oculi modice (non late) remoti; frons longitudinaliter tristriata (stria media abbreviata profundiori), punctulata, brevissime nigro-puberula, supra antennas subimpressa, vertice piloso; antennæ parum majores; corpus subnudum l. omnium tenuissime flavido-puberulum; abdomen ovatum, totum nitidum; halteres flavo-albidi; in copula.

Stæg. in litt. 14 Jun. 1848. — *Eristalis Schmidtii* Zett. Dipt. Scand. 2. p. 814. var. b. ♂♀. — (Sub nomine: *Syrphus antiquus*, ♂ e Dania olim missus).

Hab. in floribus pratensibus, per Scandinaviam præcipue borealem, Jun.—Aug., passim frequenter, in copula etiam aliqvoties deprehensa; loca specialia vide in Dipt. Scand. l. c.; his addam: ad Abusa et Röstånga Scaniæ, ad Skärsjö Smolandiæ, ut et in Dania ad Hafniam. Specimen vero femineum e Glogavia (C:fr Dipt. Scand.) non ad hanc speciem pertinet.

♂♀. Per epistomatis structuram *Eristali Schmidtii* accedit, sed magnitudine fere duplo minore, colore corporis e metallico nitente, nec cærulescenti-atro, thoracis hirsutie in ♂ minus intense obscura, alis in utroque sexu sordide hyalinis, nec nigredine nisi basi subtinctis, halterum clava in ♂ apice latius fusca, etc., recedit, ut et per loca natalia ambabus diversa. — Caput ut in *E. Schmidtii* constructum. Poboscis nigra, apice sæpe obscure ferruginea. Metatarsus posticus ut in *E. Schmidtii* paullo incrassatus. — Variat sæpe pedibus piceis.

39. *E. lugubris* 2. p. 815.

80. CHRYSOGASTER Meig.

Subd. 1. Nervus transversus subapicalis cum 5:to longitudinali angulum subobtusum format; etc. vide p. 816.

a). Oculi in ♂ contigui etc.

1 *solstitialis* Fall. (*Erist. coemeteriorum* Fabr.) ♂♀. 2 *viduatus* Linn. ♂♀. 3 *chalybeatus* Meig. ♂♀. 4 *nudus* Macqv. ♂♀.

b). Oculi in utroque sexu remoti, etc.

5 *metallicus* Fabr. ♂♀. 6 *tarsatus* Meig. ♂♀.

Subd. 2. Nervus tansversus subapicalis cum 5:to longitudinali angulum subacutum format; etc. vide p. 823.

7 *nobilis* Fall. ♂♀. 8 *elegans* Meig. ♂♀. 9 *geniculatus* Meig. (*Chr. fuscipennis* Zett. Ins. L. ♂.) ♂♀.

1. *C. solstitialis* 2. p. 817.

Obs. Oculi feminæ modice, nec late, distantes. — Varietates in descriptione p. 818 allatæ non huc, sed ad *C. chalybeatum* n:o 3 pertinent.

2. *C. viduatus* 2. p. 818.

(♂ quoque ad Stetinum, et ♀ ad Eldenam 28 Maj. a D. *Dahlbom* deprehensi).

3. *C. chalybeatus* 2. p. 819.

♂♀ in copula in Scania, Smolandia et Ostrogothia haud raro lecti. In Norwegia ad Christianiam, et ad Näs Værdaliæ passim. (Uterque sexus ad Stetinum 8 Jun. captus).

Obs. Ad alas basi flavidas probe attendas, ut speciem a præcedentibus distingvas. — Oculi feminæ late remoti, unde etiam frons valde lata.

4. *C. nudus* 2. p. 820.

(♂♀ in graminosis et floribus in Fagetis ad Eldena prope Gryphiam 28 Maj. non parce, *Dahlbom.* Uterque sexus in copula junctus sub nomine: "*Chrysog. metallicus* Macqv." e S:t Sever Galliæ 1844 a D. *Leon Dufour* communicatus).

5. *C. metallicus* 2. p. 820.

Obs. Antennæ magnæ, rotundatæ, nigræ.

6. *C. tarsatus* 2. p. 822.

Etiam in Smolandia raro obvius. (Ad Gryphiam 12 Jun.—6 Jul. 1843, ♂ parce visus, *Dahlbom.*)

Obs. Antennæ magnæ, rotundatæ, nigræ, subtus plus minus ochraceæ. — ♀ ut "*Chrysog. splendidus*" e Sicilia a D. *Löw* missa.

7. *C. nobilis* 2. p. 823.

8. *C. elegans* 2. p. 824.

♂ etiam in pratis Smolandiæ ad Skjärsjö 20 Jul.

9. *C. geniculatus* 2. p. 824.

---

81. PIPIZA Fall.

Subd. 1. abdomine maculato (in *P. flavitarsi* n:o 8 immaculato).

A. maculis abdominis duabus.

*). Alæ maculatæ, etc. vide p. 826.

1 *noctiluca* Linn. (*Syrph. Rosarum* Panz. ♀,) ♂♀. 1—2 *geniculata* Meig. ♂♀. 1—2 *signata* Meig. ♀. 2 *luteitarsis* Zett. ♂.

**). Alæ immaculatæ, etc. vide p. 828.

3 *obsoleta* Zett. ♀. 4 *binotata* Zett. ♀. 5 *guttata* Meig.?

♂♀. 6 *notata* Meig. ♂♀. 6—7 *bimaculata* Meig. forte, ♂♀. 7 *hyalipennis* Zett. ♂♀. 8 *flavitarsis* Meig. (*P. Ratzeburgi* Zett.) ♂♀. 9 *vitrea* Meig. (forte tantum varietas *P. flavitarsis*) ♀.

B. maculis abdominis quatuor.

10 *quadrimaculata* Panz. ♂♀.

Subd. 2. abdomine immaculato (*P. flavitarsis* abdomine immaculato in Subd. 1:ma sub n:o 8 quærenda).

A. Antennæ capite breviores, sæpissime rotundatæ.

*) alis maculatis. Majores.

11 *lugubris* Fabr. ♂♀. 12 *vana* Zett. ♂.

**) alis immaculatis. Mediæ l. minores.

13 *carbonaria* Meig.? ♂. 14 *anthracina* Meig.? (*P. ruficornis* n:o 17 forte huc ut ♀ pertinet) ♂. 15 *morionella* Zett. ♂. 16 *fulvimana* Zett. ♂. 17 *ruficornis* Meig.? (*P. anthracina* n:o 14 est forte hujus ♂) ♀. 18 *leucogona* Zett. (*P. geniculata* Stæg.) ♂.

B. Antennæ longitudine circiter capitis, oblongæ; etc. p. 840.

*) corpore æneescente. Minores.

19 *campestris* Fall. (*P. virens* Meig.) ♂♀. 20 *maculipennis* Meig. ♂♀. 21 *varipes* Meig. ♂♀. 22 *annulata* Meig. ♂♀.

**) corpore cærulescente l. atro. Mediæ.

23 *Ratzeburgi* Zett. (identica est cum *P. flavitarsi* n:o 8) ♂♀. 24 *Heringi* Zett. (*P. atra* Löw ?) ♀.

1. *P. noctiluca* 2. p. 826.

Etiam in Norwegia ad Christianiam Jul. 1844 feminæ a D. D. *Dahlbom* et *Moë* lectæ.

Obs. Abdominis venter basi luteus seu sordide flavus. *Mas:* epistomate nigro et nigro-hirsuto. — Sub *Syrpho* seu *Musca noctiluca* Auctor. veterum verosimiliter plures latent species.

1—2. *P. geniculata:* antennis longitudine vix capitis, nigra; abdominis segmento 2:do maculis 2 transversis modice distantibus flavis; ventre basi sordide flavo; epistomate in utroque sexu albido-hirto; geniculis metatarsisque anterioribus flavis; alis hyalinis, macula media sub stigmate fusca, nervo transverso apicali aream 1:mam terminante subflexo. ♂♀. (Long. $2\frac{3}{4}$—$3\frac{3}{4}$ lin.)

Mas: oculis contiguis; alarum macula sub stigmate modice magna dilute fusca;

Fem.: oculis modice distantibus, fronte lævi, nigra, in medio juxta oculos utrinque macula trigona cinerea; antennis paullo majoribus; alarum macula sub stigmate majori, magis determinata, brunnea.

Meig. Dipt. 3. 245. 7. ♂♀.

Hab. in floribus per Scandinaviam cum *P. noctiluca*, Jun.—Aug. passim; scilicet in Scania ad Abusa etc.; in Ostrogothia ad Lärketorp; in Gottlandia ad Gothem; in Dania, D. *Stæger*, qui specimina ex utroque sexu sub nomine: "*Pip. geniculata* Meig." mecum communicavit. (Ad Rixdorff et Gryphiam Germaniæ 1843 quoque lecta, at tunc temporis cum *P. noctiluca* commixta).

♂♀. Feminæ hujus a feminis *P. noctilucæ* vix discerni possunt, nisi maculas abdominis flavas nonnihil magis remotas, nec non maculas alarum magis determinatas et paullo intensius brunneas dicere velles; sed mares per epistoma albo-hirtum, nec

nigro-hirsutum, facile dignoscuntur, unde species distinctas, volente etiam D. *Stæger*, puto, licet valde affines et similes sint. — Punctata, subænescenti-nigra, griseo- (♂), aut albido- (♀) pubescens. Pedes nigri, femoribus summo apice tibiisque (præsertim anterioribus) basi flavis. Tarsi antici articulis 2 basalibus flavis, superne in singulo macula brunnea; intermedii etiam articulis iisdem flavis, immaculatis; postici nigro-brunnei, articulis basalibus subtus dense ferrugineo-puberulis. Reliqua ut in *P. noctiluca*.

1—2. *P. signata:* antennis longitudine vix capitis, nigra; abdominis segmento 2:do maculis 2 parvis transversis late distantibus flavis; ventre nigro, basi flavo-bimaculato; epistomate albido-hirto; geniculis metatarsisque anterioribus flavis; alis hyalinis, macula media sub stigmate atro dilute fusca, nervo transverso apicali aream 1:mam terminante subflexo. ♀. (Long. circiter 3 lin.).

Meig. Dipt. 3. 246. 8. ♀.

Hab. in Scandinavia rarissime, mihi non obvia, sed e Dania a D. *Stæger* benigne communicata.

♀. A *P. noctiluca* et *geniculata*, quibus valde similis, differt: magnitudine paullo minore, abdominis maculis flavis minoribus et magis remotis, abdominis ventre et dorso similiter pictis, nec non alarum macula fusca magis obsoleta. Punctata, nigra, breviter albo-pubescens, abdomine certo situ ex æneo-nigro micante. Abdomen per maculas minores pallide flavas (in specimine viso) pellucidas et supra et subtus similiter pictum. Alæ hyalinæ, ima radice et stigmate atris; sub hoc macula fusca indeterminata obsoleta. Halteres et squamæ flavo-albida. Pedes nigri, albido-pubescentes, geniculis anterioribus et tarsorum omnium articulis 2 basalibus fulvis. Metatarsi postici superne brunnei.

2. *P. luteitarsis* 2. p. 828.

3. *P. obsoleta* 2. p. 828.
4. *P. binotata* 2. p. 829.
5. *P. guttata* 2. p. 830.
6. *P. notata* 2. p. 830.

Obs. Sexus masculus etiam inventus. *Mas:* oculi contigui. Pubescentia epistomatis et corporis obscura l. fusca. Antennæ capite paullo breviores. Reliqua ut in femina. Abdomen in ♂ et ♀ et supra et subtus similiter pictum. — Exempla utriusque sexus sub nomine descripto a D. *Stæger* e Dania missa. (♀ similis e Glogavia a D. *Zeller* communicata).

6—7. *P. bimaculata:* antennis longitudine vix capitis, ovatis, atra, nigro- (♂), aut albido- (♀) pubescens; abdominis segmento 2:do maculis 2 transversis ovatis, subapproximatis, pallide flavis; alis hyalinis, nervo transverso apicali aream 1:mam terminante subflexo. ♂♀. (Long. circiter 2 $\frac{3}{4}$ lin.)

Mas: oculi contigui; frons, epistoma, totum corpus et pedes nigro-hirsuta; alarum stigma (in specimine viso) nigricans;

Fem.: oculi modice distantes; frons nitida, atra, in medio utrinque ad oculos macula parva trigona albida; epistoma, totum corpus et pedes breviter albo-pubescentia; alarum stigma (in specimine viso) pallide cinereum; maculæ abdominis flavæ forte nonnihil majores et distinctiores, quam in ♂.

Meig. Dipt. 3. 246. 9. ♂♀. videtur.

Hab. in Dania, D. *Stæger*, qui unicum marem unicamque feminam, descriptioni nostræ exempla typica, sub nomine: "*P. bimaculata* Meig.," nuper communicavit. In Svecia et Norwegia frustra quæsita.

♂♀. Valde similis *P. notatæ;* sed per abdominis maculas pallidiores et pedes fuscos, nec nigros, differre videtur. Antennæ capite nonnihil breviores. Abdomen oblongum, nigrum, maculis (in exsiccata) albido- vel pallide flavis, non multo distan-

tibus, ovalis, apice angustiore versus latera spectantibus. Venter niger, basi sordide flavus, maculis pellucidis perspicuis. Alæ hyalinæ. Halteres et squamæ albida. Pedes obscure fusci, geniculis anterioribus flavis. Femora postica leniter incrassata. Tarsi anteriores basi etiam paullo dilutiores.

Obs. Sexus masculus Meigenianæ speciei ab individuo nostræ recedit: "abdominis maculis flavis angustis, et stigmate alarum flavido," nec obscuro.

7. *P. hyalipennis* 2. p. 831.

8. *P. flavitarsis* 2. p. 832.

Uterque sexus in Scania ad Björnstorp, Fogelsång, Esperöd etc.; in Smolandia ad Skärsjö, *Ljungh*; in Ölandia, ipse; in Ostrogothia ad Lärketorp etc. (E Glogavia sub nomine "*P. carbonaria* Meig." a D. *Zeller* communicata.)

Obs. 1. ♂♀. Nervus transversus apicalis, qui aream 1:man terminat, paullo flexus, nec oblique, versus 4:tum longitudinalem ducitur; hinc a prioribus dignota. Scutellum in ♀ cærulescens. *Mas:* frons et epistoma nigro-hirta. Thorax dorso nigro-hirsutus, alio situ griseo-hirsutus. Abdomen oblongum, totum, et supra et subtus, nigrum immaculatum, absque punctis rufis. Alæ sordide hyalinæ, stigmate subflavido. Squamæ, halteres et pedes ut in ♀, cum qua in copula a D. *Stæger* deprehensus. Corpus præsertim feminæ cærulescens.

Obs. 2. Hæc species indentica omnino est cum *Pip. Razeburgi* n:o 23, quæ igitur ibi deleatur.

9. *P. vitrea* 2. p. 832.

Obs. Forte excludetur, nam vix est nisi varietas juvenilis *P. flavitarsis*, alis subhyalinis.

10. *P. 4-maculata* 2. p. 833.

11. *P. lugubris* 2. p. 834.

Obs. ♂♀. Epistoma albo-hirtum. Antennarum articulus ultimus plerumque piceo-fuscus. Pubescentia corporis (in meis speciminibus exsiccatis, 8 masculis et 12 femineis) cinerea l. grisea, in quibusdam flavido-grisea, sed in exemplo masculo nuper a D. *Stæger* misso ferruginanti-flavo-grisea. Tarsi anteriores variant articulis aut 1 et 2, aut 1, 2 et 3 sordide flavis. Tarsi postici articulis 1 subincrassato, et 2, saltem subtus ferrugineis. Venter niger, basi obscure flavidus. Squamæ sub alis in ♂ sordide albæ, anguste nigro-marginatæ, albo-ciliatæ; in ♀ albæ immaculatæ et albo-ciliatæ.

12. *P. vana* 2. p. 835.

Obs. Epistoma nigro-hirtum. Squamæ sub alis ut in ♂ *P. lugubris.* Nervorum directio quoque ut in illa, nervus nempe transversus apicalis, qui aream 1:mam terminat, leniter flexus et versus 4:tum longitudinalem oblique ductus, cum illo angulum acutum formans.

13. *P. carbonaria* 2. p. 836.

Obs. ♂. Atra. Frons et epistoma breviter atro-pilosa. Thorax nigro-pubescens, alio luminis situ griseo-pubescens. Tarsi lutei, articulis 2 apicalibus l. saltem ultimo obscuris. — Specimina Scanica allata non huc, sed ad *P. fulvimanam* n:o 16 pertinent.

14. *P. anthracina* 2. p. 836.

Obs. Ad hanc *Pip. ruficornis* n:o 17 ut ♀ forte referenda.

Nota. Observante oculatissimo *Stæger* coxæ posteriores marium in speciebus 14, 15, 16 et 18 apice spina brevi sunt armatæ.

15. *P. morionella* 2. p. 837.

Obs. ♂. Oblonga. Frons, vertex, epistoma, thorax et scutellum atro-pilosula. Abdomen elongatum etiam basi et lateribus nigro-pubescens. Pedes obscure hirti, sed spinulas quasdam in coxis posterioribus detegere non possum.

16. *P. fulvimana* 2. p. 838.

Obs. ♂. Corpus subolivaceo-nigrum. Frons, vertex et epistoma atro-pilosula. Thorax nigro-hirtus, alio situ griseo-hirtus. Coxæ posteriores spinula armatæ. — Præter specimen typicum parvum, in Jemtlandia ad Åreskutan detectum, individua paullo majora (semper vero *P. carbonaria* minora) in Scania ad Fogelsång a me, et in Dania ad Hafniam et Dyrhaven a D. D. *Stæger* et *Dahlbom* mense Julio inventa, atque sub nomine *P. carbonaria* vendita. — A *P. carbonaria*, cui valde similis, interea differt: magnitudine sæpe duplo minore, præsertim angustiore, thorace et abdomine obscure metallice nitentibus, nec atris, tibiis anticis summo apice flavo, tarsis anticis purius fulvis, metatarsis intermediis fere totis ferrugineis, et tarsis posticis totis nigris, nec ex parte rufis.

17. *P. ruficornis* 2. p. 838.

Etiam in Bottnia boreali ad Råbäcken paroeciæ Öfver-Luleå var. a. ♀ capta 7—13 Jun., D. *Andersson.*

Obs. P. ruficornis forte est ♀ *P. anthracinæ* n:o 14; quod etiam congruit cum observatione Professoris *Bohemanni* in Relatione de itinere suo in Lapponiam 1843 (vide Conspectum Actor. Acad. Holm. 1844 n:o 5, p. 97), ubi dicitur: "Vid Råbäcken anträffades *Pip. anthracina* och *ruficornis* (per errorem typographicum scribitur *rufimana)*, hvilka troligen äro olika kön af samma art."

18. *P. leucogona (geniculata* olim) 2. p. 839.

Obs. 1. Caput cærulescens atro-pilosum. Thorax nigro-pubescens, alio situ fusco-pubescens. Abdomen angustum, nigrum, opacum, limbo et apice subclavato nitidis, certo situ subæneomicantibus. Alæ sordide hyalinæ. Coxæ posteriores subtus setulosæ, sed spinam distinctiorem, si quidem adsit, observare non potui.

Obs. 2. Nomen triviale *geniculata* a D. *Stæger* huic impositum et in Dipt. Scand. l. c. adhibitum, rejiciendum, quia jam pro alia specie, nempe nostra n:o 1—2, a D. *Meigen* usurpatum fuit.

19. *P. campestris* 2. p. 840.

Obs. Epistoma in ♂ griseo-, l. flavido-ferrugineo-pubescens, in ♀ tenuiter cinereo-pubescens. Var. a. ♂ ad Stetinum 8 Jun. 1842 a D. *Dahlbom* captus; var. b. ♂ etiam in Smolandia haud raro lectus et constanter minor.

20. *P. maculipennis* 2. p. 841.

21. *P. varipes* 2. p. 841.

Obs. P. campestrem, *maculipennem* et *varipedem* inter se parum discrepantes quidem invenio. Nec desunt transitus, ubi alarum umbra discoidalis plus minus obsoleta, ut et pictura tarsorum rufa magis minusve determinata. Præsertim metatarsi intermedii color normaliter flavo-rufus in fusco-ferrugineum l. piceum sæpe abire deprehenditur. — Interea hæ tres formæ, quas species vocaverim, per notas allatas forsan melius dignoscuntur, quam si tantum ut varietates unius speciei considerantur.

22. *P. annulata* 2. p. 842.

Obs. ♂ oculis contiguis, de cetero similis ♀, in Smolandia ad Skärsjö raro captus. Ibidem etiam *P. varipes* lecta.

23. *P. Ratzeburgi* 2 p. 843.

Obs. Deleatur heic, nam eadem est ac *P. flavitarsis* n:o 8.

24. *P. Heringi* 2. p. 844.

---

82. PSILOTA Meig.

1 *atra* Fall. ♂. 2 *nigra* Zett. (*Er. nasuta* Ins. Lapp. ♀.) ♂♀. 3 *ruficornis* Wahlb. ♂♀.

1. *Ps. atra* 2. p. 846.

2. *Ps. nigra* 2. p. 847.

Obs. Scutellum convexiusculum, pilosum. Alarum stigma cinereum. Halteres albidi.

Mas: oculis contiguis; epistomatis tuberculo parum elevato; *femina:* oculis modice remotis. — Hæc species ad *Eristalem* forsitan melius refertur. — Etiam in Bottnia boreali ad Råbäcken uterque sexus deprehensus.

3. *Ps. ruficornis* 2. p. 847.

Quoque in Smolandia mas inventus.

Obs. Mas: oculis anguste remotis; scutello (in specimine viso) leviter convexo, in medio transversim impresso, margine breviter nigro-piloso; alis subhyalinis, stigmate cinereo; halteribus albidis.

---

83. PARAGUS Latr.

Subd. 1. Epistoma flavum, in ♀ linea nigra. Scutellum apice albidum. Antennæ longitudine capitis. Vide p. 848.

1 *bicolor* Fabr. ♂♀. 2 *punctulatus* Zett. ♂. 3 *tæniatus* Meig. ♂♀. 4 *albifrons* Fall. ♂♀. 5 *Ruficauda* Zett. ♂.

Subd. 2. Epistoma flavum, in ♂ et ♀ linea nigra. Scutellum nigrum. Antennæ capite subbreviores. Vide p. 852.

6 *tibialis* Fall. ♂♀. 7 *trianguliferus* Zett. ♂. 8 *æneus* Meig. ♂.

1. *P. bicolor* 2. p. 849.

♂♀. Qvoque in Smolandia ad Skärsjö in Chrysanthemo leucanthem., *Ljungh.* (E Melita a D. *Schembri*, et e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* missus).

2. *P. punctulatus* 2. p. 850.

♂ etiam e Svecia septentrionali a D. *Andersson* communicatus.

3. *P. tæniatus* 2. p. 850.

4. *P. albifrons* 2. p. 851.
5. *P. Ruficauda* 2. p. 852.
6. *P. tibialis* 2. p. 852.
Etiam in Smolandia frequens.
7. *P. trianguliferus* 2. p. 853.
8. *P. æneus* 2. p. 854.

Obs. Individua 2, oculis remotis, antennis proportione nonnihil longioribus, abdomine paullo latiori, toto, etiam ano, nigro, in ceteris *mari* descripto simillima, huc ut *feminas* refero, alterum in Scania, alterum in Smolandia captum. Oculi brevissime puberuli et pleuræ fasciculo pilorum argenteorum omnino ut in ♂. — Sine dubio hæc femina eadem est ac *Paragus obscurus* Meig. Dipt. 3. 183. 12. ♀.

---

84. MILESIA Latr.

Subd. 1. Femora postica subtus unidentata; etc.

1 *diophthalma* Linn. ♂♀. 2 *Saltuum* Fabr. ♂♀.

Subd. 2. Femora omnia mutica; etc. p. 857.

3 *vespiformis* Linn. ♂♀. 4 *apiformis* Fabr. ♂♀. 5 *bombylans* Fabr. (*M. Zetterstedtii* Fall.) ♂♀. 6 *fallax* Linn. (*Erist. semirufus* Fabr.) ♂♀.

1. *M. diophthalma* 2. p. 855.
Etiam in Smolandia, *Ljungh*.
2. *M. Saltuum* 2. p. 856.

Obs. Magnitudo paullo minor, antennarum basis nigra, nec rufa, et pedum anticorum tibiæ plerumque ex maxima parte tarsique toti nigra, sunt notæ, quibus hæc a *M. diophthalma* præcipue distingvitur. (♀ etiam e S:t Sever Galliæ a *Leon Dufour* obtinui).

3. *M. vespiformis* 2. p. 857.

4. *M. apiformis* 2. p. 858.
5. *M. bombylans* 2 p. 859.
6. *M. fallax* 2. p. 860.

Qvoque in Smolandia ad Skärsjö non parce occurrit. (Uterque sexus e Glogavia a D. *Zeller* communicatus).

---

85. EUMERUS Meig.

Obs. In Entom. Zeit. Stett. 1848 n:ris 4 et 5 p. 108—128, et 130—136, Professor *Löw* Monographiam hujus generis dedit, 18 species europæas recensentem, quarum tamen quædam dubiæ videntur; nec synonymia semper fidelis videtur.

Subd. 1. abdomine medio aut lateribus rufo.

1 *lateralis* Fall. (*E. grandis* Meig.?) ♂♀. 2 *Sabulonum* Fall. (*E. rubriventris* Macqv.) ♂♀.

Subd. 2. abdomine nigro vel ænescente.

*) oculis tenuiter subhirtis.

3 *strigatus* Fall. ♂♀. 4 *ornatus* Meig. ♂♀. 5 *ruficornis* Meig. ♂♀. 6 *grandicornis* Meig.? ♀. 7 *funeralis* Meig. ♀.

**) oculis nudis.

8 *flavitarsis* Zett. ♀.

1. *E. lateralis* 2. p. 862.
2. *E. Sabulonum* 2. p. 863.
3. *E. strigatus* 2. p. 864.
4. *E. ornatus* 2. p. 865.
5. *E. ruficornis* 2. p. 865.

Etiam in Smolandia ad Skärsjö; in Ostrogothia ad Wadstena parce; in Gottlandia 1847, D. *Boheman.*

6. *E. grandicornis* 2. p. 866.

Iterum in Gottlandia 1847 a D. *Boheman* lectus.

7. *E. funeralis* 2. p. 867.

Qvoque ad Hafniam a D. *Stæger* 1846 captus.

8. *E. flavitarsis* 2. p. 867.

---

86. XYLOTA Meig.

Subd. 1. Corpus hirsutissimum. Epistoma descendens. Trochanteres mutici. Vid. p. 868.

1 *valga* Panz. (*Syrph. laphriformis* Fall.) ♂♀.

Subd. 2. Corpus subpuberulum. Epistoma haud descendens. Vid. p. 869.

A. epistomate non tuberculato.

*) trochanteribus posticis in ♂ breviter 1- vel 2-*dentatis.*

2 *Sylvarum* Linn. ♂♀. 3 *Nemorum* Meig. (*Miles. ignava* Fall.) ♂♀. 4 *bifasciata* Meig. ♂♀. 5 *confinis* Zett. ♂♀. 6 *triangularis* Zett. (exclus. var. b.) ♂♀. 7 *cæruliventris* Zett, ♂♀.

**) trochanteribus posticis in ♂ spina elongata munitis.

8 *segnis* Linn. ♂♀. 9 *ignava* Meig. (non Fall. ♂.) ♀.

***) trochanteribus posticis in ♂♀ muticis.

10 *femorata* Linn. (*Syrph. volvulus* Fabr.) ♂♀. 11 *lenta* Meig. (*Miles. pigra* Fall. non Fabr.) ♂♀. 12 *pigra*

Fabr. (*X. crassipes* Wahlb.) ♂♀. 13 *Florum* Meig. ♂♀. 14 *nigripes* Zett. ♂♀.

B. epistomate in ♂ inferne tuberculato.

15 *lateralis* Fall. (*Thereva dubia* Fabr.) ♂♀.

1. *X. valga* 2. p. 868.

Etiam in Smolandia ad Skärsjö deprehensa.

Obs. Xyl. tuberculata Zett. seu *Criorhina tuberculata* Macqv. Meig. Dipt. 7. 117. 8. ♂. ad *Xylotæ* genus est referenda. Similis *X. valgæ*, sed paullo major, et femorum abdominisque basi immaculata (nec rufa), distincta. Mus. Zetterst.

2. *X. Sylvarum* 2. p. 870.

3. *X. Nemorum* 2. p. 871.

In Scania etiam ad Skarhult ♀ 14 Jul. 1843 a D. *Dahlbom* capta. (♀ quoque e Glogavia in 2 exemplis a D. *Zeller* missa).

Obs. Maculæ abdominis magnitudiue et forma paullo variant, interdum trigonæ.

4. *X. bifasciata* 2. p. 872.

Etiam in paroecia Öfver-Luleå ad Storsand Aug., teste *Boheman.*

Obs. X. bifasciatam esse marem et *X. confinem* feminam ejusdem speciei crediderim, nisi Cel. *Stæger* nuper mihi notum fecit, se *Xyl. bifasciatam* in utroque sexu invenisse. Femina eandem femorum posticorum formam crassam, ac mas, habet; sed duæ fasciæ flavæ interruptæ (maculæ 4) sunt paullo minus dilatatæ et coloris magis sordidi (minus puri).

5. *X. confinis* 2. p. 872.

Obs. Etiam specimen masculum hujus, in Dania captum, sub nomine "*X. confluens* Wahlb." a D. *Stæger* obtinui. Femora postica paullo crassiora sunt, quam in *X. Nemorum*, non

vero tam crassa ac in *X. bifasciata;* subtus tantum ciliata, nec spinulosa. Coxæ posticæ denticulo minuto, nec spina longa, armatæ.

6. *X. triangularis* 2. p. 873.

Obs. Var. b. ♀ non huc, sed ad *X. segnem* pertinet.

7. *X. cœruleiventris* 2. p. 873.

(Var. a. ♀ e Glogavia a D. *Zeller* et e Dalmatia a D. *Kahr* missa). Var. b. ♂ in copula cum ♀ varietatis a. ad Gusum Ostrogothiæ a D. *Wahlberg* deprehensus.

8. *X. segnis* 2. p. 874. — *X. triangularis* var. b. ♀ quoque huc pertinet.

♂ in Dyrhaven Hafniæ Jul. 1844 a *Dahlbom*, et ♀ ad Christianiam Norwegiæ a *Moë* capti. (E Dalmatia a D. *Kahr* ♀ etiam missa).

9. *X. ignava* 2. p. 875.

♂ quoque inventus. Uterque sexus in hortis Holmiæ a Prof. *Wahlberg* observatus. (♂ etiam e montis Sudeticis a D. *Zeller* missus).

Obs. ♂♀. Annulus fuscus in tibiis posticis sæpe obsoletus. Spina in trochanteribus posticis maris duplo brevior, sed basi crassior, quam in *X. segni.*

10. *X. femorata* 2. p. 876

♂ in Scania ad Fogelsång prope Lund, *v. Borck;* in Bottnia boreali ad Råbäcken paroeciæ Öfver-Luleå 6—13 Jun., *Boheman.*

11. *X. lenta* 2. p. 877.

In Smolandia ad Skärsjö raro.

12. *X. pigra* 2. p. 878.

(Sub nomine: "*X. lenta* Macqv.," marem etiam e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* accepi).

13. *X. Florum* 2. p. 879.

14. *X. nigripes* 2. p. 880.

Uterque sexus (♀ hactenus ignota) in pratis ad Råbäcken et Storsand in paroecia Öfver-Luleå Bottniæ borealis medio Jun. 1843, D. *Boheman.*

15. *X. lateralis* 2. p. 880.

---

87. SYRITTA Saint-Fargeau et Serv.

1. *S. pipiens* Linn. (*Milesia* eadem Fall. — *Xylota* eadem Meig.) ♂♀. 2. p. 881.

Var. a. ♂♀. Etiam in Norwegia ad Christianiam, D. *Moë.* (Uterque sexus quoque ad Moabite et Neustadt Eberswalde prope Berolinum, ad Neuenkirchen et Gryphiam tota æstate copiose obvius, D. *Dahlbom.* Denique e Melita a D. *Schembri* missa).

---

88. TROPIDIA Meig.

1. *T. milesiformis* Fall. ♂♀. 2. p. 883.

---

89. ASCIA Megerl.

1 *podagrica* Fabr. ♂♀. 2 *floralis* Meig. ♂♀. 3 *dispar* Meig. ♂♀. 4 *quadripunctata* Meig. ♀. 5 *interrupta* Meig. ♂♀. 6 *nitidula* Meig.? ♂. 7 *ænea* Meig.? ♀. 8 *geniculata* Meig. ♀.

1. *Asc. podagrica* 2. p. 884.

2. *Asc. floralis* 2. p. 886.

Obs. Contendit (in litt.) Cl. *Stæger*, et non sine ratione, nostras *A. floralem* et *disparem* tantum esse varietates unius ejusdemque speciei. Femorum scilicet anteriorum annulus niger (cujus angustitas aut latitudo notam distinctivam imprimis præberet) interdum et gradatim in *A. florali* fere æque latus ac in *dispare* deprehenditur. Has igitur duas species sub una, et quidem nomine *A. floralis* comprehendit Vir nobilissimus. Notæ vero characteristicæ, quæ hanc speciem designant et ab aliis præsertimque a genuina *A. dispari* distingvunt, e sequentibus desumi possunt: 1:mo e tempore vigendi (in Scandinavia sub Majo et Augusto; 2:do ex alis (præcipue in ♂) leniter subfuscanis, nervo transverso subapicali cum 4:to longitudinali angulum rectum formante; et denique 3:tio e fascia flava 2:da in maris abdominis segmento 3:tio latiori, saltem dimidium segmenti anticum occupante, sed vix l. tantum angulo plus minus acuto in summum marginem lateralem extensa.

Interea ut varietates sub *A. florali* sequentes a *Stæger* considerantur:

Var. a. ♂. abdomine fasciis 2 flavis (oblique truncatis, angulo postico ad latera summa rarissime extenso).

Var. b. ♂. ut in a.: fascia 2:da angustissime in medio interrupta, (abdom. segment. 2:do punctis 2 strigiformibus, flavis).

Var. c. ♂. ut in a.: abdomine fascia unica flava (in segmento 3:tio). (*A. dispar* Zett.)

Var. d. ♀. abdomine fasciis 2 interruptis, flavis.

Var. e. ♀. ut in d.: abdomine lanceolato. (*A. 4-puntcata* Meig.)

Var. f. ♀. abdomine punctis 4 fulvis (2 anticis sæpe obsoletis.)

Var. g. ♀. ut in f.: punctis omnibus obsoletis, metatarso antico plus minusve tarsisque posticis fere totis, fuscis.

Var. h. ♀. abdomine ut in e., pedibus ut in g. .

Var. i. ♀. ut in g., abdom. segmentis 2:do immaculato, 3:tio punctis 2 fulvis obsoletis.

Var. k. ♀. ut in i., sed abdom. toto immaculato.

3. *Asc. dispar* 2. p. 887.

Obs. Qvæ ut Meigeni *A. dispar* a *Stæger* habetur, sequentibus notis ab *A. florali* dignoscitur: 1:mo magnitudine paullo major; 2:do pedes nonnihil pallidiores, nempe antici: fere toti flavi, tantum femoribus basi late (fere ad medium) nigris, et vestigio obsoleto annuli fusci in medio tibiarum, atque metatarsis antice dilutissime fuscis; postici: tibiarum annulo nigro in parte posteriore tantum ad dimidium tibiæ extenso, metatarsis fere totis articulisque 4 et 5 nigricantibus; 3:tio alæ nervis basi pallidis (nec nigris), et transverso apicali cum 4:to longitudinali angulum subobtusum l. arcuatum, nec rectum, formante; 4:to abdomen maris fascia flava tantum unica et angustiori, nec segmentis 3:tii dimidium anticum occupante, ad summum marginem lateralem utrinque extensa; 5:to abdomen feminæ totum nigrum, immaculatum; et 6:to sub mense Junio in Scandinavia viget. — C:fr etiam *observatio* sub *A. florali.*

4. *Asc. 4-punctata* 2. p. 887.

5. *Asc. interrupta* 2. p. 888.

Hæc bene dignota species in Gottlandia etiam a D. *Boheman* 1847 reperta fuit.

6. *Asc. nitidula* 2. p. 889.

7. *Asc. ænea* 2. p. 889.

Obs. Opinante D. *Stæger* hæc et sequens (*A. geniculata*) a nobis descriptæ species ad unam eandemque reduci debent, tarsorum posticorum articulis 2:do et 3:tio plus l. minus obscuris variantes. Hujus speciei Stægerianæ mas quoque inventus est, corporis pictura *A. dispari* Stæg. similis, sed pedum color, antennæ et alarum basis (nervis) obscura omnino ut in feminæ *A. æneæ.*

8. *Asc. geniculata* 2. p. 890.

Vide *observationem* sub *A. ænea.* — (Varietas feminea antennis fere totis nigris subtus tantum levissime fuscis, ad Neuenkirchen a D. *Dahlbom* capta.)

90. SPHEGINA Meig.

Obs. Oculi in ♀ nonnihil latius remoti quam in ♂.

1 *clunipes* Fall. ♂♀. 2 *nigra* Meig. ♂♀. 3 *nigricornis* Macqv. ♂♀.

1. *Sph. clunipes* 2. p. 891.

Obs. Antennæ mediocres. Pedum posticorum femora clavata; tibiæ ejusdem paris in meis individuis flavæ, apice circiter ad quartam partem obscuræ et annulo ante medium fusco obsoleto (in exemplo a D:r *Stæger* misso tibiæ posticæ flavæ, apice obscuræ et ante medium tantum vestigio obsoletissimo annuli dilute brunnei); metarsi postici semper obscuri, reliqui articuli plerumque fuscescentes. Fasciæ abdominis in ♀ interdum obscure ferrugineæ.

2. *Sph. nigra* 2. p. 891.

Hujus (nec *S. clunipedis*) femina etiam in Lapponia Lulensi ad Qvickjock Jul. 1843 capta, D. *Andersson*.

Obs. Abdomen aut totum nigrum (♂), aut nigrum, segmentis 3 et 4 fascia flava. Femina, hactenus ignota, similis mari, sed frons nigra, et abdominis segmenta: 3:tium fascia basali lata, flava, 4:tumque fascia etiam basali, angusta, subferruginea.

3. *Sph. nigricornis* 2. p. 892.

Obs. Specimen, quod sub nomine: "*Sph. nigricornis*," mihi misit D. *Stæger*, ob nervorum in alis directionem potius ad *Sph. nigram* referre vellem.

---

91. BACCHA Fabr.

1 *elongata* Fabr. ♂♀. 2 *obscuripennis* Meig. ♂.

1. *B. elongata* 2. 893.

Var. a. etiam in Svecia boreali, D. *Andersson*.

2. *B. obscuripennis* 2. p. 894.

Mas quoque in Smolandia ad Skärsjö a *Ljungh*, et in Ostrogothia ad Winnerstad a D. *Holmgren*, inventus; mas denique varietatis a. femoribus anterioribus, pedibusque posticis totis obscure brunneis, et varietatis b. femoribus dilutioribus, e Dania a D. *Stæger* communicatus.

Obs. Alæ brunnescentes. Epistoma subænescenti-nigrum, nitidum, tenuissime et parcissime puberulum. Frons obscure ænea, nitida. — *B. nigripennis* Meig. ab hac non multum abludere videtur.

Fam. 14. SCENOPINII Fall.

92. SCENOPINUS Latr.

Löw, ueber die systemat. Stellung von *Scenopinus*, Ent. Zeit. 1845. n:o 10. p. 312 vide.

*). Oculi in ♂ contigui. Pedes rufi. etc.

1 *fenestralis* Linn. ♂♀. 2 *furcinervis* Zett. ♂.

**) Oculi in ♂♀ remoti. Pedes nigri. etc.

3 *niger* Deg. ♂♀.

1. *Sc. fenestralis* 3. p. 895. — *Atrichia spoliata* Schrank Fn. Boic. 3. 2404.

Var. a. ♂♀ in copula e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* missi.

Var. c. ♂. Proboscis saccata, obscura, pilosa. Palpi breves, filiformes, atri, pilosuli. In fenestris Lundensibus jam 4 Aprilis visus.

Var. d. ♂♀. *Sc. fenestralis* Meig. Halterum clava tota alba. In Scania ad Lund et in Smolandia ad Skärsjö raro inventa.

E Dania a D. *Stæger* etiam ♀ communicata. An specie distincta?

2. *Sc. furcinervis* 3. p. 897.

3. *Sc. niger* 3. p. 898.

In Smolandia ad Skärsjö et diversorium Råby etiam freq.; in Nericia ad Kärr, *J. E. Zetterstedt*; in Norwegia ad Christianiam, *Moë*.

Obs. E Reinerzi Silesiæ a D. *Zeller* specimen masculum obtinui, quod *S. nigro* in omnibus simillimum præter id quod nervus 3:tius longit. (in ambabus alis) simplex seu non furcatus sit. In margine tamen costali, ubi ramulus superior nervi long. 3:tii furcæ normaliter exire solet, punctum minutum nigrum observatur, ramulum superiorem furcæ inchoans. Forte igitur hoc exemplum tantum monstrosum est, a genuino *S. nigro* in nihilo nisi defectu hujus ramuli discrepans.

Fam. 15. PLATYPEZINÆ Fall.

93. PLATYPEZA

A. Nervi longit. 5:ti furca ramo altero arcuato.

α). Nervus longit. 5:tus apice abbreviatus.

1 *boletina* Fall. ♂♀. 2 *fasciata* Fabr. ♂♀. 3 *vittata* Zett. ♂♀. 4 *modesta* Stæg. ♂♀. 5 *consobrina* Zett. ♀. 6 *media* Macqv. ♂. 7 *atra* Fall. ♂♀.

β). Nervus longit. 5:tus ad marginem alæ continuatus.

8 *picta* Meig. (*P. fasciata* Fall., non Fabr. — *P. fumipennis* Zett. Ins. Lapp.) ♂♀. 9 *rufa* Meig. (*P. rufiventris* Macqv.) ♂♀.

B. Nervi longit. 5:ti furca ramis rectis, altero abbreviato.

10 *furcata* Fall. Suppl. ♂♀.

1. *P. boletina* 3. p. 900.
2. *P. fasciata* 3. p. 901.
3. *P. vittata* 3. p. 902.
4. *P. modesta* 3. p. 903.
5. *P. consobrina* 3. p. 904.
6. *P. media* 3. p. 905.
7. *P. atra* 3. p. 905. — Etiam in Smolandia.
8. *P. picta* 3. p. 906.

In Lappon. Lulensi ad Qvickjock, *Boheman*.

9. *P. rufa* 3. p. 908.
10. *P. furcata* 3. p. 909.

Obs. E fine Junii ed finem Augusti 1847 magnam copiam feminarum præsertim in fungis arboreis (ubi illæ pro ovis deponendis congregatæ) ad Esperöd Scaniæ collegit mihique communicavit diligens ille entomologus Stud. *Fritz Areschoug*.

---

94. CALLOMYIA Fall.

A. Antennarum articulus ultimus ovatus, acutus l. acuminatus.

*) Antennæ breves, ovatæ, apice acutæ.

1 *leptiformis* Fall. ♂♀. 2 *speciosa* Meig. ♂♀. 3 *elegans* Meig. ♂♀. 4 *amoena* Meig. ♂♀. 5 *dives* Zett. ♂♀.

**) Antennæ breviusculæ, subovatæ, apice acuminatæ.

6 *boreella* Zett. ♂♀. 7 *elegantula* Fall. ♂♀. 8 *scutellaris* Zett. ♂. 9 *Dahlbomi* Zett. ♂♀.

B. Antennarum articulus ultimus elongato-conicus seu subulatus.

10 *Falleni* Zett. (*C. Megerlei* Meig.) ♂♀. 11 *Zetterstedti* Wahlb. ♀. 12 *antennata* Zett. ♂♀. 13 *viduella* Zett. ♀.

1. *C. leptiformis* 3. p. 910.

2. *C. speciosa* 3. p. 912.

In Lappon. Lulensi ad Qvickjock 1843, D. *Boheman*; etiam in Jemtlandia 1840, D. *Dahlbom.*

3. *C. elegans* 3. p. 913.

4. *C. amoena* 3. p. 913.

5. *C. dives* 3. p. 915.

Qvoque in Lapponia Lulensi ad Qvickjock 1843, D. D. *Wahlberg* et *Boheman.*

6. *C. boreella* 3. p. 915.

Var. a. ♀. etiam in Lapponia Lulensi ad Qvickjock, D. D. *Boheman* et *Andersson.*

7. *C. elegantula* 3. p. 916.

8. *C. scutellaris* 3. p. 917.

9. *C. Dahlbomi* 3. p. 918.

10. *C. Falleni* 3. p. 919.

♂♀ in horto Stægeriano Fredriksberg prope Hafniam post medium Septembris 1845 a Possessore copiose lecti in foliis Coryli.

11. *C. Zetterstedti* 3. p. 920.

12. *C. antennata* 3. p. 921.

13. *C. viduella* 3. p. 921.

---

95. OPETIA Meig.

1. *O. nigra* Meig. ♂♀. 3. p. 922.

Fam. 16. CONOPSARIÆ Latr.

96. CONOPS Linn.

A. Abdomen petiolatum. Caput flavum, etc.

1 *rufipes* Fabr. ♂♀. 2 *vittata* Fabr. ♂♀. 3 *macrocephala* Linn. (*C. niger* Löw.) ♂♀.

B. Abdomen basi coarctatum, non petiolatum.

*). Alarum costa testacea.

4 *vesicularis* Linn. ♂♀. 5 *flavipes* Linn. ♂♀.

**). Alæ totæ hyalinæ, immaculatæ.

6 *quadrifasciata* Deg. ♂♀.

***) Species dubia.

7 *aculeata* Linn.

1. *C. rufipes* 3. p. 924. — Macqv. Buff. 2. 25 (nec 24). 7. Zell. Isis. 1842. p. 835. 4. ♂♀. Löw, Dipterol. Beitr. 1847. 3. p. 15. n:o 16.

In Scania passim, ex. gr. ad Sjörup, D. *Möller*, in horto proprio Lundæ 24 Jun. 1848, ipse, in floribus Veronicæ horti Bot. Lundensis 29 Jul. ejusdem anni, D. *Dahlbom*.

2. *C. vittata* 3. p. 925. — *Conops vittatus* Löw, Dipter. Beitr. 1847. 3. p. 16. n:o 17.

In Gottlandia D. *Boheman* 14 exempla 1847 collegit.

3. *C. macrocephala* 3. p. 926. — *C. niger* Löw, Dipter. Beitr. 1847. 3. p. 14. n:o 15.

Uterque sexus etiam in Smolandia ad Skärsjö.

4. *C. vesicularis* 3. p. 926. — Zell. Isis 1842. p. 835. 1. ♂♀. Löw, Dipter. Beitr. 1847. 3. p. 11. n:o 12.

Etiam in Smolandia ad Skärsjö ♂ et ♀ reperti.

5. *C. flavipes* 3. p. 928. — Zell. Isis 1842. p. 835. 2. ♀. Löw, Dipter. Beit. 1847. 3. p. 9. n:o. 10. ♂♀.

In Scania ad Vidtsköfle 1 Sept. 1845, *v. Borck*; in Smolandia ad Skärsjö, *Ljungh.*

Obs. Conferantur quæ Prof. *Löw* de discrimine sexus attulit in Dipterol. Beiträg. Dritter Theil 1847. p. 1.

6. *C. 4-fasciata* 3. p. 929. — Zell. Isis 1842. p. 835. 3. ♂♀. Löw, Dipt. Beitr. 1847. 3. 5. 6. ♂♀.

Obs. Larva in Bombo lapidario, teste *v. Bremi* in Isis 1846. p. 172.

7. *C. aculeata* 3. p. 930.

Fam. 17. MYOPARIÆ Macqv.

97. ZODION Latr.

1 *cinereum* Fabr. ♂♀. 2 *notatum* Meig. ♂♀.

1. *Z. cinereum* 3. p. 931. — Zell. Isis 1842. p. 837. 1.

Obs. Cel. *Löw* putat nos marem pro femina sumsisse, et vice versa.

2 *Z. notatum* 3. p. 932. — Zell. Isis 1842. p. 837. 2. ♂♀.

♂♀ in copula etiam in Smolandia ad Skärsjö capti.

---

98. MYOPA Fabr.

Obs. Larvæ in *Euceris* vivunt, *v. Heyden*, teste *v. Bremi* in Isis 1846. p. 172.

A. capite ad genas villosulo.

1 *buccata* Linn. ♂♀. 2 *testacea* Linn. ♂♀.

B. capite glabriculo aut glaberrimo.

3 *dorsalis* Fabr.? Fall. ♂♀. 4 *occulta* Meig. ♂♀. 5 *variegata* Fall. (*M. nitidula* Fabr.) ♀. 6 *ferruginea* Linn. ♂♀. 7 *atra* Fabr. 8 *Sundewalli* Zett. ♂♀. 9 *distincta* Meig. ♂♀.

1. *M. buccata* 3. p. 934. — Zell. Isis. 1842. p. 838. 2.

In Smolandia ad Skärsjö etc. ♂♀ passim. (In floribus Saxifr. granulatæ Glogaviæ, *Zeller).*

Var. b. ♂. etiam in Smolandia ad Skärsjö semel lecta.

2. *M. testacea* 3. p. 935. — Zell. Isis 1842. p. 838. 3.

♀ etiam in Norwegia ad Christianiam Jul. 1844, *Dahlbom.*

Obs. Qvoad differentiam sexus C:r *Löw* Dipter. Beitr. 1847. 3. 1.

3. *M. dorsalis* 3. p. 956. — Zell. Isis 1842. p. 838. 4.

In Scania ad Kjeflinge 20 Aug. 1843 lecta, *Dahlbom.* (E Dalmatia a D. *Kahr* missa. In floribus Matricariæ etc. Glogaviæ, *Zeller).*

4. *M. occulta* 3. p. 937. — Zell. Isis 1842. p. 838. 7. In Scania ad Vidtsköfle, *Möller;* e Smolandia sub nomine: *M. dorsalis,* ♀ olim a beat. *Ljungh* obtinui.

5. *M. variegata* 3. p. 938. — Zell. Isis 1842. p. 839. 8.

6. *M. ferruginea* 3. p. 939. — Zell. Isis 1842. p. 838. 5.

In copula ad Skärsjö Smolandiæ capta. (In floribus Scabiosæ, Glogaviæ, *Zeller).*

7. *M. atra* 3. p. 940. Zell. Isis 1842. p. 839. 9,

(Var. a. e Melita a D. *Schembri* obtinui. In floribus Hieraciæ pilosellæ Glogaviæ a D. *Zeller* deprehensa.)

8. *M. Sundewalli* 3. p. 942.

9. *M. distincta* 3. p. 943. — Zell. Isis 1842. p. 839. 10.

Obs. Ut "*M. atra* Macqv." e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* communicata. Ad Glogaviam in medio Junii obvia, *Zeller.*

---

99. STACHYNIA Macqv.

1 *punctata* Fabr. ♂♀. 2 *marginella* Zett. ♂.

1. *St. punctata* 3. p. 944. — Zell. Isis 1842. p. 839. 2. — *Dalmannia* eadem Robin. Desv. n:o 5.

(In floribus Hieracii pilosellæ et auriculæ ad finem Maji et Junio ad Glogaviam copiose a D. *Zeller* reperta.)

2. *St. marginella* 3. p. 945

Fam. 18. PIPUNCULINI Zett.

100. NEPHROCERUS Zett.

1 *lapponicus* Zett. ♂♀. 2 *flavicornis* Zett. ♀.

1. *N. lapponicus* 3. p. 947.

2. *N. flavicornis* 3. p. 949.

---

101. PIPUNCULUS Latr.

Sect. 1. Areæ alarum discoidales tres.

*) nervulo appendiceo pone curvaturam nervi 4:ti abbreviato.

1 *auctus* Fall. ♂♀.

**) nervo appendiceo pone curvat. nervi 4:ti nullo.

a.) *corpore glabro.*

2 *Pratorum* Fall. (an var. sequentis?) ♂♀. 3 *campestris* Latr. Macqv. ♂♀. 4 *ater* Meig. (*P. dispar* Zett. Ins. Lapp.) ♂♀. 5 *fuscipes* Stæg. ♂♀. (5—6 *zonatus* Zett. n. sp.*) ♂♀.) 6 *unicolor* Zett. ♂. 7 *fusculus* Zett. ♂♀. 8 *geniculatus* Meig. ♂♀. 9 *sylvaticus* Meig ♂♀. 10 *nigritulus* Zett. ♂♀. 11 *albitarsis* Zett. ♂. 12 *rufipes* Meig. ♂♀. 13 *hæmorrhoidalis* Zett. ♀. 14 *fulvipes* Macqv. (*P. lateralis* Macqv. ♀. — *P. annulipes* Zett. Ins. Lapp.) ♂♀. 15 *flavipes* Meig. ♂♀. 16 *varipes* Meig. ♂♀. 17 *vittipes* Zett. (*P. annulipes* Zett. Ins. L. ex parte) ♂♀. 18 *fascipes* Zett. ♂. 19 *ruralis* Meig. ♂♀. 20 *obtusinervis* Zett. ♂. 21 *opacus* Fall. ♂♀.

b.) corpore piloso.

22 *pilosus* Zett. ♂♀.

Sect. 2. Areæ alarum discoidales nullæ. etc. *Ateleneura* Macqv. — *Chalurus* Walker, Magaz. entom. (Macqv. Buff. 2. 663. Suppl.)

23 *spurius* Fall. ♂♀.

1. *P. auctus* 3. p. 950.

(E Glogavia a D. *Zeller* ♀ missa).

2. *P. Pratorum* 3. p. 951.

(Sub nomine "*P. campestris*" ♂ a D. *Zeller* e Glogavia communicatus).

3. *P. campestris* 3. p. 952.

(Feminam etiam e Glogavia a D. *Zeller* sine nomine obtinui.

---

*) an etiam Scandinaviæ incola?

Obs. Nostræ formæ sub n:o 2 et 3 forte ad eandem referendæ sunt speciem; ita nempe ut *P. campestris* tamquam var. a. seu Meigeni genuinus, et *P. Pratorum* hujus var b. habendi.

4. *P. ater* 3. p. 953.

(Mas ut Glogaviæ freq. incola a D. *Zeller* communicatus).

5. *P. fuscipes* 3. p. 953.

(♂ frequenter, ♀ passim in Glogavia obvii, *Zeller).*

(5—6. *P. zonatus* n. sp. ♂♀.

Similis *P. fuscipedi*, sed paullo major et fasciis abdominis canis distinctioribus, in medio angustis; e Glogavia a D. *Zeller* absque nomine missus; ad Gryphiam quoque a *Dahlbom* deprehensus, sed in Svecia hactenus non observatus.)

6. *P. unicolor* 3. p. 954.

(♂ 12 Jun.—6 Jul. Gryphiæ haud raro a D. *Dahlbom* inventus; ad Glogaviam frequentius occurrit).

7. *P. fusculus* 3. p. 955.

(Uterque sexus etiam e Glogavia missus hujus videtur).

8. *P. geniculatus* 3. p. 955.

(♂♀ in copula e Glogavia a *Zeller* 1841 quoque communicati).

9. *P. sylvaticus* 3. p. 956.

In Scania ad Skarhult, Esperöd etc. postremis annis in utroque sexu non parce lectus. (♂♀ in Glogavia frequenter occurrunt).

Obs. Varietas maris: tarsis fere totis obscuris l. fuscis, in Svecia boreali (Bottnia? Lapponia Lulensi?) inventa, a D. *Andersson* transmissa.

10. *P. nigritulus* 3. p. 957.

♀ etiam in Dyrhaven Daniæ capta Jul. 1844 a *Dahl-*

bom. (♂ ad Moabite prope Berolinum 14 Aug. 1847 deprehensus, et uterque sexus ad Glogaviam).

Obs. ♂♀. Magnitudo et summa *P. sylvatici* similitudo; sed abdomine nonnihil magis ex metallico nitente imprimisque in ♂ ænescenti-nigro, et præcipue pedibus totis cum tarsis nigris, geniculis tantum anguste et tibiarum ima basi albidis. Pulvilli etiam albi.

11. *P. albitarsis* 3. p. 958.

12. *P. rufipes* 3. p. 959.

(♂ ut rarior et ♀ ut frequentior e Glogavia missi. — Sub nomine: "*P. acuticornis* n. sp." ♂ etiam e Glogavia a *Zeller* communicatus).

Obs. Antennæ acuminatæ, apice albæ. Anus piceus l. niger. Pedes fulvi l. rufo-flavi, coxis, femoribus ultra medium tarsorumque apice nigricantibus.

13. *P. hæmorrhoidalis* 3. p. 959.

14. *P. fulvipes* 3. p. 960.

15. *P. flavipes* 3. p. 961.

Var. a. ♂. in pratis ad Qvickjock Lapponiæ Lulensis, *Boheman*; ad villam Stægerianam Frederiksberg prope Hafniam, 1845. (E glogavia a *Zeller* missus).

Obs. Alarum segmentum costæ 4:tum seu ultimum cum duobus antecedentibus simul sumtis fere æquali longitudine (nec "duplo longius") deprehenditur.

16. *P. varipes* 3. p. 963.

(Qvoque e Glogavia hujus feminam obtinui).

17. *P. villipes* 3. p. 964.

18. *P. fascipes* 3. p. 964.

19. *P. ruralis* 3. p. 965.

20. *P. obtusinervis* 3. p. 965.

21. *P. opacus* 3. p. 966.

22. *P. pilosus* 3. p. 967.

Obs. ♀ abdomine cinereo, segmentis basi nigris, etiam in Smolandia rarissime inventa.

23. *P. spurius* 3. p. 968.

(Uterque sexus e Silesia a D. *Zeller*).

Fam. 19. OESTRIDES Latr.

102. OESTRUS Linn.

Subd. 1. Alarum nervus 4:tus longit. perspicuus etc. p. 970.

1 *Ovis* Linn. ♂♀. 2 *Trompe* Modeer ♂♀.

Subd. 2. Alarum nervus 4:tus longit. obsoletus etc. p. 973.

3 *Tarandi* Linn. ♂♀. 4 *Bovis* Deg. *(O. hæmorrhoidalis* Linn. Fn.) ♂♀.

1. *Oestr. Ovis* 3. p. 970.

2. *Oestr. Trompe* 3. p. 972.

In summis cacuminibus alpium versus limitem nivalem ad Qvickjock Lapponiæ Lulensis ♂♀ in copula a Prof. *Wahlberg* 1843 deprehensi.

3. *Oestr. Tarandi* 3 p. 973.

♂♀ etiam in copula ad Qvickjock, Prof. *Boheman*.

4. *Oestr. Bovis* 3. p. 974.

---

103. GASTRUS Meig.

A. Alæ albido-hyalinæ, fusco-maculatæ.

1 *Eqvi* Fabr. *(Oestr. Bovis* Linn. Fn.) ♂♀.

B. Alæ subhyalinæ, immaculatæ.

*) nervulo transverso ordinario deficiente.

2 *Pecorum* Fabr. ♀. 3 *ferruginatus* Zett ♂.

**) nervulo transverso ordinario præsente.

4 *nasalis* Linn. (*Oestr. veterinus* Fabr.) ♂♀. 5 *salutaris* Clark. ♂. 6 *nigritus* Zett. ♂. 7 *hæmorrhoidalis* Fabr. (*Oe. nasalis* Modeer) ♂♀.

1. *G. Eqvi* 3. p. 976. — Meig. Dipl. 4. 175. 1. etc. (♂ etiam e Melita 1846 a D. *Schembri*; ♀ e Bordaux 1846 a D. *Dohrn* per D. *Dahlbom*).

2. *G. Pecorum* 3. p. 977.

3. *G. ferrugatus* 3. p. 978.

4. *G. nasalis* 3. p. 979.

5. *G. salutaris* 3. p. 980.

6. *G. nigritus* 3. p. 981.

7. *G. hæmorrhoidalis* 3. p. 981.

Fam. 20. HÆMATOMYZIDES Fall.

104. PROSENA Saint-Farg. et Serv.

1. *Pr. siberita* Fabr. ♂♀. 3. p. 984.

(♂♀ etiam e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* 1844 missi).

---

105. STOMOXYS Geoffr.

A. Palpi breves fere intra os occultati; etc.

1 *calcitrans* Linn. ♂♀.

B. Palpi elongati, etc. vide p. 986.

2 *stimulans* Fabr. ♂♀. 3 *irritans* Linn. (*S. pungens* Fabr.) ♂♀.

1. *St. calcitrans* 3. p. 985.
(Qvoque e Melita a D. *Schembri* 1846.)
2. *St. stimulans* 3. p. 986.
3. *St. irritans* 3. p. 987.

---

106. SIPHONA Meig. *)

Obs. Haustellum in *S. geniculata* elongatum, basi medioque geniculatum; in *S. anomala* modice longum, basi tantum geniculatum.

---

*) Manuscripto hujus Supplementi jam prelo parato, monographia *Siphonarum* Daniæ (nostræ Faunæ etiam adaptanda) synoptice et ingeniose ab eximio *Stæger* elaborata, mihi in manus veniebat, cujus expositionem, *venia Auctoris* generosi, heic eo libentius inserere volui, quo certius mihi est persvasum, species in hac opella recensitas bene esse limitatas et dignotu faciles; nempe:

Siphona

Sect. 1:ma abdominis segmento 1:mo setis dorsalibus 2 (præter unicam lateralem distinctam l. subbinas utrinque).

1. *S. geniculata:* cinerea l. grisea, capite albido; antennarum basi, vitta frontali, scutelli apice, pedibus, et in ♂ abdominis lateribus antice, testaceis; antennarum articulo ultimo tarsisque nigris. — Long. 2—2 ½ lin.

Mas: thorace cinereo, abdomine rufo-testaceo, leviter cinereo-pruinoso, segmentis 1 et 2 vitta dorsali, 3 et 4 totis obscuris.

Fem.: grisea, unicolor.

Zett. Dipt. Scand. (sub qua vero etiam *S. cristata* latet, et forte quoque *S. tachinaria* Meig.)

In Dania ubique frequens, sub tota æstate et autumno.

Var. b. ♀ in copula cum ♂ var. a., vitta frontali nigro-fusca. — Verosimile *S. nigro-vittata* Meig. 4. 157. 4.

1 *geniculata* Deg. ♂♀. 2 *anomala* Stæg. n. sp. ♂♀.

1. *S. geniculata* 3. p. 989. — Meig. Dipt. 7. p. 266. Macqv. Tachin. in Annal. d. l. Soc. Ent. 1845. 3. p. 294. 1. ♂♀. T. 6. f. 13. caput et ala.

Var.? c. ♂ duplo minor, antennis majoribus quam in a. — An specie distincta? Cum maribus et feminis *S. minutæ* n:o 3 ad aqvas copiose capta.

2. *S. flavifrons:* cinerea flavescens; epistomate albido; antennis magnis, basi, vitta frontali, scutelli apice pedibusque testaceis; abdomine in utroque sexu rufo-testaceo, vitta dorsali, postice dilatata, fusca. — Long. 2—2½ lin.

In Dania valde rara; a me (*Stæger*) semel tantum Aug. et altera vice d. 13 Sept. inventa, sed etiam e Svecia in utroque sexu a Prof. *Wahlberg* communicata. A præcedente antennis (præsertim in ♂) majoribus, fronte flavo-cinerea (apud priorem cinerea) et orbita oculorum antica (in regione antennarum insertionis) angustiori magisque denudata, statim dignoscitur. Abdomen utriusque sexus rufescenti-flavum, vitta dorsali obscura postice dilatata, segmentum 3:tium ex maxima parte et 4:tum totum occupante; antice interdum obsoleta. Variat thorace fere cinereo et antennis basi obscuris.

3. *S. minuta:* cinerea, capite albido; antennis magnis, basi, vitta frontali pedibusque testaceis; antennarum articulo ultimo tarsisque nigris. — Long. 1¼—1¾ lin.

Stomoxys minuta Fabr. Antl. 282. 17. secundum specimen typicum in Collectione Sehestedto-Lundeano. — *Siph. cinerea* Meig. 4. 156. 2. — *Siph. geniculata* Zett. p. 990. var. e.

Ad litora maris et lacuum Jun. Jul. in Dania haud raro obvia. Magnitudine constanter minori et antennis proportione majoribus a *S. geniculata* mox dignoscitur. In utroque sexu corpus totum cinereum, nigro-punctatum, scutelli apice tantum nonnihil rufescente. Pedes plerumque fusco-testacei. Pleraque individua mascula femora antica nigricantia, (obscura), et posteriora supra subtusque lineolam obscuram habent.

Var. a. ♂♀ sub nom.. "*Siphon. cinerea* Macqv." e S:t Sever Galliæ 1844 a D. *Leon Dufour*, et ♀ e Melita 1846 a D. *Schembri*, missi.

Sect. 2:da abdominis segmento 1:mo setis dorsalibus (in medio) nullis.

4. S. *maculata:* dilute cinerea, capite albido, thoracis vittis 3, scutello, abdominisque maculis dorsalibus 8 fuscis; antennis magnis, basi, vita frontali, pedibus abdominisque lateribus antice testaceis; antennarum articulo ultimo tarsisque nigris. — Long. $1\frac{1}{2}$—$1\frac{2}{3}$ lin.

In sæpibus vivis et præsertim fruticibus Rubi idæi, imprimis Majo et initio Junii, in Dania copiose obvia.

Var. b. ♀ abdominis segmento 1:mo fere toto cinereo.

Var. c. ♂♀, ut in a., at abdominis segmento 4:to nigro, nitido. *Siph. geniculata* Zett. p. 990. var. d. — Siph. analis Meig. 4. 157. 5.

Antennæ magnæ, nigræ, basi rufescentes. Thorax schistaceus, perspicue nigro-punctatus, lineis 3 longitud. latis brunneis. Scutellum brunnescens, apice nonnihil rufescens. *Maris* abdomen ut in *S. geniculata* pictum, sed pruina paullo magis albescens, et loco punctorum nigrorum ad basin setarum (ubi setæ sunt insertæ), adsunt in *S. maculata* maculæ majusculæ brunneæ. Duæ ejusmodi maculæ etiam ad marginem apicalem 1:mi segmenti observantur. *Feminæ* abdomen cinereum, 1:mo segmento flavido, pellucido; præterea 4 similibus paribus macularum obscurarum ac in ♂ ornatum. — Individuum captum solito majus variat segmento 4:to anali nigro, nitido.

5. S. *cristata:* flavido-cinerea, capite albido; antennis magnis, basi, vitta frontali, scutelli apice, abdomine antice (in ♂ segmentis 1—3, in ♀ segmentis 1 et 2, aut 1:mo) pedibusque testaceis; antennarum articulo ultimo tarsisque nigris. — Long. $1\frac{3}{4}$—2 lin.

Stomoxys cristata Fabr. Antl. 281. 9. ♀. secundum exemplum typicum in collectione Sehestedto-Lundeana. — *Siph. geniculata* Meig. 4. 155. 1.? Zett. p. 989. 1. ex parte.

Var. b. ♂. etiam ad villam Säther prope Krokums-elfven Jemtlandiæ 10 Aug. 1840 raro. — In Ostrogothia quoque aliquoties lecta.

Var. c. In Dyrhaven Daniæ Jul. 1844 ♀, *Dahlbom.*

Var. f. ♂. Pupa ad Lund Scaniæ capta; exclusa Julio.

2. *S. anomala:* cinereo-grisea, capite albido; antennis magnis, basi, macula frontali, palpis, halteribus, pedibus abdominisque basi, testaceis; antennarum articulo ultimo, haustello modice longo et unigeniculato tarsisque nigris. ♂♀. (Long. 1 ½ lin.)

Stæg. in litt. 5 Sept. 1846.

Hab. in Dania, D. *Stæger*, qui in floribus Pastina-

Etiam hæc videtur loca sicca amare, et in fruticibus atque graminosis Daniæ tantum in Julio, tunc vere non raro, observata. A D. *Boje* e Kilia ipse *(Stæger)* etiam obtinui aliqvot individua, e larvis Geometræ (defoliariæ?) exclusa.

Mas valde similis mari *S. geniculatæ*, sed paullo minor, et præterea defectu setarum 2 dorsalium in segmento 1:mo statim dignotus. Antennæ, proportione insecti, magnæ. Thorax flavido-cinereus, nigro-punctatus, in detritis individuis dilute cinereus. Scutellum concolor, apice late ferrugineo-flavum. Abdomen cinereo-subpollinosum, aut absque omni pictura, aut vestigio obsoleto vittæ obscuræ in segmentis 3 primis et 4:to toto obscuro. In *feminæ* abdomine color cinereus magis dilatatus, ita ut hic color segmenta 3:tium 4:tumque tota, et 2:di marginem posticum in medio plus minus late, occupet. In individuis femineis obscurioribus abdomen fere totum cinereum, relicto colore ferrugineo-flavo aut in toto segmento 1:mo lateribusque 2:di, aut tantummodo in lateribus et margine antico segmenti 1:mi. Fasciola tenuis denudata albida ad marginem anticum segmentorum omnium, quæ in individuis hujus generis normaliter adest, quoque in hac specie observatur.

Obs. Anus *maris* organis duobus parvis acutiusculis appendiculatus, *feminæ* simplex.

cæ mense Aug. utrumque sexum, copiose lectum, mecum communicavit.

♂♀. Similis *S. geniculatæ* var. a., sed haustello breviori et aliter flexo, ut et abdominis 1:mo segmento absque setis in medio, abunde recedit, *Tachinæ* generi appropinquans, eique, ratione habita tantum rostri, haud inepte associanda, inter *Tach. rufinam* (41) et *bicolorem* 41—42 locum habens. *Siph. cristatæ* Stæg. (n:o 5, in nota) adhuc similior, sed ab illa quoque haustelli structura mox dignota. Caput omnino ut in *S. geniculata* constructum, armatum et coloratum. Antennæ majusculæ, atræ, basi in ♂ fuscæ in ♀ testaceæ. Seta in utroque sexu triarticulata, articulo 1:mo brevissimo, 2:do longitudine qvartam partem totius setæ attingente, tota nuda, atra. Haustellum longitudine capitis, nigrum, basi tantum geniculatum, capitulo proboscidis inflexo, testaceo. Thorax et scutellum grisea, opaca, hoc summo apice pallescente. Abdomen subopacum, griseum, segmentorum margine apicali obscuro, basali griseo-albicante, lineola dorsali per totam longitudinem (a basi ad apicem) nigra. Segmentum 1:mum totum (excepta lineola media nigra) et 2:dum lateribus in ♂ late, in ♀ anguste et vix nisi antice, testaceo-subpellucida. Dorsum segmenti 1:mi in medio setis nullis. Alæ ut in *S. geniculata* et *cristata*. Squamæ albæ. Halteres pallidi. Pedes rufo-testacei, tarsis atris. Ungves et pulvilli minuti. — Variat ♀ abdomine fere toto obscuro, segmento tantum 1:mo lateribus testaceo.

Obs. Cum *Miltogramma siphonina* (p. 1213 n:o 15.), in qua nervi aliter directi, alias ut taceam differentias, vix confundi potest.

Fam. 21. TACHINARIÆ Meig.

107. ECHINOMYIA Dumeril.

Obs. Ratione *larvæ* c:fr *Apetz* in Ent. Zeit. 1849. 2. p. 61. — Tarsi in *Ech. tetramera* (n:o 5—6) 4-articulati.

A. Palpi filiformes, intra os suboccultati.

1 *grossa* Linn. ♂♀. 2 *Marklini* Zett. ♂♀. 3 *fera* Linn. ♂♀. 4 *Virgo* Meig. ♀. 5 *magnicornis* Zett. ♂♀. 5—6 *tetramera* Zett. n. sp. ♀. 6 *tessellata* Fabr. ♂♀. 6—7 *ænea* Stæg. n. sp. ♂. 7 *ferina* Wahlb. ♂♀. 7—8 *alpina* Bohem. n. sp. ♂♀.

B. Palpi clavati, extra os breviter exserti.

8 *ferox* Panz. ♂♀.

1. *Ech. grossa* 3. p. 992. — Macqv. Tachin. in Annal. d. l. Soc. Ent. 1845. 3 p. 255. 2. T. 4. f. 6. ala.

In Scania etiam ad Lemmeströ, D. *Sjörén*; in Dyrhaven Hafniæ 1844, *Dahlbom*.

Obs. Larvæ etiam in stercore bovino degere dicuntur, *v. Bremi*.

2. *Ech. Marklini* 3. p. 993.

Etiam in Säfvast-ön Bottniæ borealis in Paroecia Öfver-Luleå, D. *Wahlberg*; ad Råbäcken, D. *Boheman*; ♂ ad Christianiam Norwegiæ Jul. 1844, D. *Dahlbom*.

3. *Ech. fera* 3. p. 994. — Macqv. Tachin. Annal. d. l. Soc. Ent. 1845. 3. p. 256. T. 4. f. 1. ♂♀.

Uterque sexus etiam in Smolandia ad Skärsjö captus.

4. *Ech. Virgo* 3. p. 995.

Etiam in Smolandia ad Skärsjö; in Ostrogothia ad Gusum, *Wahlberg*, ad Winnerstad, *Holmgren*. (♀ ad Elisenheyne prope Gryphiam 6 Sept. 1844 a D. *Dahlbom* lecta, et aliud individuum femineum sub nomine: "*Echin. fera*" e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* eodem anno communicatum).

5. *Ech. magnicornis* 3. p. 996.

In Ostrogothia quoque ad Gusum, *Wahlberg*. (Fe-

minam e S:t Sever Galliæ sub nomine erroneo: "*Echin. rubescens* Macqv." a D. *Leon Dufour* 1844 obtinui. Ad Elisenbeyne 6 Sept. 1844 ♀ a *Dahlbom* reperta; ♂ e Dalmatia a D. *Kahr* missus).

5—6. *Ech. tetramera:* nigra, nitida, epistomate albido, ad latera nudo; fronte sordide albida, vitta media, antennarum articulis 1 et 2, scutello, tibiis metatarsisque obscure flavo-ferrugineis; palpis alarumque basi flavis, squamis albis; antennarum articulo ultimo modice magno, tarsorumque quadriarticulatorum articulis tribus ultimis latiusculis, atris; femoribus rufo-piceis; abdomine pellucido-testaceo, vitta dorsali modice lata nigra. ♀. (Long. 4 lin.)

Hab. in Dania rarissime; a D. *Stæger* in unico specimine dubie sub nomine: *Echin. magnicornis* Zett., 29 Nov. 1848 mutuo communicata.

♀. Species anomala, tarsorum articulatione insignis. Tribus proxime antecedentibus similis, sed ab *E. fera* epistomate magis albido, quam flavido, femoribus piceis, nec basi intensius nigris, a *Virgine* capite albido, nec flavo-albido, callis humeralibus nigris, nec rufis, femoribus magis obscuris, a *magnicorni* antennarum articulo ultimo nonnihil minori, femoribus nigris, nec piceis, et ab omnibus hujus generis tarsis tantum 4-articulatis, differt. — Caput ut in *E. fera*, sed magis albidum. Antennarum articulus ultimus mediocriter magnus, subquadratus, ater. Abdomen ut in *E. Virgine;* vitta dorsalis nigra potius angusta quam lata dicenda, lateribus parum angulata, in segmento ultimo supra anum dilatata, ad summum marginem apicalem extensa. Alæ ut in *E. Virgine;* nervus transv. apicalis subflexuosus. Femora obscure ferruginea l. rufo-picea. Tibiæ totæ, et metatarsi fere ad apicem, testacea. Tarsi omnes 4-articulati, horum articulus 1:mu longiusculus modice latus, testaceus: 2:dus et 3:tius in tarsis anterioribus

breviores distincte dilatati atri, in posticis subsimplices testaceo-fusci, 4:tus minor, in tarsis anterioribus ater, in posticis obscurus. Pulvilli omnes ut in feminis *E. feræ* et *Virginis* mediocres, rotundati l. ovati, pallidi.

6. *Ech. tessellata* 3. p. 997. — *Echin. tessellata* Macqv. Tachinar. in Annal. d. l. Soc. Ent. 1845. 3. p. 258. 4. vix eadem?

In campis arenosis Scaniæ etiam ad Keflinge et Lomma freq. (Qvoque hujus plura specimina utriusque sexus ut "*Echin. rubescens* Macqv." e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* missa).

6—7. *Ech. ænea* Stæg.: "nigro-ænea, subnitida, capite albido, vitta frontali scutelloque ferrugineis. ♂. Long. 5 lin."

Stæg. in litt. 29 Nov. 1848.

Hab. in Grönlandia, teste *Stæger*; forsan etiam in Lapponiis septentrionalibus occurrit, licet ibi hactenus non observata.

"Species eximia, per colorem metallicum ab omnibus nostris *Echinomyis* dignota. Thorax nempe virescens, abdomen nigrescens, ambo levissime albido-micantia. Caput cum antennis et palpis fere ut in *E. tessellata*, epistoma tamen versus latera ut et frons paullo obscuriora. Vertex metallice nitens. Antennæ totæ nigræ, articuli 3:tii apice truncato. Epistoma ut in *E. tessellata* setis 2 utrinque juxta angulum oculorum inferiorum antice. Thorax dorso lineis 4 longitud. albescentibus. Scutellum ferrugineum, obsoletete albido-micans; idem color in thoracis margine laterali inter scutellum et alarum radicem etiam observatur. Alæ omnino ut in *E. tessellata*. Squamæ magnæ, albæ, margine dilute pallidæ. Halteres rufescenti-brunnei. Pedes toti nigri, ungvibus magnis rufescentibus et pulvillis magnis albidis." Stæg. l. c.

7. *Ech. ferina* 3. p. 998.

In Smolandia; et Ostrogothia ad Winnerstad raro, *Holmgren.*

Obs. Frons, thorax, scutellum et abdomen (præsertim postice) sat valide et fortiter spinosa.

7—8. *Ech. alpina:* nigra, nitida, epistomate? rubenti-albido, ad latera nudo; fronte cana, vitta media picea; antennis fuscis, articulo ultimo modice magno, atro; palpis fuscis; scutello ferrugineo; alis basi flavidis, squamis albido-flavis; pedibus atris; abdomine pellucido-testaceo, vitta dorsali modice lata, nigra. ♂. (Long. 4 lin).

Bohem. in litt.

Hab. in Lapponia Lulensi ad Qvickjock rarius; tantum in cacumine alpis Wallifjellet versus limitem nivalem 16—30 Jun. 1843 observata, teste *Wahlberg.*

♂. Magnitudo, statura et magna *E. ferinæ* similitudo, sed alis basi magis flavidis, epistomate lateribus non setoso, etc., satis superque diversa. Frons, thorax, scutellum et abdomen pilosa vel tantum setulosa, sed non ut in *E. ferina* spinulosa. Oculi non late remoti. Antennæ fusco-piceæ, articulo ultimo longitudine fere 2:di vel illo non multo breviori, subquadrato, atro, seta concolori. Palpi filiformes, subretracti, saltem apice fusci. Abdomen rufo-pellucidum, vitta dorsali modice lata, æquali l. versus basin tantum leniter latiori; atra. Venter vitta nigra. Alæ cinereo-hyalinæ, basi et nervis ad costam ferrugineo-flavis. Squamæ flavo-albidæ. Pedes toti atri, pulvillis majusculis, albidis.

Femina in cacumine alpis Walli quoque capta fuerit, a me non visa.

8. *Ech. ferox* 3. p. 999. — Macqv. Tachin. Annal. d. l. Soc. Ent. 1845. 3. p. 254. 1. T. 4. f. 2. 2:a, 2:b.

108. TACHINA Meig.

Obs. Larvæ quoque in Hymenopteris degunt.

Sect. 1:ma. Nigricantes, rarissime flavicantes.

Subd. 1. Seta antennarum sæpissime nuda.

Phalanx 1:a. Oculi sæpissime nudi et in utroque sexu distantes.

Cohors 1. Nervus 4:tus long. infra angulum continuatus etc. p. 1002.

A. Palpi, saltem apice, flavescentes l. fuscescentes.

a). Facies vibrissis saltem inferne distinctis. p. 1003.

1 *fasciata* Fall. ♂♀. 2 *flavescens* Meig. ♂♀.

b). Facies vibrissis nullis aut inferne spuriis.

3 *Larvarum* Linn. (*T. rustica* Fall.) ♂♀. 4 *ruralis* Fall. (*T. verticalis* Meig.) ♂♀. 5 *ambigua* Fall. ♀. 6 *curvinervis* Zett. (*T. ambigua* Meig.) ♂♀. 7 *ruficornis* Zett. ♂♀. 8 *interrupta* Zett. ♀. 9 *Sannio* Zett. ♀. 10 *pilitarsis* Zett. ♂?

B. Palpi sæpissime nigri.

* Facies vibrissis nullis aut spuriis.

†. Nervi inermes. Frons distincte prominens, etc. p. 1005.

11 *agrestis* Fall. ♂. ♀? 12 *devia* Fall. ♂♀. 13 *elegantula* Zett. ♀.

††. Nervus 3:tius long. setulosus. *Plagia* Meig.

14 *trepida* Meig, ♂♀. 15 *subcincta* Zett. ♂♀.

** Facies vibrissis distinctis. Nervus 3:tius basi setulosus. *Metopia* Meig.

16 *leucocephala* Panz. (*Musc. labiata* Fabr.) ♂♀. 17 *argyrocephala* Meig. ♂♀. 18 *campestris* Fall. ♂♀. 19 *amabilis* Meig. ♂♀. 20 *tincta* Meig. ♂♀. 21 *spathulata* Fall. ♂♀. 22 *vilis* Zett. ♂.

Cohors 2. Nervus 4:tus longit. infra angulum sæpissime obtusum non continuatus, etc. p. 1005.

Tribus 1:ma. Antennæ longitudine epistomatis, etc.

A. Palpi in plerisque flavi. etc.

Manipulus 1:mus. Vibrissæ nullæ aut spuriæ.

α. pedibus totis l. ex maxima parte nigris.

23 *silvatica* Fall. ♂♀. 24 *plebeja* Fall. ♂♀. 25 *Soror* Zett. ♂♀. 25—26 *longirostris* Meig. ♂♀. 26 *futilis* Zett. ♂♀. 27 *Albisquama* Zett. ♀. 28 *Sordidisquama* Zett. ♀. 29 *pacta* Meig. ♂♀. 30 *geniculata* Zett. ♀. 31 *furibunda* Zett. ♀. 32 *scutellata* Zett. ♂♀. 33 *flavo-scutellata* Zett. ♂♀. 34 *validicornis* Zett. ♂♀. 35 *cinerea* Fall. ♂♀. 46 *usta* Zett. ♀. 37 *pilipennis* Fall. ♂♀. 38 *crassicornis* Meig. ♂♀. 39 *infantula* Zett. ♂♀.

β. pedibus rufo-flavis. *Thryptocera* Meig.

40 *versicolor* Fall. ♂♀. 41 *rufina* Zett. ♀. 41—42 *bicolor* Meig. ♀.

Manipulus 2:dus. Vibrissæ distinctæ.

*). Pedes nigri. *Degeeria* etc. Meig.

42 *lætabilis* Zett. ♂♀. 43 *vertiginosa* Fall. (*Musc. marmorata* Fabr.) ♂♀. 44 *scutellaris* Fall. ♀. 45 *muscaria*

Fall. (*T. infuscata* Fall. eadem) ♂♀. 46 *hystrix* Wahlb. ♀. 47 *albo-cingulata* Fall. ♂♀. 48 *ocypterata* Fall. ♀.

**). Pedes flavi.

a. Nervus transv. apicalis adest. *Masicera* Meig.

49 *pallipes* Fall. (*Eurigaster agilis* Macqv.?) ♀.

b. Nervus transv. apicalis deest. *Roeselia* Meig.

50 *antiqua* Meig. (*T. pallipes* var. *β.* Fall.) ♂♀.

B. Palpi nigri vel nigricantes.

Decas 1. Nervi inermes, excepta basi 3:tii setulosa.

†. Facies vibrissis nullis l. spuriis.

*) alarum nervo transverso apicali præsente.

51 *tibialis* Fall. Meig. (etiam *T. æstiva* Meig.) ♂♀. 51—52 *Ludio* Zett. n. sp. ♂. 52 *nigripes* Fall. ♂♀. 52—53 *vicina* Zett. n. sp. ♀. 53 *mutabilis* Fall. (*T. floralis* Meig.) ♂♀. 54 *discolor* Zett. (*T. bisignata* Meig.?) ♂♀. 55 *incana* Fall. ♂♀. 56 *incurva* Zett. ♂. 57 *scutelligera* Zett. ♂♀. 58 *albinervis* Zett. (forte mas ad *T. angulicornem* n:o 189) ♂. 59 *spathulæcornis* Zett. ♂. 60 *Goniæoides* Zett. ♀. 61 *cylindracea* Zett. ♀. 62 *Nigrisquama* Zett. ♂. 63 *zonella* Zett. ♂♀. 63—64 *semizonata* Zett. n. sp. ♀. 63—64 *maculiventris* Zett. n. sp. ♂? 64 *minutissima* Zett. ♂♀.

**) nervo transv. apicali nullo. *Roeselia* Meig.

65 *nigrina* Meig.? ♀.

††. Facies vibrissis distinctis. *Degeeria* Meig.

66 *grandicornis* Zett. (nec *laticornis*) ♀? 67 *ornata* Meig. ♀? 68 *collaris* Fall. ♂♀. 69 *blanda* Fall. ♂♀. 69—70 *decorata* Zett. n. sp. ♀. 70 *convexifrons* Zett. ♀.

71 *albicincta* Zett. ♂♀. 72 *semicincta* Zett. ♀. 73 *Morio* Fall. ♂♀. 74 *ocypterina* Zett. ♀.

Decas 2. Nervi longitudinales setulosi.

a. nervis longit. 3:tio, aut 1:mo 3:tioque, setulosis. *Peteina* et *Plagiæ* species Meig.

75 *Erinaceus* Fabr. ♂♀. 76 *marginata* Meig. ♂♀. 77 *cuneicornis* Zett. ♂♀. 78 *lugubrina* Zett. (et nov. var.) ♂♀.

b. nervis longitud. 1, 3 et 5 setulosis.

*) nervo transv. apicali completo. *Thryptocera* Meig.

79 *setipennis* Fall. ♂♀.

**) nervo transv. apicali nullo. *Roeselia* Meig.

80 *Lamia* Meig. ♀.

Tribus 2:da. Antennæ epistomate breviores, etc. p. 1008.

81 *pellucens* Fall. ♂♀. 82 *continua* Meig. ♂♀. 83 *rotundiventris* Fall. ♂♀.

Phalanx 2:da. Oculi sæpissime hirti (vide p. 1008).
Cohors 1. Nervus 4:tus longit. infra angulum continuatus etc. p. 1008.

A. femoribus rufis. *Micropalpus* Macqv.

84 *vulpina* Fall. ♂♀.

B. femoribus nigris.

α). Facies vibrissis nullis

* Palpi sæpissime flavi. *Nemoreæ* spec. Meig.

85 *grandis* Zett. ♂. 86 *truncata* Gyllh. ♂♀. 87 *Nemorum* Meig. ♂♀. 88 *Pavoniæ* Wahlb. ♀. 88—89 *vulnera-*

ta Zett. n. sp. ♂. 89 *maculipennis* Zett. ♂. 90 *ruricola* Meig. ♂♀.

**) Palpi nigri, parvi etc. p. 1009. *Micropalpus* Macqv.

91 *comta* Fall. ♂♀. 92 *hæmorrhoidalis* Fall. ♂♀. 93 *fulgens* Meig. ♂♀.

β. Facies vibrissata.

94 *obliqvata* Fall. ♀. 94—95 *bellatrix* Zett. n. sp. ♂.

Cohors 2. Nervus 4:tus infra angulum non continuatus etc. p. 1009.

Trib. 1:ma. nervo transv. apicali subflexo; p. 1009.

A. Vibrissæ sæpissime nullæ.

† Palpi flavi *).

* Antennar. articulus ultimus 2:do duplo longior.

95 *Puparum* Fabr. (*T.* 3-*cincta* Fall.) ♂♀. 96 *pellucida* Meig. (*T. neglecta* Meig. ♀.) ♂♀. 97 *rudis* Fall. ♂♀. 98 *strenua* Meig. ♂♀. 99 *vivida* Zett. (non Wied.) ♂♀. 100 *consobrina* Meig. ♂♀. 101 4-*pustulata* Fabr. (*T. æstuans* Fall.) ♂♀. 102 *rubricornis* Zett. ♀.

** Antennar. articulus ultimus 2:do sæpe triplo longior.

103 *affinis* Fall. ♂♀. 104 *Bohemanni* Zett. (*T. festiva* Meig. an hujus ♂?) ♀. 105 *demens* Zett. ♀. 106 *stulta* Zett. ♂♀. 107 *ruficauda* Zett. ♂♀. 108 *dubia* Fall. ♂♀.

†† Palpi sæpissime nigri.

a. Antennæ breviusculæ etc. p. 1010. *Nemorea* Meig.

109 *Radicum* Fabr. (*T. lurida* Fall.) ♂♀. 110 *inter-*

*) palpi revera flavi, licet sæpe ob pilos nigros, quibus sunt vestiti, primo obtutu obscuri videntur.

media Zett. ♂♀. 111 *cæsia* Fall. ♂♀. 112 *connivens* Zett. ♂. 113 *protuberans* Zett. ♂♀. 114 *fumata* Zett. ♂.

b. Antennæ longiusculæ etc. p. 1010. *Exorista* Meig.

115 *linearicornis* Zett. ♂♀. 116 *fimbriata* Meig.? (*T. commixta* Zett.) ♂♀. 117 *Westermanni* Zett. ♂♀. 118 *cornuta* Zett. ♂♀. 119 *spernenda* Zett. ♂. 120 *diligens* Zett. ♂♀. 121 *prætervisa* Zett. ♀.

B. Vibrissæ distinctæ. p. 1010. *Phorocera* Meig.

*). Palpi flavi.

122 *assimilis* Fall. ♂♀. 123 *obscura* Fall. ♂♀. 124 *lata* Zett. ♀. 125 *inepta* Meig.? ♂. ♀?

**). Palpi nigri.

126 *pumicata* Meig. ♂♀.

Trib. 2:da. nervo transv. apicali sæpissime recto.

α). Vibrissæ nullæ, aut infernæ l. spuriæ.

Decas 1:ma. Palpi saltem apice flavi.

†. Antennæ elongatæ. *Exorista* Meig.

127 *excisa* Fall. ♂♀. 128 *excavata* Zett. ♂♀. 129 *festinans* Meig. ♀. 130 *argentigera* Zett. ♀. 131 *bicingulata* Zett. ♀. 132 *albicans* Fall. ♀. 133 *perturbans* Zett. ♂♀.

††. Antennæ breviusculæ. *Nemoreæ* spec. Meig.

134 *strigifrons* Zett. ♂. 135 *breviseta* Zett. ♂♀. 136 *dispar* Fall. (*T. rufipes* Auctor.) ♂♀.

Decas 2:da. Palpi nigri (in *T. fulvicorni* apice lutescentes).

*). Antennæ elongatæ; validæ aut angustæ.

a. Scutellum l. totum l. apice rufum, etc. p. 1011.

137 *vulgaris* Fall. ♂♀. 138 *confinis* Fall. ♂♀. 139 *magni-*

cornis Zett. ♂♀. 140 *Genarum* Zett. ♂. 141 *rotundaticornis* Zett. ♂. 142 *straminifrons* Zett. ♂♀.

b. Scutellum totum nigrum aut cinerascens.

143 *duplinervis* Zett. ♀. 144 *hyalipennis* Zett. ♂♀. 145 *tricingulata* Zett. (*T. fimbriata* Meig.?) ♂♀. 146 *umbrinervis* Zett. ♀. 147 *bisignata* Meig.? (*T. floralis* var. Fall.) ♂. 148 *floralis* Fall. (var. a. *T. notabilis* Meig. — Var. b. *T. maculosa* Meig.) ♂♀. 149 *interruptella* Zett. ♀. 150 *grossicornis* Zett. ♂♀. 151 *amplicornis* Zett. ♂. 152 *tremula* Linn. ♂♀. 153 *ænea* Meig. (*T. simplicitarsis* Z. est hujus ♂) ♀. 154 *crassitarsis* Zett. ♀. 155 *simplicitarsis* Zett. (est ♂ *T. æneæ*) ♂.

**). Antennæ breves. *Macqvartia* Meig.

156 *rotundicornis* Zett. ♀. 156—157 *fulvicornis* Wahlb. n. sp. ♂.

β). Vibrissæ distinctæ (raro abbreviatæ) p. 1011.

*. Palpi flavi (in ♂ *T. longicornis* obscuri).

157 *longicornis* Fall. ♂♀. 158 *pectinata* Zett. ♂. 159 *pantherina* Zett. ♂♀. 160 *mundula* Zett. ♂♀. 161 *villica* Zett. ♀. 162 *ambulans* Meig.? ♀. 163 *fulva* Fall. ♂♀. 164 *libatrix* Panz. ♂♀.

**. Palpi nigri.

165 *vibrissata* Zett. ♂. 166 *squamosa* Zett. ♂♀. 167 *mobilis* Zett. ♂♀. 168 *trizonata* Zett. ♂. 169 *unicolor* Fall. ♀.

Subd. II. Seta antennarum brevissime puberula.

Cohors 1:ma. Oculi nudi. Vibrissæ vix ullæ.

A. Palpi flavi (in *T. inani* apice obscuri).

*). Pedes flavi. *Myobia* Meig.

170 *aurea* Fall. ♂♀. 171 *inanis* Fall. ♂♀. 172 *nigritarsis* Zett. ♀. (an *T. hirticornis* n:o 175 est mas hujus?)

**) Pedes nigri.

173 *circumflexa* Zett. (*Musca tachinoides* Fall.) ♂♀. 174 *pubicornis* Zett. ♂. 174—175 *villicornis* Zett. n. sp. ♂. 175 *hirticornis* Zett. ♂. 176 *pullula* Zett. ♀.

B. Palpi nigri. (in *T. cingulata* fusci).

177 *cingulata* Wahlb. ♂♀. (177—178 *pubiseta* Zett. n. sp. ♀.). 178 *funesta* Meig. ♀.

Cohors 2:da. Oculi hirti (exceptiones vide p. 1012).

Tribus 1:ma. Palpi flavi. *Macqvartia* Meig.

179 *lucida* Meig. (*T. diaphana* Fall. ♂) ♂. 180 *crucigera* Zett. ♀. 181 *ciliaris* Zett. ♀. 182 *chalconota* Meig.? ♂♀.

Tribus 2:da. Palpi nigri.

A. Alarum area ultima aperta.

a) area fere in summo apice alæ terminata.

†. Species nigræ, nitidæ. *Macqvartia* Meig.

183 *nitida* Zett. (*T. atrata* Meig., non Fall.) ♂♀. 184 *atrata* Fall. (*T. corrusca* Meig.) ♂♀. 185 *chalybeata* Meig. ♂♀. 186 *nigrita* Fall. ♂♀.

††. Species cinerascentes, opacæ. Vid. p. 1013.

187 *grisea* Fall. (*T. egens* Meig.) ♂♀. 188 *prolixa* Meig. (*T. spinosa* Zett. Ins. Lapp.) ♂♀. 189 *angulicornis* Zett. (forte femina ad *T. albinervem* n:o 58) ♀. 190 *arctica* Zett. ♂.

b) area paullo ante apicem alæ terminata.

191 *hyalinata* Zett. (*Exoristæ* spec. Meig.) ♂.

B. Alarum area arcte occlusa. *Panzeria* Meig.

192 *lateralis* Fabr. (*Ocypt. tachinaria* Fall.) ♂♀.

Sect. 2:da. Aureo-virides. Chrysocoma Meig.

193 *viridis* Fall. ♂♀. 194 *aurata* Fall. ♂♀.

1. *T. fasciata* 3. p. 1013.
2. *T. flavescens* 3. p. 1014.
3. *T. Larvarum* 3. p. 1015.
4. *T. ruralis* 3. p. 1016.
5. *T. ambigua* 3. p. 1017.
6. *T. curvinervis* 3. p. 1018.

In Scania ad Lund etiam in horto proprio Jul. 1848 ♀ capta.

7. *T. ruficornis* 3. p. 1019.
8. *T. interrupta* 3. p. 1020.
9. *T. Sannio* 3. p. 1020.

(♀ etiam ad Uleåborg Finlandiæ a D. *Nylander* inventa).

10. *T. pilitarsis* 3. 1021.
11. *T. agrestis* 3. p. 1022.

Obs. Nervus transv. ordin. subrectus, parum flexus. — Specimen (♂) e Glogavia paullo majus et scutelli lateribus nigro-brunneis a Svecicis differt, vix vero diversæ speciei; nec *Tach. polyodon* (quæ "scutellum nigrum" habebit) Meig. Dipt. 4. 302. 109 esse potest. Varietas similis ac glogavica etiam e Finlandia a *Sahlberg* missa.

12. *T. devia* 3. p. 1023.

E Lapponia Lulensi, ad Qvickjock capta, ♀ ab *Andersson* missa.

13. *T. elegantula* 3. p. 1024.

(♂ ad Uleåborg initio Jun. 1843 a D. *Nylander* lectus).

14. *T. trepida* 3. p. 1025.

15. *T. subcincta* 3. p. 1026.

Etiam ad Hafniam 1846 a D. *Stæger* inventa.

16. *T. leucocephala* 3. p. 1026. — *Araba* eadem Rob. Desv. n:o 5.

(Sub nomine: "*Melopia leucocephala* Meig." ♂ et ♀ e S:t Sever Galliæ 1844 a D. *Leon Dufour* missi).

Obs. 1. Huic subsimiles sunt *Tachin. cylindrica* et *imberbis*, sed hæ species forsan rectius ad Miltogrammæ genus referendæ.

Obs. 2. In hac ut quoque in *T. argyrocephala* et *campestri*, thorax tantum antice lineis 4 nigris gaudet; postice seu pone suturam transversam, lineæ solummodo 3 nigræ adsunt, ut etiam rite observavit D. *Stæger.*

17. *T. argyrocephala* 3. p. 1028. — *Araba* eadem Rob. Desv. n:o 3.

(Qvoque e Glogavia ♀ communicata).

18. *T. campestris* 3. p. 1028.

19. *T. amabilis* 3. p. 1029.

(Priorem in ♀, hanc in utroque sexu e Glogavia obtinui.)

20. *T. tincta* 3. p. 1030.

Obs. Cel. *Stæger* per litteras mihi nuper notum fecit, se plura hujus individua e larva *Tineæ cognatellæ* egressa obtinuisse.

21. *T. spathulata* 3. p. 1031.

22. *T. vilis* 3. p. 1032.

23. *T. silvatica* 3. p. 1033. — *Phryxe superba* Rob. Desv. n:o 18.

24. *T. plebeja* 3. p. 1034.

25. *T. Soror* 3. p. 1035.

25—26. *T. longirostris:* oblonga, cylindrica, cinerea, capite subargenteo; fronte leviter prominula, mo-

dice lata, vitta flava; abdomine nigro-micante, lateribus ferrugineis; pedibus nigris; alis inermibus; costa spinula; antennis elongatis nigris, extrorsum sublatioribus, seta 3-articulata; vibrissis nullis; haustello elongato. ♂♀. (Long. vix 3 lin.).

Meig. Dipt. 4. 315. 132. ♂♀. *Rhamphina* eadem Macqv. Buff. 2. 95. 2. ♂♀. *Olivieria* eadem Meig. Dipt. 7. 266. T. 73. f. 1—6. ♂.

Hab. in Dania rarissime; ante plures annos a D. *Stæger* inventa in unico specimine, quod mecum ad describendum benignissime fuit communicatum.

♂. Similis et affinis *T. plebejæ* et *Sorori*, sed magnitudine paullo minori et præcipue rostro longe exserto (nota priva) statim dignota. Caput album. Frons non multo lata, vitta luteo-flava. Antennæ longitudine fere epistomatis, atræ, apice subtruncatæ, articulo ultimo 2:do non duplo longiori, seta circiter ad medium incrassata. Epistoma subperpendiculare. Haustellum ut in *Stomoxyde* exsertum, nigrum, nudum, proboscide parva. Palpi pallide flavi. Thorax lineis 2 distinctis, nigris. Scutellum cinereum. Abdomen conicum, nigrum, segmentis basi certo situ albo-micantibus, 1, 2 et 3 lateribus ferrugineo-flavis, horum 1:mo inermi, 2:do in medio marginis apicalis setis 2, et reliqvis ad marginem apicalem multisetosis. Anus inflexus, niger, nitidus. Alæ subhyalinæ. Nervus transvers. ordinar. obliquus, nonnihil pone medium areæ insertus. Area paullo ante apicem alæ subaperta. Angulus nervi longit. 4:ti obtusus. Spinula costæ distincta. Squamæ albæ. Pedes toti nigri. Pulvilli longiusculi (♂), albi.

♀: fronte latiore, abdomine magis cylindrico, ano simplici, a *Meigen* l. c. describitur, a me non visa.

26. *T. futilis* 3. p. 1036.

Etiam in Lapponia Lulensi ad Qvickjock, ♂, D. *Andersson.*

Femina, similis mari, fronte nonnihil latiori, tota utrinque duplici serie setarum munita, pulvillis brevibus albis, in Smolandia in 3 individuis capta, sine dubio hujus. Vitta frontalis piceo-nigra. Nervus longit. 3:tius basi setulis 5—6 munitus. Spinula costæ distincta.

27. *T. Albisquama* 3. p. 1037.

(Ad Gryphiam Jul. 1845 certe ♀ rarius capta, *Dahlbom.)*

28. *T. Sordidisquama* 3. p. 1038.

29. *T. pacta* 3. p. 1038.

30. *T. geniculata* 3. p. 1039.

31. *T. furibunda* 3. p. 1040.

32. *T. scutellata* 3. p. 1041.

33. *T. flavo-scutellata* 3. p. 1042.

34. *T. validicornis* 3. p. 1043.

35. *T. cinerea* 3. p. 1043.

36. *usta* 3. p. 1044.

37. *T. pilipennis* 3. p. 1045. — *Actia* eadem Rob. Desv. n:o 2. *Thryptocera* eadem Macqv. Tachin. Annal. de l. Soc. Ent. 1845. 3. p. 287. 4. ♀. T. 6. f. 7 (ala). *Musca* ead. Ratzeb. Forst-Ins. 3. 172. 10.

38. *T. crassicornis* 3. p. 1046. — *Senometopia* eadem Macqv. Buff. 2. 114. 35. *Thryptocera* eadem Macqv. Tachin. Annal. d. l. Soc. Ent. 1845. 3. p. 286. 3. ♀. T. 6. f. 6 (ala). *Musca* ead. Ratzeb. Forst-Ins. 3. p. 172.

E Lapponia Lulensi a D. *Andersson* missa.

39. *T. infantula* 3. p. 1047.

40. *T. Versicolor* 3. p. 1047.

(♀ variat paullo minor et antennis latioribus; e Glogavia).

41. *T. rufina* 3. p. 1048.

Obs. 1. Synon. Meigeni deleatur, nam ad seqventem seu *T. bicolorem* pertinet.

Obs. 2. *Siphonam anomalam* etsi nostræ *T. rufinæ* valde affinem et quoad haustellum etiam similem, ob structuram tamen ceterarum partium et totum habitum cum reliqvis *Siphonis* convenientem, a genere *Tachina* removi.

41—42. *T. bicolor:* oblongo-ovata, opaca, ferrugineo-flava, thorace cinereo; fronte parum prominente, lata, vitta fulva; antennis longitudine fere epistomatis, validis, fulvis, seta breviuscula, ultra medium incrassata; abdominis vitta media brunnea; tarsis obscuris; alarum nervo longit. 3:tio ultra medium setuloso; vibrissis nullis. ♀. (Long. 2 lin.)

Meig. Dipt. 4. 354. 199. *Tryptocera* eadem Macqv. Buff. 2. 89. 4. et Meig. Dipt. 7. 243. 10. Ratz. Forst-Ins.

Hab. in Finlandia a D. *Sahlberg* mecum communicata; ut Scandinaviæ incola rarissima etiam fertur, mihi viva non obvia. (Specimen e Kilia a D. *Boje* per D. *Stæger* nuper missum obtinui).

♀. Similis *T. rufinæ*, antennis totis fulvis, thorace toto cinereo, nec humeris rufis, abdominis vitta brunnescente, ut et nervo 3:tio longit. paullo ultra medium, nec tantum ad medium, setuloso, distincta. Caput albicans, epistomatis area media et frontis vitta media lata intense flavis. Antennæ latiusculæ, fulvæ, apice obtuse rotundatæ, seta triarticulata, articulis basalibus brevissimis, tota rufa. Palpi et proboscis flava. Setæ frontis et mystaces nigræ. Thorax cinereus, præsertim ad latera nigro-setosus. Scutellum testaceum, apice valide nigro-setosum. Abdomen ovale, rufum, nigro-pubescens, postice modice nigro-setosum. Vitta media brunnea. Incisuræ tenuiter albidæ. Alæ totæ etiam basi hyalinæ. Nervi, transver-

si: ordinarius subperpendicularis, rectus, in medio 1. mox ante medium areæ insertus, medius apici auxiliaris oppositus 1. mox ante apicem ductus; 4:tus longitud. arcuatim flexus, in apice alæ excurrens, area apice aperta. Costa inermis, spinula parva. Squamæ albæ. Halteres flavi. Pedes ferruginei, tarsis præsertim anterioribus brunneis.

Obs. Specimen femineum e Glogavia a D. *Zeller* obtinui, huic simile, sed puncto humerali rufo, et abdominis apice late brunneo, varietas hujus videtur.

42. *T. lætabilis* 3. p. 1049.

Etiam ad Gusum Ostrogothiæ 1848 collecta a D. *Wahlberg.*

43. *T. vertiginosa* 3. p. 1050. — *Phryxe larvicola* Rob. Desv. n:o 24.

44. *T. scutellaris* 3. p. 1051.

45. *T. muscaria* 3. p. 1052.

Obs. Variat magnitudine; ♂ plerumque paullo minor. Nervus transv. ordin. subrectus aut leniter flexus. Variat denique area apicali occlusa, h. e. nervo transv. apicali cum 3:tio longitudinali in apice alæ intime conjuncto. Talia individua etiam e Dania a D. *Stæger* accepi.

46. *T. hystrix* 3. p. 1053.

47. *T. albo-cingulata* 3. p. 1054.

48. *T. ocypterata* 3. p. 1055. — Forte *Scopoliæ* spec. Meig.?

(Ad Uleåborg Finlandiæ 3 Aug. 1843 ♀ a D. *Nylander* lecta).

49. *T. pallipes* 3. p. 1055.

50. *T. antiqua* 3. p. 1056.

Etiam in Dyrhaven ad Hafniam Jul. 1844 ♀ a *Dahlbom* reperta. (Sub nomine: "*Eurigaster antiqua* Meig.," ♀ e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* 1844 missa).

51. *T. tibialis* 3. p. 1057.

51—52. *T. Ludio:* oblonga, subcylindrica, cana, capite albicante; fronte leniter prominula, angusta (♂), vitta nigra; antennis longiusculis, linearibus, seta biarticulata, basi subincrassata, thorace antice lineis 2 punctisque totidem, pone medium macula magna, scutello basi, abdomine fasciis 3 latis, pedibusque, nigris; alis cinereis, area subaperta in apice alæ exeunte; vibrissis nullis. ♂. (Long. vix 3 lin.)

Hab. in Dania, D. *Stæger*, qui specimen typicum misit.

♂. Vere distincta; per frontem angustam et thoracis abdominisque signaturas nigras in fundo cano, ab aliis facile dignota. Magnitudo fere *T. tibialis*, sed angustior, præsertim abdomine. Cana, opaca. Orbitæ oculorum frontales angustæ, albæ, pilis tenuibus (minime setis) erectis sat dense vestitæ, vitta angusta, nigra. Antennæ longitudine fere epistomatis, angustæ, lineares, nigræ. Epistoma perpendiculare, nudum, album. Palpi filiformes, nigri. Proboscis brunnescens, puberula. Thorax dorso antice lineis 2 angustis, ad suturam transversam extensis, perspicuis, punctoque utrinque sub humeris, rotundo, determinato, atris; pone suturam immediate maculis 3 in unam transversam nigram confluentibus. Scutellum basi indeterminate obscurum. Abdomen conicum, canum, fasciis ad segmentorum apicem tribus inæqualibus, latissimis, nigris, quarum intermedia subtrigona. Anus parvus, niger. Segmentum 1:mum subinerme, reliqua parce setulosa. Alæ inermes. Nervus transv. ordin. fere in medio 1. mox pone medium areæ insertus, subrectus. Angulus nervi 4:ti long. obtusus. Spinula costæ omnino nulla. Squamæ albæ. Halteres pallidi. Pedes toti nigri, parce setulosi. Pulvilli mediocres, sordide albidi.

52. *T. nigripes* 3. p. 1058.

Obs. ♂ in specimine Glogav. oculis microscopice puberulis.

52—53. *T. vicina:* oblongo-ovalis, cinerea, capite albicante; fronte subprominula, lata, nigro-micante, vitta nigra; antennis longiusculis, subvalidis, atris, seta biarticulata, vix ad medium incrassata; thoracis lineis subquatuor, abdominis segmento 1:mo toto, reliquisque apice, pedibusque totis, nigris; alis cinereis, squamis albis, area aperta, ante apicem alæ exeunte; vibrissis spuriis. ♀. (Long. circiter $3\frac{3}{4}$ lin.).

Ut Daniæ incola in unico individuo a D. *Stæger* communicata.

♀. *T. nigripedi* proxima et similis, sed paullo major, robustior, et fronte latiori, antennis majoribus, abdominis segmentis in disco non setosis, alarum area magis aperta, et denique nervo long. 3:tio basi setula tantum unica, vere distincta. Frons lata, setis utrinque duplici serie validis, 3 utrinque infra antennas descendentibus; vitta media nigra modice lata, postice angustiori. Antennæ longitudine epistomatis, validiusculæ, apice rotundatæ. Epistoma perpendiculare, inferne vibrissis spuriis. Palpi subexserti, subcylindrici, recurvati, atri, pilosi. Proboscis nigra. Thoracis vittæ dorsales nigræ 4 videntur, sed in specimine viso haud certe numero determinandæ. Abdomen ovale, canum, segmentis 1:mo toto, reliquisque margine apicali, et linea dorsali certo situ tantum conspicienda, nigris. Nervus transv. ordin. pone medium areæ insertus, leniter flexus. Angulus nervi 4:ti long. subrectus. Area ab apice alæ sat remote exit. Spinula costæ nulla. Squamæ albæ. Pedes nigri, setosi. Pulvilli parvi, sordide albidi.

53. *T. mutabilis* 3. p. 1059. — *Tach. floralis* Meig. Dipt. 4. 304. 112., teste *Stæger*.

Obs. Squamæ sub alis subfuscanæ l. sordide albidæ.

54. *T. discolor* 3. p. 1061. — *Tach. bisignata* Meig. Dipt. 4. 322. 143. eadem, volente *Stæger*.

Etiam in Bottnia boreali ad Råbäcken in paroecia Öfver-Luleå Aug. 1843, ♂, *Boheman* et *Andersson*.

55. *T. incana* 3. p. 1062.

56. *T. incurva* 3. p. 1063.

57. *T. scutelligera* 3. p. 1064.

58. *T. albinervis* 3. p. 1064.

Obs. Secundum observationes *Bohemanni Tach. albinervis* est ♂, et *angulicornis* n:o 189 ♀ ejusdem speciei. — An quoque identica cum nostra *Xysta grisea?* p. 1261, ut vult D. *Wahlberg*.

59. *T. spathulæcornis* 3. p. 1065.

60. *T. Goniæoides* 3. p. 1066.

61. *T. cylindracea* 3. p. 1067.

62. *T. Nigrisquama* 3. p. 1068.

63. *T. zonella* 3. p. 1068.

Obs. Squamæ sub alis disco albidæ, margine flavidæ.

63—64. *T. semizonata:* ovato-oblonga, nigra, subnitida; capite argenteo, fronte leniter prominula, non multo lata, vitta picea; antennis subelongatis, dilatatis, seta triarticulata, basi incrassata, pedibusque nigris; pleuris cinerascentibus; abdominis cingulis 3 angustis interruptis albis; alis hyalinis, basi concoloribus, squamis albis, area aperta, in apice alæ terminata; vibrissis nullis. ♀. (Long. fere 2 lin.)

Hab. in Smolandia, ad Skärsjö semel lecta.

♀. Similis *T. zonellæ*, sed angustior, fronte angustiori, squamis sub alis totis albis, nervis basalibus minus albis etc., distincta. A *T. semicincta*, cui alarum et squamarum colore, abdominisque pictura quoque similis, corpore paullo latiori, alarum nervo 4:to longit. subarcuatim, nec subangulatim, flexo, ut et epistomate non vibrissato, differt. Nigra. Caput argenteum, vitta frontali ferruginante. Oculi non late remoti·

Frons tenuiter setosa. Antennæ epistomate parum breviores, sat latæ, nigræ, seta elongata nigra, non ad medium incrassata. Palpi et proboscis nigra. Thorax ad latera præsertim antice leniter albo-micans. Pleuræ albicantes. Abdomen oblongum, nigrum, nitidum, postice nigro-setosum. Incisuræ omnes tenuissime albæ et præterea fasciæ tres latissime interruptæ (vix nisi ad latera perspicuæ), latæ, argenteæ. Alæ totæ etiam ad basin cinereo-hyalinæ. Costa nuda; spinula nulla. Area in apice alæ desinens, apice aperta. Nervus 4:tus long. subarcuatim flexus, in apice alæ excurrit. Nervus transv. ord. subperpendicularis, rectus, in medio l. mox pone medium areæ insertus. Halteres mutilati. Squamæ albæ. Pedes toti nigri, coxis anticis antice albo-micantes. Pulvilli parvi, albidi.

Obs. Specimen masculum feminæ descriptæ simile, sed paullo minus, præsertim angustius, et antennis minus dilatatis, fronte angustiori, oculis subapproximatis, alis subfuscanis et nervo 4:to long. obtuse angulatim flexo, diversum, e Kajana Finlandiæ a D. Doct, *Nylander* obtinui, quod mas *T. semizonatæ* forte habendum. Halteres nigri.

63—64. *T. maculiventris:* oblongo-ovata, cinerascens, opaca; fronte parum prominente, modice lata, vitta media ferruginante; antennis majusculis, seta fere ultra medium incrassata, pedibusque, nigris; abdomine nigro, incisuris tenuiter albidis, basi lateribus rufo; alis hyalinis, squamis albidis, area subaperta, in apice alæ terminata; vibrissis nullis. ♂? (Long. 1½ lin.)

Hab. in Gottlandia rarissime, ad diversorium Westerby prope Thorsborg 13 Jul. 1841 in unico exemplo legi.

♂? Parva, pictura abdominis dignota. Caput cinereo-albidum, vitta frontali angusta lutea. Frons non multo lata, serie utrinque subsimplici setarum nigrarum tenuium, sed sat densarum, ad antennarum radicem continuata, ornata. Antennæ longitudine epistomatis, nigræ, articulo ultimo sat lato, api-

ce obtuse rotundato, basi seta, antennam parum excedente, nigra, in medio testacea, ultra medium incrassata. Palpi retracti, ni fallor nigri. Proboscis lutescens. Thorax ad latera setulosus, scutellumque cinerea, opaca, ille antice lineis 3 nigricantibus obsoletis. Abdomen oblongo-ovatum, subnitidum, nigrum, postice setulosum, segmento 2:do lateribus late rufo-pellucido, quæ rufedo in latera segmenti 1:mi adscendit. Incisuræ subanguste albæ, unde tres fasciæ subtenues albæ subinterruptæ formantur. Alæ totæ (etiam basi) hyalinæ. Nervi transversi approximati, horum ordinarius perpendicularis, rectus, subinfuscatus, perspicue ante medium areæ insertus, medius apici auxiliaris præcise oppositus; 4:tus longitudinalis angulatim flexus in apice alæ excurrens. Costa nuda, spinula nulla. Squamæ albidæ. Halteres albi. Pedes toti nigri, pulvillis parvis, albis. Coxæ anticæ antice cinerascentes.

64. *T. minutissima* 3. p. 1069.

65. *T. nigrina* 3. p. 1070.

Specimen femineum etiam in Scania deprehensum fuit.

Obs. Exemplum femineum huic affine, sed vitta frontali nigra, nec lutea, antennis brevioribus etc., ad Uleåborg a D. *Nylander* 1843 inventum.

66. *T. grandicornis* (*laticornis* olim) 3. p. 1070.

Obs. Nomen *laticornis* jam a *Meigen* in Dipt. 4. 351. n:o 194 adhibitum, unde in *grandicornis* mutandum.

67. *T. ornata* 3. p. 1071.

68. *T. collaris* 3. p. 1072.

Etiam in Lemmeströ-skog Scaniæ, D. *Sjörén*.

69. *T. blanda* 3. p. 1074.

Obs. Spinula costæ adest parva. Nervus transv. ord. in medio l. mox pone medium areæ insertus. In speciminibus Jemtlandicis seta antennarum fere ad paullo ultra medium incrassata.

69—70. *T. decorata:* cinerascens, capite albican-

te; fronte parum prominente, lata, vitta nigra; antennis longitudine epistomatis, modice latis, linearibus, setaque biarticulata, vix ad medium incrassata, nigris; thorace obscure sublineato; abdomine nigro, segmentorum basi albo-maculata; alis cinereis, area aperta, in apice alæ terminata, nervo transv. ord. recto, curvatura nervi longit. 4:ti subarcuata; vibrissis fere ultra medium epistomatis adscendentibus. ♀. (Long. $2\frac{1}{4}$ lin.)

Hab. in Dania rarissime, D. *Stæger*, a quo exemplum unicum pro describendo accepi.

♀. *T. blandæ* accedit, sed fronte minus prominula, antennis validioribus, tarsis simplicibus, nec anticis in ♀ subdilatatis, etc., ab illa recedit. Setæ frontis mediocres; 3 subapproximatæ infra antennas descendentes. Antennæ apice obtusæ. Epistoma perpendiculare, vibrissis saltem ad medium adscendentibus. Palpi parvi, filiformes, apice saltem nigri. Haustellum nigrum, proboscide fusca, pilosula. Thorax opacus, griseus, lineis subqvatuor tenuibus parum distingvendis. Scutellum (in individuo viso detritum) obscurum. Abdomen ut in *T. blanda:* oblongum, convexum, nigrum, subnitidum, segmentorum basi fascia angusta subinterrupta, alba. Segmentum 1:mum tantum in medio marginis apicalis setis 2, reliqua et in disco et in margine apicali setis quibusdam ornata. Nervus 3:tius longit. basi setulis 2 l. 3, transversus ordin. in medio l. mox pone medium areæ insertus. Spinula costæ nulla. Squamæ sordide l. subflavide albæ. Halteres pallidi. Pedes toti nigri, non dense setosi, tarsorum pulvillis minutis.

70. *T. convexifrons* 3. p. 1074.

Obs. 1. ♀. Spinula costæ adest minuta, vix nisi certo sito conspicienda. Halteres sub squamis magnis occulti; nigri?

Obs. 2. Ex Uleåborg Finlandiæ D. *Nylander* mihi communicavit individuum masculum *T. convexifronti* in omni simile, præter oculos magis appropinqvantes, frontem angustatam, abdomen oblongum, cingularum albarum ad latera tantum ve-

stigio (an detritum?), segmento 1:mo 2:do fere nonnihil longiori, alas fuscanas, area in summo apice alæ terminata, squamas margine flavido-albidas, et denique ungves pulvillosque longiores; an hujus *mas?* Alarum costa mutica, spinula nulla. Nervus transv. ord. rectus. Halteres obscuri.

71. *T. albicincta* 3. p. 1075.

In Smolandia ♂ quoque semel deprehensus.

72. *T. semicincta* 3. p. 1075.

73. *T. Morio* 3. p. 1076.

74. *T. ocypterina* 3. p. 1077.

Ad Porsi in paroecia Öfver-Luleå Jun. 1843, *Boheman.*

75. *T. Erinaceus* 3. p. 1078.

Etiam in Smolandia ad Skärsjö non raro.

76. *T. marginata* 3. p. 1079.

77. *T. cuneicornis* 3. p. 1080.

78. *T. lugubrina* 3. p. 1081.

Obs. Sub eodem nomine etiam mihi misit D. *Stæger* specimen unicum, quod a nostra discrepat: magnitudine paullo majore (long. fere 3 lin.), palpis flavis, apice fuscis, callis humeralibus inferne ferrugineis, ut et abdominis cingulis glauco-albis tantum 2, nec 5. Hæc varietas l. forte n. spec. in Silva Silkeborg Jutlandiæ borealis in utroque sexu inventa fuerit.

79. *T. setipennis* 3. p. 1082. — *Thryptocera* eadem Macqv. Tachin. Annal. de l. Soc. Ent. 1845. 3. p. 285. T. 6. f. 4. (ala).

Obs. Antennarum articulus ultimus interdum basi rufus. Nervus transv. ordin. paullo ante medium (nec in medio) areæ insertus.

80. *T. Lamia* 3. p. 1083.

(♀ etiam ad Gryphiam Jul. 1845 capta a D. *Dahlbom.*)

81. *T. pellucens* 3. p. 1084.

82. *T. continua* 3. p. 1085.

83. *T. rotundiventris* 3. p. 1086.

In Ostrogothia ad Gusum a D. *Wahlberg* 1848 lecta.

84. *T. vulpina* 3. p. 1087. — *Micropalpus* idem Macqv. Tachin. Annal. d. l. Soc. Ent. 1845. 3. p. 270. T. 5. f. 1. — *Linnemyia sylvestris* Rob. Desv. n:o 2.

85. *T. grandis* 3. p. 1088.

86. *T. truncata* 3. p. 1089.

Etiam in Smolandia ad Skärsjö.

87. *T. Nemorum* 3. p. 1091.

88. *T. Pavoniæ* 3. p. 1091.

88—89. *T. vulnerata:* nigricans, capite sordide cinereo; fronte leniter prominente, angusta (♂), vitta atra, serie setarum vix infra antennas descendente; antennis epistomate paullo brevioribus, articulo ultimo 2:do rufo paullo longiore, modice lato, seta biarticulata, non ad medium incrassata; thorace lineis 4 nigris; abdomine lateribus (in ♂) rufo-maculato; alarum nervis fuscedine subcinctis, transverso ordin. inflexo; spinula costæ nulla; squamis sordide albidis. ♂. (Long. saltem 3 lin.)

Nemoreæ speciei Meig.

Hab. in Dyrhaven prope Hafniam Daniæ, d. 24 Jul. 1844 in unico exemplo a D. *Stæger* capta, mihique communicata.

♂. Species vere distincta. Frons obscure cinerea, postice præsertim angusta, vitta atra puncto antico juxta antennas albido-micante; serie setarum densa e pilis (minime setis) modice longis constante. Antennæ mediocres, liberæ; basi rufæ, articulo ultimo nigro, apice rotundato. Epistoma perpendiculare, sordide cinereum, inferne vibrissis inchoantibus. Os pilosum. Palpi exserti, compressi, flavi, nigro-pubescentes. Hau-

stellum basi nigrum, apice cum proboscide longiuscula curva (in exsiccata) inflexa rufum, pilosum. Oculi distincte hirti, in vertice approximati. Thorax obscurus, lineis 4 nigris, parum distingvendis, pectore cinereo-micante. Scutellum nigricans. Abdomen breviter ovatum, nigrum, subnitidum, segmentis 2 et 3 macula laterali majuscula, ferrugineo-pellucida. Segmentum 1:mum breve, atrum, inerme, 2:dum setis binis in medio marginis apicalis, 3:tium margine apicali, et 4:tum undique, setosa. Anus inflexus, nigricans. Alæ nervis ut in *T. truncata* (86) directis, basi distincte fuscæ, nervis omnibus fuscedine cinctis. Squamæ sordide l. flavido-albæ. Halteres pallidi. Pedes toti nigri. Femora subtus longe nigro-pilosa; tibiæ spinulosæ. Ungves longi, nigri. Pulvilli elongati, albi.

89. *T. maculipennis* 3. p. 1092.

90. *T. ruricola* 3. p. 1093.

(Feminam quoque ex Italia obtinui).

91. *T. comta* 3. p. 1094.

Etiam ad Silfåkra Scaniæ 1846 capta, *Wahlberg.*

92. *T. hæmorrhoidalis* 3. p. 1095. — *Micropalpus* idem Macqv. Tachin. Annal. d. l. Soc. Ent. 1845. 3. p. 271. T. 5. f. 3. *Bonellia* eadem Rob. Desv.

In Smolandia quoque raro deprehensa.

93. *T. fulgens* 3. p. 1096. — *Micropalpus* idem Macqv. Tachin. Annal. d. l. Soc. Ent. 1845. 3. p. 271. 2. Tab. 5. f. 2 (ala).

(E Melita specimen femineum quoque accepi).

94. *T. obliqvata* 3. p. 1097.

Obs. Alarum area media subocclusa, ante apicem alæ in costa educta.

94—95. *T. bellatrix:* nigra, capite cinereo; palpis flavis; fronte, prominente, angusta (♂), vitta modice lata, nigra; antennis longitudine epistomatis, articulo

ultimo 2:do quintuplo longiore, seta triarticulata, non ad medium incrassata; thoracis vittis 5 albicantibus obsoletis; scutello nigro; abdomine cinereo-marmorato; pedibus nigris; vibrissis distinctis. ♂. (Long. 4 lin.).

Hab. in Svecia meridionali rarissime, in duobus tantum speciminibus inventa.

♂. *T. obliquatæ* similis, sed longior, antennis longioribus, capite flavido-cinereo, nec albo, scutello thoraci concolore, nec rufo, abdomine griseo-marmorato, nec albicanti-fasciato, satis distincta. Caput grisescens, subnitens. Series setarum haud validarum in fronte utrinque subsimplex paullo infra radicem antennarum descendit, et desinit (juxta oculos) fere ubi series vibrissarum (in carina epistomatis) incipit. Antennæ longæ, modice latæ, nigræ, seta elongata, basi incrassata. Palpi flavi. Abdomen oblongo-conicum, olivaceo- nigro-, et cinerascenti-variegatum, postice non multo dense, sed valide setosum, ano rotundato, nigricante. Alæ totæ hyalinæ. Nervi ut in *T. comta* (91) directi, sed transversus ordin. paullo brevior, magis flexus, et tantum nonnihil, nec longe, pone medium areæ insertus. Spinula costæ nulla. Squamæ albæ. Pedes toti nigri, simplices, pulvillis longiusculis, albidis.

95. *T. Puparum* 3. p. 1098.

96. *T. pellucida* 3. p. 1099. — *Nemoræa* eadem Macqv. Buff. 2. 103. 15. ♂ (exclus. ♀). — *Tachin. neglecta* Meig. Dipt. 4. 253. 24. ♀. *Nemorea* ead. Meig. Dipt. 7. 221. 2. T. 70. f. 24. ♀. Macqv. Buff. 2. 103. 17. ♀.

♂ in Dyrhaven Hafniæ Jul. 1844 a D. *Dahlbom* in 3 exemplis etiam lectus; ♀ quoque in silvis Daniæ Aug. haud raro occurit, D. *Stæger*, qui specimina communicavit.

♂♀. Vibrissæ infernæ. Nervi ferruginei l. fusci. ♀ a ♂ differt: fronte duplo latiori, scutello tantum apice ferrugineo, corpo

re et præsertim abdomine cærulescenti-nigro, subnitido, hoc segmentis 2, 3 et 4 basi fascia interrupta albida.

97. *T. rudis* 3. p. 1100.

98. *T. strenua* 3. p. 1101.

Qvoque in Ostrogothia ad Gusum 1848, D. *Wahlberg.*

99. *T. vivida* 3. p. 1102.

Obs. Sub nomine: "*Musc. larvarum*" in collectione Ljunghii asservatur. In Smolandia ad Skärsjö frequenter obvia. — *Tachin. vivida* Wiedem. Dipt. exotica alia omnino species est.

100. *T. consobrina* 3. p. 1103.

101. *T. 4-pustulata* 3. p. 1103.

Ad Christianiam Norwegiæ Jul. 1844 haud parce deprehensa a D. D. *Dahlbom* et *Moë.*

Obs. Specimina utriusque sexus, quæ d. 5 Sept. 1846 mecum e Dania communicavit D. *Stæger*, adjecto indicio: "ea ad speciem pertinere ignotam, *T. rubricæ* Meig. affinem, sed non plene convenientem," a nostra *T. 4-pustulata* discernere non possum.

102. *T. rubricornis* 3. p. 1105.

103. *T. affinis* 3. p. 1106.

Etiam ad Hafniam Daniæ 1846 reperta, D. *Stæger.*

104. *T. Bohemanni* 3. p. 1107. — *Tach. festiva* Meig. Dipt. 4. 391. 263. ♂. eadem, volente *Stæger. Eurigaster* eadem Macqv. Buff. 2. 117. 4. ♂. *Exorista* eadem Meig. Dipt. 7. 256. 44. ♂.

Qvoque in silvis ad Skanderborg Jutlandiæ a D. *Drewsen* capta, teste *Stæger.*

Obs. Specimen masculum feminæ descriptæ simile, sed tantum 3 lin. longum, antennis totis nigris, fronte angustata, vitta nigra angusta, abdomine postice tenuiter tantum setuloso, se-

gmento 1:mo toto nigro, pulvillis majusculis, in Smolandia ante plures annos inventum, forte ad *Tach. Bohemanni* referendum.

105. *T. demens* 3. p. 1108.

106. *T. stulta* 3. 1109.

107. *T. ruficauda* 3. 1110.

Etiam in Lappon. Lulensi ad Qvickjock 1843, *Boheman.*

108. *T. dubia* 3. p. 1111.

109. *T. Radicum* 3. p. 1113. — *Erigone anthophila* Rob. Desv. n:o 1.

In Norwegia ad Christianiam, non parce, *Moë.*

110. *T. intermedia* 3. p. 1114.

In Smolandia ad Skärsjö quoque deprehensa.

111. *T. cæsia* 3. p. 1115.

112. *T. connivens* 3. p. 116.

In Ostrogothia ad Gusum 1848, D. *Wahlberg;* in Dania ad Hafniam 1846, D. *Stæger.*

113. *T. protuberans* 3. p. 1116.

114. *fumata* 3. p. 1117.

115. *T. linearicornis* 3. p. 1118.

Obs. Mas etiam detectus, similis *feminæ*, sed fronte angustiore, serie setarum frontalium minus validarum subsimplici, antennis paullo latioribus, pulvillis majusculis, diversus, in Smolandia semel inventus. — Corpus in utroque sexu potius opacum quam "subnitidum" dicitur. Antennas longas nigras et nervos ad alarum basin (præsertim in ♀) ferruginantes probe observes ut speciem hanc in hac subdivisione distingves.

116. *T. fimbriata* 3. p. 1119.

Obs. Opinante *Stæger* nostra species ob *proportionem articulorum* in *antennis* non identica sit cum Meigeni ejusdem nominis. Si ita esset, quod verosimile videtur, nomen *fimbria-*

ta nostræ speciei in *commixtam* mutetur. (C:fr *E. tricingulata* n:o 145).

117. *T. Westermanni* 3. p. 1120.

♀ ad Lund Scaniæ 19 Sept. 1843 a D. *Dahlbom* semel lecta.

118. *T. cornuta* 3. p. 1121.

119. *T. spernenda* 3. p. 1122.

120. *T. diligens* 3. p. 1122.

Obs. Individuum masculum, simillimum feminæ descriptæ, sed fronte angustiori serieque setarum utrinque subsimplici, ut et pulvillis longioribus, in Smolandia captum, ad hanc speciem refero. ♀ etiam in Smolandia rarissime inventa.

121. *T. prætervisa* 3. p. 1123.

122. *T. assimilis* 3. p. 1124.

123. *T. obscura* 3. p. 1125. — *Phryxe scutellata* Rob. Desv. n:o 26?

124. *T. lata* 3. p. 1126.

125. *T. inepta* 3. p. 1127.

126. *T. pumicata* 3. p. 1128. — *Pales florea* Rob. Desv. n:o 4.

127. *T. excisa* 3. p. 1130.

128. *T. excavata* 3. p. 1131.

Ad Gusum Ostrogothiæ 1848 cum priori a *Wahlberg* capta.

129. *T. festinans* 3. p. 1132.

130. *T. argentifera* 3. p. 1133.

131. *T. bicingulata* 3. p. 1133.

132. *T. albicans* 3. p. 1134.

133. *T. perturbans* 3. p. 1135.

134. *T. strigifrons* 3. p. 1136.

135. *T. breviseta* 3. p. 1137.

136. *T. dispar* 3. p. 1138.

137. *T. vulgaris* 3. p. 1139.

138. *T. confinis* 3. p. 1140. — *Phryxe sabulosa* Rob. Desv. n:o 3?

139. *T. magnicornis* 3. p. 1141.

140. *T. Genarum* 3. p. 1142.

141. *T. rotundaticornis* 3. p. 1143.

142. *T. straminifrons* 3. p. 1143.

143. *T. duplinervis* 3. p. 1144.

144. *T. hyalipennis* 3. p. 1145.

145. *T. tricingulata* 3. p. 1145.

Obs. Forte hæc eadem est ac *T. fimbriata* Meig. Sed tunc etiam nomen nostrum *tricingulata* evanescat, et antiqvius servetur. Uterque sexus ut Meigeni *T. fimbriata* genuina e Dania missus. Etiam in Smolandia rarissime visa, et ♀ ad Gryphiam Jul. 1845 a D. *Dahlbom* inventa. (C:fr præterea observat. ad *T. fimbriatam* Zett. n:o 116).

146. *T. umbrinervis* 3. p. 1146.

147. *T. bisignata* 3. p. 1147. — An Meigeni species eadem? C:fr *T. discolor* Zett. n:o 54.

Ad Gusum Ostrogothiæ 1848 a D. *Wahlberg* reperta.

148. *T. floralis* 3. p. 1148.

(Var. b. ♂. etiam e Melita obtinui.)

149. *T. interruptella* 3. p. 1150.

150. *T. grossicornis* 3. p. 1151.

Obs. ♂, hactenus ignotus, similis ♀, sed ano rotundato diversus; ad Skärsjö Smolandiæ in 2 exemplis deprehensus.

151. *T. amplicornis* 3. p. 1152.

152. *T. tremula* 3. p. 1152.

153. *T. ænea* 3. p. 1154. — *Macqvartia viridescens* Rob. Desv. n:o 5.

Femina etiam e Dania mecum communicata.

Obs. T. ænea ut ♀, et *T. simplicitarsis* n:o 155 ut ♂, a D. *Boheman* in Lapponia Lulensi 1843 in copula deprehensæ. Has unius ejusdem speciei esse affirmant quoque observationes a *Stægero* factæ. — Meigeni mas *T. æneæ* l. c. huc non pertinet.

154. *T. crassitarsis* 3. p. 1155.

155. *T. simplicitarsis* 3. p. 1155.

Obs. T. simplicitarsis ut ♂, et *ænea* ut ♀, in copula junctæ ad Qvickjock Lapponiæ Lulensis a Prof. *Boheman* inventæ, teste *Wahlberg*. Nomen *ænea* pro specie retineatur. — Specimina mascula etiam in Smolandia capta.

156. *T. rotundicornis* 3. p. 1156.

156—157. *T. fulvicornis:* ovata, atra, nitida, unicolor, capite obscuro; fronte subprominente, postice angustata (♂), vitta atra; antennis epistomate dimidio brevioribus, modice latis, luteis, seta longiuscula, biarticulata, nigra, basi incrassata; epistomate inferne rufescenti-cinereo, palpis apice lutescentibus; alis hyalinis, nervis transversis: ordinario flexo, apicali recto in apice alæ excurrente, area subaperta; squamis albidis. (Long. 2 $\frac{3}{4}$ lin.)

Wahlb. in litt.

Hab. in Lapponia Lulensi ad Qvickjock, D. *Wahlberg*.

♂. Similis *T. unicolori* (169), et *chalybeatæ* (185), sed ab illa corpore latiore, vibrissis non distinctis, antennis brevioribus, nervo transv. ord. flexo, etc., ab hac magnitudine paullo majori, fronte nonnihil magis prominente, oculis paullulum remotioribus, antennarum seta nuda, et ab utraque antennis luteis seu subfulvescentibus, discrepet. — Subæne-

scenti-atra. Caput nigricans, epistomate inferne et area media rufescenti-cinereis. Oculi hirti, ferruginei, antice remoti, versus verticem appropinquantes, ibique tantum vitta frontali nigra angustata distantes. Setæ frontales tenues, utrinque una serie locatæ, vix infra antennarum basin descendunt; sed epistoma ad latera setulis obsitum, quas caveas, ne pro vibrissis sumas. Antennæ breviusculæ, modice latæ, articulo ultimo 2:do saltem duplo longiori, apice rotundato; fere totæ luteæ, basi dilutiores l. fulvescentes, seta antenna longiori, nigra, basi incrassata. Epistoma subperpendiculare, vibrissis inferne paucis. Palpi filiformes, nigri, apice certo situ lutescentes. Thorace ad latera, scutellum ad apicem, et abdomen ovale posterius, setis ordinariis mediocribus obsita. Alæ hyalinæ, ima basi fuscescentes, ad ipsam radicem superne callo ferrugineo. Nervi: 4:tus longit. obtuse angulatim flexus, in apice alæ excurrens; transversorum medius perpendicularis mox ante apicem auxiliaris ductus, ordinarius distincte flexus, nonnihil pone medium areæ insertus, apicalis rectus. Area media apice subaperta. Costa nuda; spinula nulla. Squamæ albidæ. Halteres pallidi. Pedes toti nigri, modice setosi, tarsis subinermibus, pulvillis mediocribus l. majusculis, sordide albidis.

Obs. Hæc species forte melius sub *Macqvartiæ*, quam sub *Exoristæ* vel quodam alio genere Meigeniano militat. Locus tamen in serie systematica non omnino certus; nec adest femina.

157. *T. longicornis* 3. p. 1157.

158. *T. pectinata* 3. p. 1158.

159. *T. pantherina* 3. p. 1158.

160. *T. mundula* 3. p. 1159.

161. *T. villica* 3. p. 1160.

Obs. Etiam in Koön ad Marstrand Bahusiæ in uno specimine inventa a D. *Wahlberg*, ut Ipse mihi asseveravit in litt. 19 Dec. 1843.

162. *T. ambulans* 3. p. 1161.

163. *T. fulva* 3. p. 1162.

164. *T. libatrix* 3. p. 1163. — *Zenillia* eadem Rob. Desv. n:o 3.

165. *T. vibrissata* 3. p. 1163. — Forte *Falleniæ* species Meig. Suppl.?

♂ paullo major, in Smolandia rarissime deprehensa.

166. *T. squamosa* 3. p. 1164.

167. *T. mobilis* 3. p. 1165.

168. *T. trizonata* 3. p. 1166.

169. *T. unicolor* 3. p. 1166.

170. *T. aurea* 3. p. 1167. — *Leskia* eadem Rob. Desv. n:o 1.

Ad Gusum Ostrogothiæ iterata vice 1848; *Wahlberg*. (♂ e S:t Sever Galliæ sub nom.: "*Myobia aurea* Meig." a *Leon Dufour* 1844 missus).

171. *T. inanis* 3. p. 1168.

172. *T. nigritarsis* 3. p. 1169. (Secundum *Wahlberg* hæc tantum est *Tachinæ hirticornis* femina).

173. *T. circumflexa* 3. p. 1170.

174. *T. pubicornis* 3. p. 1172.

174—175. *T. villicornis:* oblonga, nigricans, subnitida, levissime albo-micans, capite obscuro; fronte modice prominente, vitta modice lata, atra; antennis epistomate paullo brevioribus, nigris, articulo ultimo 2:do duplo longiore, seta biarticulata, non ad medium incrassata, breviter puberula; alis cinereo-hyalinis, nervis transversis: ordinario inflexo paullo pone medium areæ haud apertæ inserto, apicali subrecto mox ante summum apicem alæ excurrente. ♂? (Long. circit. $2\frac{3}{4}$ lin.)

Hab. in Lapponia Lulensi, ubi ad Qvickjock medio

mensis Junii 1843 a D. *Boheman* lecta mihique in unico specimine ad describendam communicata.

♂? *T. pubicorni* affinis et similis, sed differt: magnitudine paullo majore, capite obscuriore fere nigricante, oculis magis distantibus per orbitas nigro-cinerascentes et vittam latiusculam atram remotis, et seta antennarum ex parte incrassata ad apicem brevius puberula. — Punctum verticis albido-nitens. Epistoma subperpendiculare, apice subreflexum. Palpi longiusculi, subclavati, basi lividi, apice nigricantes. Series setarum in fronte subduplex. Oculi nudi. Antennæ breves, validiusculæ. Thorax haud vittatus. Abdomen oblongo-subcylindricum, validum, nigrum, subnitidum, segmentis basi fascia certo situ albo-micante. Anus obtusus. Alæ basi fuscanæ. Spinula costæ nulla. Nervus transv. apicalis non exacte rectus. Area media apice subocclusa. Squamæ albæ. Halteres et pedes nigri. Ungves curvi. Pulvilli minuti. — Anus specimen masculum indicat; oculi vero late distantes et pulvilli parvi ut normaliter in feminis. Similis quoque *T. cingulatæ* (177).

175. *T. hirticornis* 3. p. 1172.

Obs. 1. *Tach. hirticornis* et *Dexia tachiniformis* Zett. sunt tantum diversæ formæ ejusdem speciei, teste D. *Boheman.*

Obs. 2. Prof. *Wahlberg* per litteras d. 5 Jan. 1844 mihi notum fecit, se "in copula invenisse *T. hirticornem* ♂ et *tarsalem* Bohem.*) ♀", quam posteriorem putat varietatem prioris esse.

176. *T. pullula* 3. p. 1174.

177. *T. cingulata* 3. p. 1174.**)

Obs. Thryptocera cingulata Macqv. Buff. 2. 92. 15. seu *Actia* eadem Rob. Desv. n:o 1, alia omnino est species.

---

*) insectum mihi ignotum, nisi nostram *T. nigritarsem* n:o 172 tamqvam idem provocare vellem, ut voluit *Wahlberg.*

**) 177—178. *T. pubiseta* Zett. n. sp. ♀. *Masiceræ* speciei Meig. Magnitudo *T. silvaticæ* (23); affinis *T. tibiali* (51), seta puberula. Patria incerta.

178. *T. funesta* 3. p. 1175.
179. *T. lucida* 3. p. 1176.
180. *T. crucigera* 3. p. 1177.
181. *T. ciliaris* 3. p. 1178.
182. *T. chalconota* 3. p. 1179.
183. *T. nitida* 3. p. 1180.
184. *T. atrata* 3. p. 1181.
185. *T. chalybeata* 3. p. 1182.

Obs. Cum *T. fulvicorni* n:o 156—157, cui in multis appropinquans, sed in variis diversa, vix confundi potest.

186. *T. nigrita* 3. p. 1183.
187. *T. grisea* 3. p. 1184.

Etiam ad Silfåkra Scaniæ deprehensa.

Obs. Alarum spinula costæ vix ulla l. valde exigua.

188. *T. prolixa* 3. p. 1185.
189. *T. angulicornis* 3. p. 1186.

Obs. Admonente *Boheman*, *T. angulicornis* et *albinervis* n:o 58 ad eandem pertinent speciem. C:fr observatio sub n:o 58 p. 3235 Tomi 8:vi.

190. *T. arctica* 3. p. 1187.
191. *T. hyalinata* 3. p. 1187.
192. *T. lateralis* 3. p. 1188.

♀ in floribus Solidaginis Virgaureæ ad Christianiam Norwegiæ non parce a D. *Moë* lecta. (Ad Gryphiam Jul. 1845 ♀ quoque frequenter a D. *Dahlbom* observata fuit.)

193. *T. viridis* 3. p. 1190. — Hoffmeister, Ent. Zeit. 1844. n:o 10. p. 362.

In truncis arborum Quercus soli expositis etiam obvia.

194. *T. aurata* 3. 1191.

109. GONIA Meig.

Obs. Species quædam ova in Hymenopteris deponunt.

A. Epistoma perpendiculare, vibrissis vix ullis, etc. p. 1192.

*) *abdomine rufo-picto.*

1 *capitata* Deg. ♂♀. 2 *lateralis* Zett. ♂♀.

**) *abdomine non rufo-picto.*

3 *fasciata* Meig. ♂♀. 4 *hebes* Fall. ♂♀. 5 *flaviceps* Zett. ♂.

B. Epistoma declivum, vibrissatum, etc. p. 1197.

6 *ruficeps* Fall. ♂♀. 7 *angustata* Zett ♂♀.

1. *G. capitata* 3. p. 1192. — Macqv. Tachin. Annal. de l. Soc. Ent. 1845. 3. p. 277. 1. T. 5. f. 8. — *Reaumuria* eadem Rob. Desv. n:o 2. — *Rhedia vernalis* Rob. Desv. n:o 1.

In Ostrogothia quoque ad Winnerstad, D. *Holmgren.*

2. *G. lateralis* 3. p. 1194. — Zell. Isis 1842. p. 843. 2.

In Scania ad Fogelsång 23 Maj. in utroque sexu a D. *Möller* capta. (♂ e Gryphia, Jul. 1845 captus, a D. *Dahlbom*, et ♀ e Melita a D. *Schembri*, communicati. — In floribus Salicis Glogaviæ freq., D. *Zeller.)*

3. *G. fasciata* 3. p. 1195. — Zell. Isis 1842. p. 884. 3. ♂♀. Macqv. Tachin. Annal. d. l. Soc. Ent. 1845. 3. p. 281. 8. T. 5. f. 15 (ala).

Obs. Ova in larvis *Megillæ retusæ* deponuntur, teste *Wahlberg.*

4. *G. hebes* 3. p. 1196. — Macqv. Tachin. Annal. d. l. Soc. Ent. 1845. 3. p. 281. 10. T. 5. f. 10 (ala).

5. *G. flaviceps* 3. p. 1196.

6. *G. ruficeps* 3. p. 1197. — *Illigera* eadem Macqv. Tachin. Annal. d. l. Soc. Ent. 1845. p. 284. 1. T. 5. f. 17 (ala), et T. 6. f. 1.

7. *G. angustata* 3. p. 1198.

---

110. TRIXA Meig.

1 *limbata* Zett. ♂♀. 2 *obscura* Zett. ♀. 3 *oestroidea* Macqv. ♂.

1. *Tr. limbata* 3. p. 1200.

Qvoque in Lapponia Lulensi ad Qvickjock 1843, *Boheman*.

2. *Tr. obscura* 3. p. 1201.

3. *Tr. oestroidea* 3. p. 1201. — *Crameria* eadem Rob. Desv. n:o 1.

In Uplandia ad Holmiam æstate 1846, specimina 41 ex utroque sexu a D. Geometra *Wahlberg* collecta fuerint.

---

111 a). MILTOGRAMMA Meig.

A. Seta antennarum nuda, etc. p. 1202.

*) *Palpi flavi.*

1 *oestracea* Fall. ♂♀. 2 *Germari* Meig. ♂. 3 *punctata* Meig. ♂♀. 4 *arcuata* Zett. ♀. 5 *imberbis* Zett. ♀. 6 *fasciolella* Zett. ♂.

**) *Palpi nigri.*

a). Antennæ breviusculæ, seta basi incrassata.

7 *conica* Fall. ♂♀.

b). Antennæ elongatæ, seta ultra medium incrassata.

8 *cylindrica* Fall. ♂♀. 9 *convexula* Zett. ♀. 10 *rotundiventris* Zett. ♀. 11 *minuta* Fall. ♂♀.

B. Seta antennarum breviter puberula; etc. p. 1211.

†. Palpi nigri.

12 *griseola* Fall. ♂♀. 13 *oculata* Zett. ♂.

††. Palpi filiformes, flavi; etc. p. 1212.

14 *hilarella* Zett. ♀. 15 *siphonina* Zett. ♂♀. 16 *heteroneura* Meig. ♂♀.

1. *M. oestracea* 3. p. 1202.

Obs. Testante Prof. *Wahlberg*, *Miltogr. oestracea Megillam retusam* persequitur usque ad introitum *Megillæ* nidi, ibique ova in hujus corpore deponit, quæ a *Megilla* hoc modo introducta in larvis *Megillæ* excluduntur eosque destruunt.

2. *M. Germari* 3. p. 1203.

3. *M. punctata* 3. p. 1204.

4. *M. arcuata* 3. p. 1205.

5. *M. imberbis* 3. p. 1205.

Etiam in Smolandia ♀ rarius deprehensa.

Obs. Femina feminæ *Tachinæ leucocephalæ* n:o 16 sat similis.

6. *M. fasciolella* 3. p. 1206.

7. *M. conica* 3. p. 1206. — *Megæra dira* Rob. Desv. n:o 1.

Obs. Larvæ hujus speciei in larvis *Oxybeli uniglumis* vivunt, observante D. *Siebold.* C:fr Isis 1843 p. 719 et Bohemanni Entomologiska Årsberättelse 1843. p. 18 et 19.

8. *M. cylindrica* 3. p. 1207.

Obs. Sub indicio: "*Tachin.* sp. ign. in Dania capta," a D. *Stæger* nuper specimen obtinui, *Miltogr. cylindricæ* simile, sed

fronte magis porrecta, et abdomine ut videtur (in exemplo corrugato) subimmaculato, diversum. — Caveas ne feminam *M. cylindricæ* cum ♀ ♀ *Tach. leucocephalæ* et *argyrocephalæ* confundas.

9. *M. convexula* 3. p. 1208.
10. *M. rotundiventris* 3. p. 1209.
11. *M. minuta* 3. p. 1209.
12. *M. griseola* 3. p. 1211.
13. *M. oculata* 3. p. 1212.
14. *M. hilarella* 3. p. 1212.
15. *M. siphonina* 3. p. 1213.

Obs. Cum *Siphona anomala* (pag. 3213 Tomi 8:vi), cui statura et habitu similis, at nervorum in alis directione etc. diversa, non confundi debet.

16. *M. heteroneura* 3. p. 1214.

---

111 b). LOPHOSIA Meig.

1. *L. fasciata* Meig. ♀? 3. p. 1215.

---

112. PHANIA Meig.

1 *thoracica* Meig. ♂♀. 2 *curvicauda* Fall. ♂♀. 2—3 *obscuripennis* Meig. ♂♀.

1. *Ph. thoracica* 3. p. 1217.

In insula Wermdön prope Holmiam versus finem Junii 1846 quoque a Prof. *Wahlberg* capta, et nova vice ab Eodem eodem loco et tempore anni 1848 lecta.

2. *Ph. curvicauda* 3. p. 1217.

Etiam in Dania, sed valde rara, D. *Stæger.*

2—3. *Ph. obscuripennis:* nigra, subnitida; abdomine ferrugineo, apice nigro; epistomate argenteo; alis longis, fuscis. ♂♀. (Long. 4 lin. absque cauda).

Meig. Dipt. 4. 219. 1. ♂♀. T. 40. f. 8. ♂. Macqv. Buff. 2. 183. 1. ♂♀. Meig. Dipt. 7. 189. 1.

Hab. in Dania rarissime; e Sorö Selandiæ unicum exemplum femineum a D. *Stæger* communicatum.

♀. In hoc genere maxima, *Musca domestica* fere longior. Frons modice lata, subparallela, atra, orbitis oculorum anticis argenteis. Antennæ epistomatis fere longitudine, nigræ, articulo ultimo 2:do saltem quadruplo longiori, seta brunnea, biarticulata, articulo 1:mo brevissimo. Epistoma perpendiculare, argenteum, nudum, seta utrinque mystacina unica brevi. Palpi et proboscis nigra. Oculi valde oblongi, subreniformes, nudi. Thorax dorso subopacus, lineis subquatuor atris, in fundo obscuro parum distingvendis; posterius parce setosus. Scutellum nigrum, margine setosum. Pleuræ schistaceæ. Abdomen oblongum, subcurvatum, subinerme, breviter nigro-puberulum, ferrugineum, basi anguste et apice latius nigrum. Cauda inflexa nigra, apice hamis 2 inflexis. Alæ abdomine fere duplo longiores, obscuræ, basi sublutescentes. Nervus transv. ordin. valde inflexus, pone medium areæ insertus. Area in apice alæ paullo aperta. Spinula costæ nulla. Squamæ albæ, margine nudæ. Halteres flavi, clava fusca. Pedes nigri subinermes, tibiis parce spinulosis. Pulvilli mediocres, albi.

♂ fronte angustiore, orbitis orichalceis, cauda paullo diversa, a ♀ differt, a *Meigen* et *Macqvart* allatus, mihi ignotus.

113. MICRA Zett.

1. *M. trixina* Zett. ♂. 3. 1218.

114. OCYPTERA Latr.

A. Nervi transversi inflexi; etc. p. 1220.

1 *brassicaria* Fabr. ♂♀. 2 *cylindrica* Fabr. ♂♀.

B. Nervi transversi recti; etc. p. 1222.

3 *interrupta* Meig. ♂♀. 4 *pusilla* Meig. ♀.

1. ***O. brassicaria*** 3. p. 1220. — Löw, Ent. Zeit. 1844. n:o 7. p. 234.

Var. a: in Smolandia non raro capta in copula; ad Christianiam Norwegiæ Jul. 1844, *Dahlbom* et *Moë*. (♂ ad Moabite 14 Aug. 1847, *Dahlbom.*) — Var. b. ♂♀ in Smolandia.

2. ***O. cylindrica*** 3. p. 1221. — *Parthenia* ead. Rob. Desv. n:o 1.

Qvoque in Smolandia passim deprehensa.

3. ***O. interrupta*** 3. p. 1222.

In Sudermannia ad Åkersbruk, Stud. *A. Holmgren*. (♀ ad Moabite prope Berolinum 14 Aug. 1847, D. *Dahlbom.*)

4. ***O. pusilla*** 3. p. 1223. — *Clairvillia* ead. Rob. Desv. n:o 1. (C:fr Löw, Ent. Zeit. 1844. p. 228.)

---

115. WAHLBERGIA Zett.

1. ***W. melanura*** Zett. ♂♀. 3. p. 1224. — *Ocyptera lateralis* Fall. ♂.

Etiam in Dania a D. *Kjellerup* inventa fuerit.

---

116. GYMNOSOMA Fall.

1. ***G. rotundata*** Linn. ♂♀. 3. p. 1226.

Obs. Larva in *Pentatomis (Cimicibus)* vivit, *v. Heyden*, teste *Bremi* in Isis 1846. p. 173.

---

117. CISTOGASTER Latr.

1. *C. globosus* Fabr. ♂♀. 3. p. 1228. — *Pallasia* eadem Rob. Desv. ♂. Ejusdem *Pallasia ovata* ♀.

---

118. RHINOPHORA Meig.

1. *Rh. umbratica* Fall. ♂♀. 3. p. 1230. (*Stevania nigripennis* Rob. Desv. n:o 3?). 2. *Rh. hyalinata* Zett. ♂. 3. p. 1231.

---

119. LEUCOSTOMA Meig.

A. Alarum spinula costæ adest; etc. p. 1232.

*). Abdomen subcylindricum etc.

1 *maculata* Fall. ♂♀. 2 *brevicornis* Zett. ♂♀. 3 *ænescens* Zett. ♂♀.

**). Abdomen (♀) rotundato-ovatum etc.

4 *venosa* Meig. ♀.

B. Alarum spinula costæ deest; etc. p. 1235.

5 *simplex* Fall. ♂♀.

1. *L. maculata* 3. p. 1232.
2. *L. brevicornis* 3. p. 1233.
3. *L. ænescens* 3. p. 1234.

(♂♀ etiam ad Gryphiam Jul. 1845 a D. *Dahlbom* lecti).

Obs. D. *Stæger* mihi misit specimen femineum sub nomine: "*Rhinophora lepida* seu *Tachina (Leucostoma) lepida* Meig.," quod a nostra *L. ænescente* non differt, nisi colore corporis vix metallice nitente, et abdominis fasciis duabus interruptis albis perspicuis ad basin segmentorum 2:di et 3:tii.

4. *L. venosa* 3. p. 1234.

5. *L. simplex* 3. p. 1235.

♂ in Smolandia ad Skärsjö. (♀ e Melita etiam obtinui.)

---

120. MELANOPHORA Meig.

1. *M. roralis* Linn. ♂♀. 3. p. 1237.

(Etiam e S:t Sever Galliæ et Melita exempla obtinui).

---

121. SCOPOLIA Meig.

*). Antennæ subangustatæ, lineares.

1 *carbonaria* Panz. ♂♀. 2 *costata* Fall. ♂♀. 3 *picta* Wahlb. (*Sc. rufipes* Macqv.?) ♀?

**). Antennæ magnæ, latæ.

4 *cunctans* Meig.? ♂♀. 5 *borealis* Zett. ♀? 6 *lugens* Meig. ♂♀. 7 *latifrons* Zett. ♀.

1. *Sc. carbonaria* 3. p. 1239.

2. *Sc. costata* 3. p. 1240.

3. *Sc. picta* 3. p. 1241.

Etiam in Lapponia Tornensi 1847 capta, *Wahlberg*.

4. *Sc. cunctans* 3. p. 1242.

(♂ in Salicetis ad Uleåborg Finlandiæ 3 Aug. 1843, *Nylander*.)

5. *Sc. borealis* 3. p. 1243.

6. *Sc. lugens* 3. p. 1243.

7. *Sc. latifrons* 3. p. 1244.

Fam. 22. PHASIARIÆ Zett.

122. PHASIA Latr.

Sect. 1. Alarum area media longe petiolata.

A. area subtrigono-ovata; etc. p. 1245.

1 *subcoleoptrata* Linn. ♂♀. 2 *hemiptera* Fabr. ♂♀.

B. area apice rotundata; etc. p. 1247.

3 *muscaria* Fall. ♂♀. 4 *umbrata* Wahlb. ♂. 5 *grisea* Zett. ♀. 6 *flavipennis* Wahlb. ♂. 7 *pusilla* Meig. ♀. 8 *hyalipennis* Fall. ♂♀. 9 *nana* Fall. ♂♀. 10 *pygmæa* Fall. ♂♀. 11 *fasciola* Zett. ♀? 12 *zonella* Zett. (*Hyalomyia fasciata* Macqv.?) ♀.

Sect. 2. Alarum area breviter petiolata; etc.

13 *opaca* Zett. ♂? 14 *ruficeps* Zett. ♀. 15 *convexa* Wahlb. ♀?

1. *Ph. subcoleoptrata* 3. p. 1245.

2. *Ph. hemiptera* 3. p. 1246.

3. *Ph. muscaria* 3. p. 1248.

Etiam e Westrogothia olim a *Gyllenhal* communicata.

4. *Ph. umbrata* 3. p. 1249.

In Gottlandia iterum 1847 etiam a *Boheman* lecta.

5. *Ph. grisea* 3. p. 1250.

In Gottlandia nova vice 1847 capta, D. *Boheman.*

6. *Ph. flavipennis* 3. p. 1250.

Qvoque in Lapponia Tornensi 1847 reperta, *Wahlberg.* (♂ in Finlandia prope limitem Russiæ ad sacellum Kuhmo in paroecia Solkamo versus orientem e Kajana a Doct. *W. Nylander* deprehensus).

7. *Ph. pusilla* 3. p. 1251.

(Sub nomine: "*Hyalomyia pusilla* Meig." quoque e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* cummunicata.)

8. *Ph. hyalipennis* 3. p. 1252.

9. *Ph. nana* 3. p. 1252.

10. *Ph. pygmæa* 3. p. 1253.

11. *Ph. fasciola* 3. p. 1254.

In Lapponia Lulensi 1845 etiam capta, Prof. *Wahlberg.*

12. *Ph. zonella* 3. p. 1254.

13. *Ph. opaca* 3. p. 1255.

14. *Ph. ruficeps* 3. p. 1255.

15. *Ph. convexa* 3. p. 1256.

---

123. GYMNOPEZA Zett.

1. *G. albipennis* Zett. ♂♀. 3. p. 1258.

Etiam in Ostrogothia inventa, D. *Stenhammar.*

2. *G. denudata* Zett. ♀. 3. p. 1258.

---

124. XYSTA Meig.

1. *X. striginervis* Zett. ♀.? 3. p. 1260.
2. *X. grisea* Zett. ♂. 3. p. 1261.

Obs. Secundum sententiam Wahlbergi hæc eadem est ac *Tachina albinervis* p. 1064. n:o 58.

Fam. 23. DEXIARIÆ Macqv.

125. DEXIA Meig.

Obs. Larvæ quoque in Lepidopteris degunt.

Subdiv. 1:ma. Alarum area media apice aperta.

A. Seta antennarum plumata; p. 1262.

α). *Seta longe plumata.*

*. Nervus transversus apicalis sursum flexus.

†. Antennæ et pedes flava; etc. p. 1263.

1 *canina* Fabr. ♂♀. 2 *rustica* Fabr. ♂♀. 3 *vacua* Fall. ♂♀.

††. Antennæ et pedes nigra; etc. p. 1266.

4 *leucozona* Panz. (*Musca nigripes* Fabr. ♂. — *M. lateralis* Fall. ♂. *M. nigrina* Fall. ♀.) ♂♀. 5 *ferina* Fall. ♂♀. 6 *triangulifera* Wahlb. ♂♀.

**. Nervus transvers. apicalis rectus; etc. p. 1270.

7 *carinifrons* Fall. ♂♀.

β). *Seta breviter plumata;* etc. p. 1271.

8 *volvulus* Fabr. (*Musca cylindrica* Fall.) ♂♀. 9 *melanoptera* Fall. ♂♀. 10 *minima* Zett. (*Dex. nana* Meig?) ♂♀. 11 *pygmæa* Zett. ♀.

B. Seta antennarum pubescens.

12 *dolens* Zett. ♂. 13 *puberula* Zett. ♂♀.

Subd. 2:da. Alarum area apice occlusa; etc. p. 1277.

14 *compressa* Fabr. ♂♀ *). 14—15 *rufiventris* Fall. ♂♀. 15 *grisescens* Fall. ♂♀. 16 *cristata* Meig. ♂♀.

Species dubia.

17 *tachiniformis* Zett. (eadem ac *Tachin. hirticornis* Zett.) ♂.

1. *D. canina* 3. p. 1263.

Etiam in Norwegia ad Christianiam 1844, *Dahlbom.*

2. *D. rustica* 3. p. 1264.

Obs. ♂ sub nomine: "*Dex. rustica* Meig.," et ♀ ut *Dex. grisea* Meig.," e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* 1844 communicati.

3. *D. vacua* 3. p. 1265.

4. *D. leucozona* 3. p. 1266. *Thelaira abdominalis* Rob. Desv. n:o 1.

In Scania etiam in Lemmeströ-skog, *Sjörén*; ♀ in Dyrhaven Daniæ Jul., *Dahlbom.* (In horto Kreyi Gryphiæ Jun. 1844 feminæ non parce obviæ, *Dahlbom.)*

Obs. Imagines utriusque sexus e Lepidopteris pluries exclusæ ad finem Maji, Lundæ.

5. *D. ferina* 3. p. 1268.

6. *D. triangulifera* 3. p. 1269.

7. *D. carinifrons* 3. p. 1270.

(In horto Kreyi Gryphiæ, ut et ad Elisenheyne pro-

*) vix Scandinaviæ incola.

pe Gryphiam, 6—10 Sept. 1844, feminas plures collegit *Dahlbom).*

8. *D. volvulus* 3. p. 1271. *Phyllomyia* eadem Rob. Desv. n:o 1.

9. *D. melanoptera* 3. p. 1272.

10. *D. minima* 3. p. 1273.

(Etiam e Lubeca 1843 *J. Behrens* missit ♀).

11. *D. pygmæa* 3. p. 1274.

12. *D. dolens* 3. p. 1275.

13. *D. puberula* 3. p. 1276.

Qvoque in Bottnia boreali Lulensi 1843, Prof. *Wahlberg.*

14. *D. compressa* 3. p. 1277.

Obs. Musca compressa Fabr. et *Musca rufiventris* Fall. sunt diversæ species, quæ igitur distingvendæ, et quarum tantum posterior ad Faunam Scandinaviam pertinet. Hujus diagnosis, synonymia et descriptio ita exponuntur:

14—15. *D. rufiventris:* glauca, capite argenteo, antennarum palporumque basi, abdominis compressi lateribus, femoribusque totis, rufis; vitta frontali, antennarum articulo ultimo, palporum apice, thoracis lineis 2, abdominis vitta dorsali lata, tibiis tarsisque, nigris; alis subhyalinis, nervis: 4:to longit. infra angulum continuato, transverso ordinario perspicue pone medium areæ inserto; spinula costæ distincta; antennarum seta breviter pubescente. ♂♀. (Long. $2\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$ lin. et interdum paullo ultra).

Musca rufiventris Fall. Act. Holm. 1816. Dipt. Svec. Muscid. 1821. p. 41. 8. ♂♀. genuina (exclus. syn.

Fabr.) — *Wiedemannia**) eadem Löw, Ent. Zeit. 1847 n:o 8. ♂♀. p. 251. 2. ♂♀. — *Volucella lurida* Schrank Fn. Boic. 3. 2483. — *Dexia compressa* Meig. Dipt. 5. 41. 13? ♂♀. Zett. Dipt. Scand. 3. p. 1277. 14. ♂♀. *Musca* eadem Zett. Ins. Lapp. 652. 1. ♂♀. — *Sericocera* ead. Macqv. Buff. 2. 169. 10? *Wiedemannia* ead. Meig. Dipt. 7. 253. 1. T. 72. f. 1? (dubia, nam spinula costæ *D. rufiventrem*, sed abdominis latera tota a basi ad apicem rufa, et nervus transv. ordin. prope ad angulum nervi 4:ti longit. insertus *D. compressam* Fabr. ostendunt.)

Hab. in fruticibus, fenestris et parietibus ligneis per Sveciam mediam et australem, Jun.—Aug., minus frequens**). (Sub nomine: "*Sericoc. compressa* Meig." specimina utriusque sexus etiam e S:t Sever Galliæ a D. *Leon Dufour* 1844 obtinui).

♂♀. Per magnitudinem paullo minorem, palpos flavos apice nigros (nec totos flavos), abdominis tantum segmenta 1, 2 et 3 lateribus ferruginea vittamque dorsalem nigram latam postice valde dilatatam totum abdominis apicem occupantem (nec abdominis latera tota a basi ad anum ferruginea, neque vittam dorsalem nigram angustiorem subinterruptam), segmenta omnia setosa (nec 1:mum inerme), alarum spinulam costalem distinctam (nec nullam), et denique nervum transv. ord. distincte pone medium (nec mox pone medium) areæ insertum, abunde dignoscitur a *Musca compressa* Fabr. Ent.

---

*) nomen *Wiedemannia* pro hoc genere rejiciendum, quoniam jam dudum pro alio bene distincto genere sub Familia *Empidiarum* militante primum in itinere meo Lapponico a. 1832 p. 207 proposito, et deinde in Ins. Lapponicis 1837 descripto, idem adhibitum fuit.

**) loca specialia vide in Dipt. Scand. l. c.

Syst. 4. 327. 64, quæ non in Svecia habitat, et hactenus tantum in Europa meridionaliori inventa, mihi e Melita a D. *Schembri*, et e Gallia meridionali a beato *von Winthem* sub indicio: "*Musca compressa* Fabr. non Meig." olim communicata.

Obs. Synonymon Panzeri: *Musca lateralis*, dubium. Vulgo jam *Tachinæ laterali* Fall., jam *Muscæ rufiventri* Fall. allegatur. Figura (Fn. Germ. 7. 22), abdomine ferrugineo linea dorsali modice lata nigra et incisuris lateribus albis, quoque *Muscam compressam* Fabr. haud male repræsentat. Directio nervorum in alis imperfecte delineata, et spinula costæ (olim ab auctoribus prætervisa) in figura prætervisa, ænigma non aperit.

15. *D. grisescens* 3. p. 1278.

16. *D. cristata* 3. p. 1279. — *Estheria imperatoriæ* Rob. Desv. n:o 3.

17. *D. tachiniformis* 3. p. 1280.

Nota. Observante *Boheman* hæc identica erit cum nostra *Tachina hirticorni* p. 1172 n:o 175.

Fam. 24. SARCOPHAGARIÆ Zett.

126. SARCOPHAGA Meig.

Obs. Conspectum synopticum specierum vide p. 1282—1284.

1. *S. carnaria* Linn. ♂♀. 4. p. 1284. — *Myophora carnaria* Rob. Desv. n:o 31.

Obs. Larvæ hujus speciei etiam in nasu hominis aliquando deprehensæ, teste *Tiedemann.*

2. *S. cærulescens* Zett. ♂♀. 4. p. 1286.

Etiam in Smolandia ♀ rarissime inventa.

3. *S. striata* Fabr. ♂♀. 4. p. 1286. — *Myophora* ead. Rob. Desv. n:o 49.

4. *S. Atropos* Meig. ♂♀. 4. 1287.

(♂ etiam e Melita a D. *Schembri* communicatus).

5. *S. albiceps* Meig. ♂♀. 4. p. 1288. — Ratzeb. Forst-Insect. 3. 175. 20.

Obs. E pupa *Bombycis Pini* et *Monachæ*, nec non e *Geotrupe nasicorni* (emortuo) exclusa, *Ratzeburg*.

6. *S. melanura* Meig. ♂♀. 4. p. 1288.

7. *S. sinuata* Meig. ♂♀. 4. p. 1289.

In Scania ad Lund, Esperöd in paroecia Tranås, etc., passim, sed extra Scaniam in Svecia rarius occurrit. — Specimina Gottlandica et Norwegica l. c. allata non ad hanc speciem, sed ad *S. agricolam* pertinent.

Obs. Mas ab aliis speciebus optime dignoscitur (ut etiam rite observavit D. *Stæger*) macula aurantiaca e pube brevissima orta in femoribus intermediis lateri anteriori ad apicem certo luminis situ sat perspicua. Nec deest vestigium ejusmodi maculæ in femina.

8. *S. agricola* Macqv. ? ♂♀. 4. p. 1290. — *Myophora* ead. Rob. Desv. n:o 52.

In Scandinaviæ agris et Salicetis Jun.—Aug. sat vulgariter occurrit, in copula multoties capta; scilicet in Scania ad Lund, Abusa, Tygelsjö, Esperöd etc., frequens; in Ölandia ad Glimminge; in Gottlandia ad Sanda etc.; in Norwegia ad Garnäs et Oestre-Näs Værdaliæ, non raro. (E Glogavia a *Zeller*, et e Melita a *Schembri* missa).

Obs. Defectu maculæ aurantiacæ ad apicem femorum intermediorum maris a *S. sinuata* facile distingvitur.

9. *S. pumila* Meig. ♂♀. 4. p. 1291.

10. S. *vagans* Meig. ♂♀. 4. p. 1291.

11. S. *Arvorum* Meig. ♂♀. 4. 1292. — *Myophora* eadem? Rob. Desv. n:o 84.

Obs. Frons in ♂ tantum paullo (nec multo) angustior quam in ♀.

12. S. *depressifrons* Zett. ♂♀. 4. p. 1293.

13. S. *affinis* Fall. ♂♀. 4. p. 1293. — *Agria punctata* Rob. Desv. n:o 1.

14. S. *lineata* Fall. ♂♀. 4. p. 1294.

15. S. *latifrons* Fall. ♂♀. 4. p. 1295.

In Scania etiam ad diversor. Sjöbo 1846, *Wahlberg.*

16. S. *obsoleta* Fall. ♂♀. 4. p. 1296.

17. S. *hæmorrhoidalis* Fall. 4. p. 1297. — *Myophora* eadem Rob. Desv. n:o 7.

Obs. Huic similem, sed paullo majorem et ano toto etiam ejus segmento 1:mo ferrugineo distinctam, e Melita a *Schembri* ex utroque sexu accepi, nostræ Faunæ peregrinam.

18. S. *cruenta* Meig. ♂♀. 4. p. 1298.

19. S. *hæmorrhoa* Meig. ♂♀. 4. p. 1298. — *Myophora* eadem Rob. Desv. n:o 21.

20. S. *hæmatodes* Meig. ♂♀. 4. p. 1299. — *Musc. hæmorrhoidalis* Fall. — *Myophora campestris* Rob. Desv. n:o 30.

21. S. *erythrura* Meig. ♂♀. 4. p. 1300.

22. S. *ruralis* Fall. ♂♀. 4. p. 1301.

23. S. *muscaria* Meig. ♀. 4. p. 1302. — *Theria palpalis* Rob. Desv. n:o 1.

24. S. *pygmæa* Zett. ♀. 4. p. 1302.

25. S. *Mortuorum* Linn. ♂♀. 4. p. 1303. — *Musca vomitoria* Fabr. Antl. 290. 34.

Qvoque ad Qvickjock Lapponiæ Lulensis, *Boheman.*

26. *S. alpina* Zett. ♂♀. 4. p. 1304.

27. *S. fuscipalpis* Zett. ♂♀. 4. p. 1306.

28. *S. Vespillo* Fabr. Fall. ♂♀. 4. p. 1307. — *Musca sepulchralis* Meig.

(Etiam e Gryphia a D. *Dahlbom*, et e Lubeca a D. *J. Behrens* specimina obtinui).

29. *S. Genarum* Zett. ♂♀. 4. p. 1309.

30. *S. cærulea* Meig. ♂♀. 4. p. 1310. — *Melinda* eadem? Rob. Desv. n:o 1. — *Musca cognata* Meig. 7. 304. 4. — *Cyrtoneura cyanea* Wahlb. in Zett. Dipt. Scand. 4. p. 1358. 12. eadem. Marem in pomis putridis succum qværentem 19 Aug. 1847 Lundæ Scaniæ semel inveni.

31. *S. atriceps* Zett. ♀. 4. p. 1311.

Fam. 25. MUSCARIÆ Zett.

Obs. Larvæ *Lucil. disparis* (spec. extran.) parasitice vivunt in Hirundinis pullis, quorum sangvine nutriuntur, observante *Leon Dufour.*

127. LUCILIA Robin. Desv.

A. Palpi rufi vel ferruginei.

1 *Cæsar* Linn. ♂♀. 2 *ruficeps* Meig.? ♂♀. 3 *sericata* Meig.? ♂♀. 4 *fulgida* Zett. ♂♀.

B. Palpi nigri.

5 *cornicina* Fabr. (*Musc. Cæsarion* Meig.) ♂♀. 6 *illustris* Meig. ♂♀. 7 *Silvarum* Meig. ♂♀. 8 *splendida* Meig. ♂♀.

1. *L. Cæsar* 4. p. 1312.

2. *L. ruficeps* 4. p. 1314.

3. *L. sericata* 4. p. 1314.

E varietate a. mares etiam ad Christianiam Norwegiæ Jul. 1844 frequenter legerunt D. D. *Dahlbom* et *Moë.*

Obs. Larvas in cadaveribus Avium vivere observavit *v. Bremi.*

4. *L. fulgida* 4. p. 1315.

5. *L. cornicina* 4. p. 1316.

6. *L. illustris* 4. p. 1317.

7. *L. Silvarum* 4. p. 1318.

8. *L. splendida* 4. p. 1319.

In Scania (in horto proprio) mense Aug. 1847—1848 multa exempla ex utroque sexu inveni.

---

128. PYRELLIA Rob. Desv.

*). Oculi nudi.

1 *cadaverina* Linn. ♂♀. 2 *purpureo-fasciata* Zett. ♂. 3 *serena* Meig. ♂♀. 4 *cyanicolor* Zett. (*Pyrell. violacea* Meig.) ♂♀. 5 *ænea* Zett. ♂♀.

**). Oculi hirti.

6 *lasiophthalma* Macqv. ♂♀. 7 *eriophthalma* Macqv. ♂♀.

1. *P. cadaverina* 4. p. 1320. — *Pyr. usta?* Rob. Desv. n:o 3.

2. *P. purpureo-fasciata* 4. p. 1321.

3. *P. serena* 4. p. 1322.

4. *P. cyanicolor* 4. p. 1323.

5. *P. ænea* 4. p. 1324.

6. *P. lasiophthalma* 4. p. 1325.

7. *P. eriophthalma* 4. p. 1326.

---

129. MUSCA Linn.

Obs. Oculi nudi (in n:ris 5 et 8—9 hirtuli).

A. Thoracis dorsum non tomentosum.

*). *Palpi ferruginei (raro fusci).*

1. *M. vomitoria* Linn. ♂♀. 4. p. 1328. — *Calliphora fulvilabris* Rob. Desv. n:o 1.

Obs. Larvæ vivæ aliquando etiam in nasu hominis inventæ, observante *Tiedemann.*

2. *M. erythrocephala* Meig. ♂♀. 4. p. 1329. *Calliphora vomitoria* Rob. Desv. n:o 3.

In Norwegia ad Tromsö 1848 freq. D. *Liljeborg.* (Etiam e Melita 1846 ♂♀ a D. *Schembri* missi).

3. *M. grönlandica* Zett. ♂♀. 4. p. 1330.

Ad Bredåker paroeciæ Öfver-Luleå 14 Jun. 1843, *Boheman.*

4. *M. sordida* Zett. ♂♀. 4. p. 1332.

Etiam ad Bredåker 14 Jun., D. *Boheman.*

5. *M. pubiceps* Zett. ♂. 4. p. 1333.

**). Palpi nigri.

6. *M. azurea* Fall. ♂♀. 4. p. 1334.

7. *M. domestica* Linn. ♂♀. 4. p. 1335.

(Non solum e promontorio Capite b. spei, sed etiam e New-York Americæ hanc speciem quoque obtinui).

8. *M. corvina* Fabr. ♂♀. 4. p. 1336.

(Exempla hujus etiam in Cap. b. spei lecta possideo).

8—9. *M. vitripennis:* oculis puberulis ænescentinigra, nitens; epistomatis frontisque lateribus subargenteis; antennis pedibusque nigris; abdomine (♂) pallido,

vitta dorsali nigricante; alis hyalinis, nervo transv. ord. subrecto, squamis albis. ♂. (Long. 2—2¼ lin.)

Meig. Dipt. 5. 73. 38. ♂. Tab. 43. f. 34. ♂. (oculis nimis cohærentibus). Macqv. Buff. 2. 267. 8. ♂. *Cyrtoneura* ead. Meig. Dipt. 7. 19. *Plaxemya sagillatrix* Rob. Desv. n:o 1.

Hab. in Svecia meridionali rarissime, mihi non obvia, sed ad Hagestads Mälare prope Ystad Scaniæ 20—25 Aug. 1846 a D. Prof. *Wahlberg* lecta fuerit, ut mihi annuntiavit. (E Melita a *Schembri*, et e Gallia mecum communicata.)

♂. Speciem vivam non vidi. Specimina plura e Gallia etc. a beat. *v. Winthem* olim missa, ante oculos habeo, secundum quæ descriptionem confeci. — Affinis et similis *M. corvinæ*, sed magnitudine paullo minore, thorace scutelloque obscure virescentibus, nec nigris, oculis puberulis, nec nudis, abdominis lateribus pallidioribus, alis squamisque albidioribus, etc. satis superque dignota. Caput ex argenteo micans, area epistomatis media certo situ obscura. Oculi conniventes, sed non arcte cohærentes, tantum orbitis angustissimis albis et linea valde tenui nigra in fronte disjuncti; breviter hirti. Frons antice subdepressa, minime prominens. Antennæ epistomate paullo breviores, mediocriter latæ, incumbentes, nigræ, seta longe plumata. Os breviter exsertum. Palpi et proboscis atra. Abdomen rotundatum, albo- flavo-pellucidum, vitta l. signatura media angustata, in segmento 2:do et versus apicem distincte dilatata, tota sordide nigro-ænea. Alæ albo-hyalinæ, basi albidiores. Nervi ut in *M. corvina* directi, sed transversus ordin. magis rectus, fere in medio areæ insertus; 4:tus longit. obtuse angulatim flexus, mox ante summum apicem alæ excurrens. Area vix aperta. Spinula costæ nulla. Squamæ albæ. Pedes nigri, subnudi l. parum hirti, femoribus anticis postice subvillosi. Tibiæ omnes rectæ.

Obs. Femina forte thorace lineato et abdomine obscuriori gaudet, hactenus ignota.

B. Thoracis dorsum tomentosum. *Nitellia* Rob. Desv.

α). Alarum area media apice occlusa.

9. *M. atramentaria* Meig. ♂♀. 4. p. 1337. — *Pollenia* ead. Macqv. Buff. 2. 272. 13. ♂♀.

(Etiam e Melita 1846 a D. *Schembri* missa).

10. *M. depressa* Meig. ♀. 4. p. 1338.

β). Alarum area media apice aperta.

11. *M. rudis* Fabr. ♂♀. 4. p. 1339.

12. *M. nitens* Zett. (*M. Vespillo* Meig.) ♂♀. 4. p. 1340.

In Norwegia ad Christianiam ♀ quoque reperta.

---

130. MESEMBRINA Meig.

1. *M. mystacea* Linn. (*Erist. apiarius* Fabr.) ♂♀. 4. p. 1341.

Var. b. ♀ in Norwegiæ alpibus 4—5000 ped. supra mare elevatis a D. *Moë* lecta.

2. *M. meridiana* Linn. ♂♀. 4. p. 1343.

Obs. Ut hæc species a sequentibus melius dignoscatur, diagnosis paullo mutanda, et hæc erit:

M. meridiana: atra, nitida, immaculata, palpis concoloribus; epistomatis lateribus aureo-flavis; antennarum seta basi ferruginea; alis a basi ad nervum transv. medium, squamisque totis, fulvo-flavis, nervo long. 4:to leniter l. modice arcuato in apice alæ excurrente; ocu-

lis in ♂ subapproximatis seu subanguste remotis, in ♀ latissime distantibus; maris pedibus intermediis subtus parum setosis. ♂♀. (Long. 4 sæpe 5 lin.)

Obs. Specimina Jemtlandica non ad hanc, sed ad *M. intermediam* pertinent. — Inter Glomersträsk et Stenträsk Lapponiæ Pitensis *Mes. meridiana* vera etiam capta, *Andersson.*

2—3. *M. intermedia* n. sp.: cærulescenti-atra, nitida, immaculata, palpis concoloribus; epistomatis lateribus aureo-flavis; antennarum seta tota nigricante; alis a basi et nonnihil ultra nervum transv. medium, squamisque totis, fulvo-flavis, nervo long. 4:to distincte arcuato in apice alæ excurrente; oculis in ♂ modice remotis, in ♀ late distantibus; maris pedibus intermediis subtus longe setosis. ♂♀. (Long. 4 lin.)

Mesembr. meridiana Zett. Dipt. Scand. 4. p. 1343 e parte, specimina nempe tantum Jemtlandica.

Hab. in Svecia boreali rarius; in Jemtlandia ad radicem alpium Mulfjellen versus finem mensis Junii 1840 aliquot exempla utriusque sexus detegi.

♂♀. Similis *M. meridianæ*, sed magnitudine nonnihil minore, colore non pure nigro, sed leniter e cæruleo resplendente, antennarum seta tota obscura, basi parum dilutiori, alis fere ultra medium fulvescentibus, nervo long. 4:to paullo perspicuius arcuato, transverso ordin. magis recto, oculis in ♂ nonnihil remotioribus, in ♀ late, nec latissime, distantibus, ut et pedum intermediorum femoribus tibiisque subtus in ♂ crebrius et longius setosis, vere diversa. A *M. resplendente*, cui magnitudine, colore corporis, setæ et alarum adhuc similior, epistomate tamen lateribus aureo-flavis, nec argenteis, et præcipue nervo 4:to longit. sat perspicue arcuato in apice alæ excurrente (nec fere recto cum 3:tio parallelo pone apicem alæ excurrente), abunde differt.

3. *M. resplendens* Wahlb. ♂♀. 4. p. 1344.

In Lapponia Lulensi 1845 quoque *mas* repertus fuerit, asseverante Prof. *Wahlberg.*

---

131 a). CYRTONEURA Meig.

Obs. Divisio specierum C:fr Dipt. Scand. p. 1346.

1. *C. Hortorum* Fall. ♂♀. 4. p. 1346. — *Morelliæ* genus Rob. Desv.

2. *C. curvipes* Macqv. ♂♀. 4. p. 1347. — *C. valga* Wahlb. in Zett. Dipt. Scand. p. 1348 est hujus mas.

Etiam in Lapponia Lulensi 1847, Prof. *Wahlberg.*

3. *C. valga* Wahlb. ♂. 4. p. 1348. deleatur; nam propius examinatam et comparatam eam cum *C. curvipede* identicam invenit ipse Detector.

4. *C. tempestiva* Fall. ♂♀. 4. p. 1349.

5. *C. cæsia* Meig. ♂♀. 4. p. 1350.

6. *C. assimilis* Fall. ♂♀. 4. p. 1351.

7. *C. Pabulorum* Fall. ♂♀. 4. p. 1352. — *Muscina* eadem Rob. Desv. n:o 1. *Musca* ead. Ratzeb. Forst-Insect. 1844. 3. 175. 21.

Obs. E *Bombyce Pini* et *Monachâ* pluries a D. *Ratzeburg* exclusa.

8. *C. Pascuorum* Meig. ♂♀. 4. p. 1353.

Obs. Larvæ in Agarico citrino degunt, teste *v. Bremi.*

9. *C. stabulans* Fall. ♂♀. 4. p. 1354. — *Musca* ead. Ratzeb. Forst-Insect. 1844, 3. 175.

(Etiam e Melita a D. *Schembri* 1846 communicata).

Obs. Larva in Agarico aurantiaco, Boleto eduli etc. habitans, et *pupa* bene et exacte describuntur et depinguntur a lauda-

to nostri ævi Zootomo *Leon Dufour* in Extrait des Annal. 1840. p. 10. — Larva quoque in Lepidopteris vixerit, *von Hartig*, testante *v. Bremi*. Imago e larvis et pupis *Bomb. Pini* et *Lophyri* exclusa.

10. *C. maculata* Linn. ♂♀. 4. p. 1355. — *Graphomyza vulpina* Rob. Desv. n:o 1.

In Norwegia quoque ad Christianiam non parce.

11. *C. meditabunda* Fabr. ♂♀. 4. p. 1357.

(E Melita 1846 a Doct. *Schembri* quoque missa).

12. *C. cyanea* Wahlb. ♂♀. 4. p. 1358 heic excludatur, nam identica est cum *Sarcophaga cærulea* n:o 30.

---

131 b). CINOCHIRA Wahlb.

1. *C. atra* Wahlb. ♂.? 4. p. 1359.

Obs. Ut synonymon hujus allegetur *Anthomyza pingvicula* Zett. Dipt. Scand. Tom. 5. p. 1759. 142. ♂., quæ igitur ibi deleatur.

Fam. 26. ANTHOMYZIDES Meig.

132. DRYMEIA Meig.

1. *Drym. hamata* Fall. ♂♀. 4. p. 1368.

(Circa Gryphiam Jul. 1845. ♂♀ a *Dahlbom* freq. observati).

---

133. DIALYTA Meig.

1. *Dial. erinacea* Fall. ♂♀. 4. p. 1370.

Ad Norcopiam Ostrogothiæ in paludosis copiose, D.

Stenhammar; ad diversor. Thynäs Norwegiæ 4 Jul. 1840 ♀ rarius, D. *Dahlbom.*

---

134. ARICIA Macqv.

Obs. Dispositionem synopticam vide p. 1372—1386.

1. *Ar. lardaria* Fabr. ♂♀. 4. p. 1387. — *Macrosoma* eadem Rob. Desv. n:o 1.

(Etiam e Posnaia 1846 a Prof. *Löw* communicata).

2. *Ar. albo-lineata* Fall. ♂♀. 4. p. 1388.

3. *Ar. incana* Wied. (*Musc. nemorum* Fall.) ♂♀. 4. p. 1389. — *Fellæa nigripes* Rob. Desv.

4. *Ar. Lucorum* Fall. ♂♀. 4. p. 1391. — *Mydina lætifica* Rob. Desv. n:o 16.

5. *Ar. plumbea* Meig. ♂♀. 4. p. 1392.

6. *Ar. annosa* Zett. ♀. 4. p. 1393.

7. *Ar. nivalis* Zett. ♂ et ♀? 4. p. 1393.

8. *Ar. obscurata* Meig. ♂♀. 4. p. 1394.

9. *Ar. dispar* Fall. ♂♀. 4. p. 1396.

10. *Ar. serva* Meig. ♂♀. 4. p. 1397.

11. *Ar. veterana* Zett. ♂♀. 4. p. 1398.

12. *Ar. Morio* Zett. ♂♀. 4. p. 1399.

13. *Ar. lugubris* Meig.? ♂. 4. p. 1400.

14. *Ar. consobrina* Zett. ♂. 4. p. 1401.

15. *Ar. alpicola* Zett. ♂♀. 4. p. 1401.

16. *Ar. variabilis* Fall. ♂♀. 4. p. 1402.

17. *Ar. longipes* Zett. ♂♀. 4. p. 1403.

18. *Ar. atra* Fall. ♂♀. 4. p. 1404.

19. *Ar. umbratica* Meig. ♂♀. 4. p. 1405.

Etiam in Lappon. Lulensi ad Qvickjock, *Boheman.*

20. *Ar. vespertina* Fall. ♂♀. 4. p. 1406.

21. *Ar. nigrinervis* Zett. ♂♀. 4. p. 1407.

22. *Ar. nigritella* Zett. ♂♀. 4. p. 1409.

23. *Ar. duplicata* Meig. ♂♀. 4. p. 1410. — *Mydina nigripes* Rob. Desv. n:o 7.

24. *Ar. duplaris* Zett. ♂♀. 4. p. 1411.

25. *Ar. notata* Fall. ♂♀. 4. p. 1412.

(Marem etiam e Melita accepi).

26. *Ar. carbonella* Zett. ♂. 4. p. 1414.

27. *Ar. ambigua* Fall. (*Anth. divisa* Meig. ♂) ♂. 4. p. 1415.

28. *Ar. sordidiventris* Zett. ♂♀. 4. p. 1416.

28—29. *Ar. Ancilla:* oblongo-ovata, cinerea; capite albicante; fronte non prominente; antennis distincte plumatis; thoracis lineis 4, abdominisque fusco-maculati unica, nigris; alis subhyalinis, squamis halteribusque sordide albidis; *mas:* oculis contiguis. ♂. (Long. saltem 3 lin.)

Meig. Dipt. 5. 105. 38. ♂. *Hylemyia* ead Meig. Dipt. 7. 315. 1.

Hab. in Scandinavia rarissime, mihi non obvia, sed e Dania sub nomine descripto a D. *Stæger* communicata.

♂. Duabus proxime præcedentibus similis et affinis, sed ab *A. ambigua* thoracis lineis nigris 4, nec 3, a *sordidiventri* abdomine fusco-signato, nec immaculato, et ab ambabus magnitudine nonnihil majore, colore paullo minus obscuro, fronte antice minime prominente et oculis maris magis cohærentibus distincta. Oculi magni sat prope cohærentes, orbitis tantum tenuissimis albidis nigro-setosis in fronte remoti. Frons inde angustissima, antice per triangulum nigrum, in quo supra antennarum radicem punctum minutum pallidum micat, paullo dilatata. Antennæ epistomate paullo breviores, modice latæ, apice rotundatæ; totæ nigræ, seta sat longe plumata, apice

nuda. Epistoma perpendiculare, albidum, certo situ nigro-micans, apertura oris non exserti et mento nigro-setosis. Proboscis et palpi atra. Thorax cinereus, dorso lineis 4 nigris, lateralibus interruptis. Scutellum cinereum. Abdomen oblongo-ovatum, griseum, opacum, vitta dorsali perspicua nigra et certo luminis situ etiam maculis irregularibus olivaceo-micantibus. Alæ sordide hyalinæ, basi leniter ferruginantes. Nervi long. 3 et 4 versus apicem levissime divergentes, transversus ordin. nonnihil ante medium areæ insertus, paullo obliquus et inflexus. Costa omnino nuda; spinula nulla. Squamæ et halteres sordide l. subflavide albida. Pedes toti nigri, parum setosi.

29. *Ar. variata* Fall. ♂♀. 4. p. 1418.

30. *Ar. lasciva* Zett. ♂♀. 4. p. 1419.

31. *Ar. flavipennis* Fall. ♂♀. 4. p. 1420.

32. *Ar. grisea* Fall. ♂♀. 4. p. 1421.

33. *Ar. hilaris* Fall. ♂♀. 4. p. 1423. — *Anthomyia* ead. Hoffmeister, Ent. Zeit. 1844. n:o 10. p. 362. *Delia plumosa* Rob. Desv.?

34. *Ar. festiva* Zett. ♀. 4. p. 1424.

35. *Ar. obtusipennis* Fall. ♂♀. 4. p. 1425.

36. *Ar. dentipes* Fabr. ♂♀. 4. p. 1426.

Occurrit etiam in Grönlandia, D. *Stæger.*

Obs. Pedum intermediorum femora basi subtus in ♂ longe et dense villosa; coxæ inermes. Hinc a sequente facile distingvitur.

37. *Ar. palæstrica* Meig. ♂. 4. p. 1428.

Obs. Mas: femoribus intermediis subtus per totam fere longitudinem modice et fere æque longe atque mediocriter dense villosis; coxisque ejusdem pedum paris intus spinis 2 validis armatis, a mare *Ar. dentipedis* præter notas allatas mox dignoscitur.

38. *Ar. bispinosa* Zett. ♂♀. 4. p. 1428.

39. *Ar. meteorica* Linn. ♂♀. 4. p. 1429.

40. *Ar. irritans* Fall. ♂♀. 4. p. 1431.

Etiam in Grönlandia, *Stæger*, Grönlands Antliater.

41. *Ar. velutina* Macqv. ♂. 4. p. 1432.

42. *Ar. curvipes* Fall. ♂. 4. p. 1433.

43. *Ar. Scambus* Zett. ♂. (etiam ♀?). 4. p. 1433.

44. *Ar. armipes* Fall. ♂♀. 4. p. 1434.

45. *Ar. glabricula* Fall. ♂♀. 4. p. 1435. — *Hydrotæa floralis* Rob. Desv. n:o 17.

46. *Ar. leucostoma* Wied. ♂♀. 4. p. 1436. — *Ophyra nitida* Rob. Desv. n:o 1?

Mares sub arborum coma choreas in aëre ducunt mense Julio — (E Gryphia pluries missa. Uterque sexus sub nomine: *Anthomyia leucostoma*, e Sicilia a D. *Löw* 1846 communicatus. E Melita a D. *Schembri* etiam obtinui.)

46—47. *Ar. spoliata:* Zett. n. sp.: ovata, cærulescenti-atra, immaculata, nitida; epistomate maculaque supra antennas albis; alis albido-hyalinis, nervis pallidis, squamis fuscanis; pedibus parce pilosis; *mas:* oculis contiguis, tibiis posticis rectis, intus nudis. ♂. (Long. $2\frac{1}{3}$ lin.)

Hab. in Svecia meridionali, Scania, rarissime; ad Lund in horto proprio marem unicum sub coma arborum Aceris d. 31 Jul. 1847 choreas in aëre ducentem in societate cum masculis *Ar. leucostomatis* inveni.

♂. Mari *Ar. leucostomatis* ut ovum ovo similis, sed magnitudine minoribus *leucostomatis* individuis æqualis, et pedibus parcius pilosis, præsertimque tibiis posticis rectis et latere interiori omnino nudis, nec curvatis et villosis, differt. — Similis quoque videtur *Anthom. anthraci* Meig. Dipt. 5. 161. 137, cujus varietatem abdomine virescente a Prof. *Löw* obtinui; *Anthom. anthrax* vero magnitudine adhuc paullo mi-

nore, squamis sub alis albis, nec fuscanis, ut et tibiis posticis intus sat longe pilosis, nec nudis, a nostra *Ar. spoliata* dignoscitur.

47. *Ar. piligera* Zett. ♂. 4. p. 1438.

Obs. In descriptione inseruntur omissa: nervi longitudinales: 3:tius in apice excurrens, et 4:tus non exacte paralleli, ita ut area in apice paullo latior, quam in medio sit. — Cum *Ar. atricauda* n:o 139 hæc species non confundi debet.

48. *Ar. fuscinervis* Zett. ♀. 4. p. 1438.

49. *Ar. obscuripennis* Zett. ♂. 4. p. 1439.

50. *Ar. inuncta* Zett. ♀. 4. p. 1440.

51. *Ar. æneiventris* Zett. ♀. (quoque ♂?). 4. p. 1441.

Obs. Sub indicio: "*Aric.* sp. ign. affinis *æneiventri*," specimen femineum a D. *Stæger* obtinui, cum nostra specie magnitudine, statura, fronte haud prominente, directione nervorum in alis, squamis, halteribus etc. conveniens, sed antennarum seta subnuda, thorace griseo subimmaculato, alis immaculatis, costa nuda, spinula nulla, discrepans. Ex individuo vero hoc unico, cujus abdomen detritum videtur (et hinc forte nitor ejus et color obscurus?) novam speciem fingere non justum censeo.

52. *Ar. nigriventris* Bohem. ♀. 4. p. 1442.

53. *Ar. argyrata* Zett. ♂. 4. p. 1443.

53—54. *Ar. platyptera* Zett. n. sp.: oblonga, glauco-cinerea, setulosa, opaca, thorace vix vittato; abdomine linea dorsali fusca; capite subargenteo; fronte parum prominula, vitta, atra; ore haud exserto; alis albido-hyalinis, basi dilatatis, squamis albis, halteribus obscuris, costa nuda; *mas:* oculis approximatis. ♂♀. (Long. $2\frac{1}{2}$ lin).

Mas: capite argenteo; oculis approximatis, tantum per orbitas tenues albas et lineam angustam nigram in fronte remotis; ab-

domine oblongo, depressiusculo, albo-glauco, vitta dorsali fusca versus apicem evanescente, et certo luminis situ maculis obsoletis fuscis, quæ alio situ vittam intralateralem utrinque formant, notato; alis basi distincte dilatatis;

Fem.: capite albido; oculis modice remotis, per orbitas mediocres albas et vittam frontalem nigram distantibus; abdomine ovato, subconvexo, acuto, albo-glauco, vitta dorsali perspicua et maculis obsoletis certo tantum situ conspiciendis, fuscis; alis basi modice dilatatis; in copula.

Hab. in Ostrogothia rarissime; ad urbem Wadstena semel in copula inventa.

♂♀. Per alas albo-hyalinas et (in ♂) basi latiores abdominisque picturam ab affinibus dignota. Albido- l. glaucescenti-cinerea, mediocriter setosa. Frons parum l. leniter tantum prominens. Antennæ epistomate subperpendiculari nonnihil breviores, modice latæ, apice rotundatæ, totæ nigræ, seta ante medium distincte pubescente, versus apicem nuda. Palpi et proboscis atra. Thorax certo situ vestigio vittarum 3 fuscarum. Scutellum canum, immaculatum. Abdomen nigro-pubescens, ad latera parce et apice setosum. Alæ totæ albo-hyalinæ, nervis brunneis, secundario toto, longitudinalibus 2 et 4 basi pallidis. Nervi, longitudinales: 3 et 4 subparalleli; transversi: ordinarius parum obliquus, subrectus l. lenissime tantum flexus, medius apici auxiliaris oppositus. Costa nuda; spinula nulla. Sqamæ albæ. Halteres obscuri, petiolo pallido. Pedes nigri, modice setosi.

54. *Ar. maculifrons* Zett. ♂. 4. p. 1443.

55. *Ar. lividiventris* Zett. ♂. 4. p. 1444.

56. *Ar. squalens* Zett. ♀. 4. p. 1445.

57. *Ar. cinerea* Fall. ♂♀. 4. p. 1446

58. *Ar. brunneilinea* Zett. ♂. 4. p. 1448.

59. *Ar. ignobilis* Zett. ♂♀. 4. p. 1448.

60. *Ar. pullula* Zett. (*Anth. longula* Meig. non Fall.) ♂♀. 4. p. 1449.

(Etiam ad Neuenkirchen Germaniæ ♀ a *Dahlbom* lecta.)

Obs. Femina: thorace sæpe tantum linea unica media brunnea perspicua. Nervi tansversi plerumque distincte infuscati.

61. *Ar. cinerosa* Zett. *(Anth. cinerella* forte Meig.? certe non Fall.) ♂♀. 4. p. 1450.

62. *Ar. sulciventris* Zett. ♂. 4. p. 1451.

62—63. *Ar. capucina* Zett. n. sp.: antennis epistomate nonnihil brevioribus ovata, nigra, opaca, capite ex albo micante; fronte non prominente; ore haud reflexo; abdomine sordide cinereo; alis hyalinis, costa nuda; squamis halteribusque albis; *mas:* oculis cohærentibus, abdomine ovato. ♂. (Long. 1 ½ lin.)

Hab. in Svecia meridionali rarissime; in Scania ad Esperöd in paroecia Mellby semel inventa.

♂. Ab *Ar. sulciventri* antennis et epistomate nonnihil longioribus, nec non abdominis forma et pictura differt. *Ar. pubipedi* n:o 109 quoque similis et affinis, sed oculis nudis, nec hirtis, halteribus pallidis, nec obscuris, et denique tibiis posticis non pilosis, recedit. — Opaca, modice setosa. Oculi magni, contigui. Epistoma subperpendiculare, modice descendens, obscurum, lateribus certo situ albo-micantibus. Antennæ mediocres, nigræ, seta sat distincte pubescente seu subplumata. Palpi et proboscis nigra. Thorax et scutellum nigra. Abdomen ovatum, subdepressum, sordide cinereum, in disco vestigio signaturæ brunescentis; nigro-pilosulum, versus apicem setulosum. Alæ totæ cinereo-hyalinæ. Nervus transv. ord. distincte ante medium areæ insertus, rectus. Costa omnino nuda; spinula nulla. Squamæ mediocres, albæ, valvula superiori inferiorem non tegente. Halteres albidi. Pedes simplices, præter femora antica subtus setulosa parum pilosi; nigri, tibiis anticis nigro-piceis.

Obs. Anthomyza capucina nob. Tom. 5:ti p. 1753 n:o 135 longe alia est species.

63. *Ar. verticina* Zett. ♂♀. 4. p. 1452.

64. *Ar. frontata* Zett. ♂♀. 4. p. 1453. — Stæg. Grönlands Antliater in Kröjers Tidssk. 1845. p. 363. 37. ♀.

65. *Ar. decrepita* Zett. ♂. 4. p. 1454.

66. *Ar. brunnescens* Zett. ♂. 4. p. 1455.

67. *Ar. villipes* Zett. ♂. 4. p. 1456.

68. *Ar. compuncta* Wied. ♂♀. 4. p. 1457.

(♀ etiam ad Gryphiam Jul. 1845 a D. *Dahlbom* capta.)

Obs. Mas: thorace obscuro, vittis tribus atris (nec "thorace nigricante, vittis quatuor atris").

69. *Ar. trigonifera* Zett. ♂. 4. p. 1458. — Stæg. Grönlands Antliater in Kröjers Tidsskrift 1845. p. 364. n:o 38. ♂.

70. *Ar. Sororcula* Zett. ♂♀. 4. p. 1459.

71. *Ar. depressula* Zett. ♂. 4. p. 1460.

72. *Ar. didyma* Zett. ♂♀. 3. 1461.

73. *Ar. brunneisquama* Zett. ♂♀. 4. p. 1462.

74. *Ar. contractifrons* Zett. (*Anthom. arctica* Zett. Ins. Lapp. — Stæg. Grönlands Antliater in Kröjers Tidsskrift 1845. p. 364. 39. ♂♀.) ♂♀. 4. p. 1463.

75. *Ar. fumipennis* Zett. ♂. 4. p. 1465.

76. *Ar. vana* Zett. ♂♀. 4. p. 1465.

77. *Ar. trianguligera* Zett. ♂♀. 4. p. 1466.

78. *Ar. triangulifera* Zett. ♂♀. 4. p. 1467. — Stæg. Grönlands Antliater in Kröjers Tidsskrift 1845. p. 364. 40. ♂♀.

79. *Ar. trigonata* Zett. ♂. 4. p. 1468.

80. *Ar. 7-notata* Zett. ♂♀. 4. p. 1469.

81. *Ar. vitticollis* Zett. ♀. 4. p. 1471.

82. *Ar. dorsata* Zett. ♀. 4. p. 1472.

83. *Ar. litorea* Fall. ♂♀. 4. p. 1473.

84. *Ar. 5-lineata* Zett. ♀. 4. p. 1475.

85. *Ar. maculipennis* Zett. ♂♀. 4. p. 1475.

86. *Ar. surda* Zett. ♂. 4. p. 1476.

87. *Ar. 4-maculata* Fall. (*Musc. cornuta* Fabr. secund. Meig.) ♂♀. 4. p. 1477.

88. *Ar. borealis* Zett. ♂. 4. p. 1478.

89. *Ar. solitaria* Zett. ♂. 4. p. 1479.

Qvoque in plantis crescentibus in magna palude juxta lacum Glan prope Norcopiam Ostrogothiæ 1848 copiose inventa a Doct. *C. Stenhammar.*

90. *Ar. maculigera* Zett. ♀. 4. p. 1480.

91. *Ar. abbreviata* Zett. 4. p. 1481.

92 a). *Ar. triangula* Fall. ♂♀. 4. p. 1482.

Obs. Huic affinis et similis est *Ar. albifronti* n:o 223—224, sed *A. albifrons* magnitudine paullo minore et thorace immaculato etc. ab *A. triangulo* differt.

92 b). *Ar. scrupulosa* Zett. ♀. 4. p. 1483.

93. *Ar. spinipes* Fall. (*Musc. ciliata* Fabr. secund. Meig.) ♂♀. 4. p. 1485.

Obs. Oculi in viva rufo-ferruginei.

94. *Ar. cyrtoneurina* Zett. ♂. 4. p. 1486.

95. *Ar. occulta* Meig. ♂♀. 4. p. 1486.

96. *Ar. aculeipes* Zett. ♂♀. 4. p. 1487.

97. *Ar. subfuscinervis* Zett. ♂♀. 4. p. 1489.

Obs. Alarum nervus long. 3:tius fere in apice alæ excurrens. — Var. b. ♀ ad novam speciem seu *Ar. orichalceam* pertinet.

97—98. *Ar. orichalcea* Wahl. n. sp.: oblonga, nigricans (♂), aut grisescens (♀); capite sordide albicante;

palpis crassiusculis; thoracis vittis 4 nigris; abdomine maculis nigris (♂), aut immaculato (♀); alis subhyalinis, basi infuscatis, squamis fulvescentibus; *mas*: oculis subcohærentibus. ♂♀. (Long. circiter 3 lin.)

Mas: oculis distincte hirtis, subcohærentibus, linea tantum angusta (orbitis tenuissimis) in fronte remotis, fronte antice triangulo atro; thorace obscuro, vittis 4 nigris; abdomine subdepresso, griseo, segmento 1:mo fere toto, 2:doque maculis 2 approximatis magnis trigonis certo situ nigris; alis basi fuscis, costa basi breviter ciliata; pulvillis logiusculis albis;

Fem.: oculis subnudis l. tenuissime tantum puberulis; fronte lata grisea, vittis 2 atris antice connexis; posterius triangulo elongato griseo separatis, certo situ perspicuis; thorace griseo, lineis 4 nigris, postice abbreviatis, lateralibus obsoletis; scutello concolore; abdomine convexiusculo acuto, griseo l. sordide orichalcico, vix vestigio macularum fuscarum; alis basi ferrugineis, costa basi longe ciliata; pulvillis parvis albidis.

Wahlb. in litt. — *Aricia subfuscinervis var. b.* ♀. Zett. Dipt. Scand. 4. p. 1490.

Hab. in Scandinavia boreali valde rara; in Lapponia Pitensi ad Arjeploug uterque sexus a Prof. *Wahlberg* deprehensus, mecumque communicatus; in Norwegia ad Christianiam mense Julio 1844 in exemplo femineo a D. *Dahlbom* detecta.

♂♀. *Ar. subfuscinervi* similis et affinis, sed corpore magis ex orichalceo micante, nec obscure cinerascente, oculis in ♂ adhuc magis approximatis, ore in utroque sexu magis exserto, palpis præsertim in ♀ paullo validioribus, ut et denique squamis sub alis perspicue flavis, nec albidis, facile dignota. Modice setosa. Frons leniter prominens. Antennæ epistomate subperpendiculari paullo breviores, lineares, modice latæ, nigræ, seta puberula nigra, basi incrassata. Palpi et proboscis

atra. Abdomen posterius setulosum. Alarum nervi ut in *Ar. subfuscinervi* directi. Spinula costæ parva. Squamæ mediocres, valvula superiori inferiorem minime tegente. Halteres flavi. Femora præsertim antica latere posteriori pilosa. Tibiæ posticæ extus setulosæ.

Obs. Marem et feminam licet in variis (ut e diagnosi videtur) discrepantes, tamen ad eandem speciem retuli, admonente D. *Wahlberg*, qui eos eodem loco legerit.

98. *Ar. turpis* Zett. ♂♀. 4. p. 1490.

99. *Ar. fulvisquama* Zett. ♂♀. 4. p. 1491.

100. *Ar. luteisquama* Zett. ♂. 4. p. 1492.

100—101. *Ar. flavisquama* Zett. n. sp.: oblonga, cinerea, capite argenteo-micante; thoracis vittis 4, abdominisque dorso linea basali, obscuris; alarum basi, squamis halteribusque fulvescentibus; *mas:* oculis cohærentibus. ♂. (Long. saltem 3 lin.)

Hab. in Lapponia Lulensi ad Qvickjock rarissime, D. *P. F. Wahlberg*, qui specimen unicum mihi misit.

♂. *Ar. fulvisquamæ* (99) et *luteisquamæ* proxima, sed a prioris mare abdominis segmento 2:do linea obscura notato, nec nigro-bimaculato, nervo transv. ordin. leniter tantum flexo, femoribus intermediis subtus absque fasciculo pilorum, etc., et a posteriori thorace lætius cinereo, nec obscure cinereo, abdomine cinereo, nec griseo, segmento 2:do unilineato, nec bimaculato, et alarum nervo transv. ord. minus inflexo, certe distincta. — Glauco-cinerea; opaca. Caput ex argenteo nitens. Oculi hirti sat intime cohærentes, orbitis tenuissimis albis absque linea media ordinaria tantum angustissime remoti. Frons antice leniter prominens, macula trigona atra, puncto supra antennas albido. Antennæ epistomate subperpendiculari nonnihil tantum breviores, subangustatæ, nigræ, seta pubescente, basi incrassata. Os haud exsertum. Palpi mediocres, nigri. Thorax haud dense, sed valide setosus, vittis 4 ni-

gris, postice abbreviatis, harum mediis angustis, lateralibus paullo latioribus et sutura transversa interruptis. Scutellum cinereum. Abdomen ovato-oblongum, lateribus et postice setulolum, totum canescens, segmento 2:do linea media olivacea, certo situ sat perspicua, at alio situ abdomine toto maculis parvis irregularibus ejusdem coloris hinc inde adspersis absoletis. Anus parvus, rotundatus, inflexus, obscurus, subnitens. Alæ hyalinæ, basi anguste, sed sat determinate flavæ. Nervi transversi modice infuscati, ordinarius paullo ante medium areæ insertus, leniter inflexus. Spinula costæ parva. Squamæ fulvæ, ut in *Ar. orichalcea* (97—98) constructæ. Halteres flavi. Pedes nigro-cinerei. Femora postica longiuscula sat longe pilosa; intermedia puberula, subtus modice pilosa, antica latere posteriori sat longe et dense pilosa. Tibiæ posteriores parce spinosæ. Pulvilli omnes longiusculi, albidi.

100—101. *Ar. pallidisquama* Zett. n. sp.: oblongo-ovata nigricans, subnitens, capite obscure griseo; thoracis vittis subquatuor atris; alis hyalinis, basi leniter fuscanis, squamis pallidis, halteribus nigris; *mas:* oculis cohærentibus. ♂♀. (Long. 3 lin.)

Mas: oculis sat dense hirtis, contiguis, tantum per lineam valde angustam nigram in fronte disjunctis, frontis triangulo antico atro piloso, puncto supra antennas albido vix ullo; thorace nigro, vittis atris; abdomine subdepresso, setoso, ovato, apice obtuso, ano parvo, inflexo; pulvillis mediocribus l. parvis albidis;

Fem.: oculis modice hirtis, late remotis, vitta frontali lata, atra, opaca, puncto supra antennas albido, vertice macula ocellorum schistacea; thorace nigro-cinereo, vittis nigrioribus; abdomine parum depresso, parcius setoso, ovato, apice acuto, appendicibus duabus segmento ultimo fere triplo brevioribus, nigris; pulvillis minutis albidis.

Hab. in Lapponia Pitensi rarius; ad Peljekaise prope lacum Hornafvan a Prof. *Wahlberg* detecta.

♂♀. Colore obscuro, ore exserto, halteribus nigris etc. ab affinibus in hac subdivisione (signo: *) notata) dignota. Ovata, nigricans, subnitida. Frons antice leniter tantum prominula. Antennæ breviusculæ, nigræ, seta pubescente, non usque ad medium incrassata. Epistoma breve, sordide griseum, ore distincte exserto. Palpi filiformes et proboscis nigra. Thorax setosus. Alæ hyalinæ, ima basi fuscanæ. Nervi validi, obscuri, ut in proxime præcedentibus directi. Costa nuda; spinula nulla. Squamæ mediocres, saltem non magnæ; pallide flavæ, valvula superiori inferiorem non tegente. Halteres nigri. Pedes simplices, nigri. Femora antica latere posteriori nigro-villosa, posteriora modice longa subtus pilosa, intermedia ad apicem setulis aliquot munita. Tibiæ anticæ subinermes, posteriore extus spinosæ.

101. *Ar. hirtula* Zett. ♂. 4. p. 1492.

102. *Ar. innocua* Zett. ♂♀. 4. p. 1493.

103. *Ar. hirsutula* Zett. ♂♀. 4. p. 1494.

104. *Ar. separ* Zett. ♂♀. 4. p. 1495.

105. *Ar. subrostrata* Zett. ♂♀. 4. p. 1496.

106. *Ar. leucogaster* Zett. ♂. 4. p. 1497.

107. *Ar. depressiuscula* Zett. ♂♀. 4. p. 1498.

108. *Ar. tristiola* Zett. ♂♀. 4. p. 1499.

109. *Ar. pubipes* Zett. ♂. 4. p. 1499.

110. *Ar. cinereiventris* Zett. ♂. 4. p. 1500.

111. *Ar. semicinerea* Wied. (*Musc. hyalinata* Fall.) ♂♀. 4. p. 1500.

(Etiam e Gryphia pluries a D. *Dahlbom* communicata.)

112. *Ar. denticauda* Zett. ♂♀. 4. p. 1502.

113. *Ar. myopina* Fall. ♂♀. 4. p. 1503. — *Myopina reflexa* Rob. Desv. n:o 1.

Qvoque in Norwegia ad Christianiam, D. *Moë.*

114. *Ar. scoparia* Wahlb. ♂♀. 4. p. 1504.

115. *Ar. moriens* Zett. ♂♀. 4. p. 1505.

116. *Ar. buccata* Fall. ♂♀. 4. p. 1506.

117. *Ar. laminata* Zett. ♂. 4. p. 1507.

118. *Ar. latipennis* Zett. ♂♀. 4. p. 1508.

119. *Ar. canescens* Zett. ♀. 4. p. 1509.

120. *Ar. scatophagina* Zett. ♂♀. 4. p. 1510. — *Anthom.* eadem Stæg. in Kröjers Tidsskr. 1845. p. 365. 41? ♀.

(In Finlandia ad Uleåborg a D. *Nylander* etiam inventa.)

121. *Ar. arenosa* Zett. ♂♀. 4. p. 1511.

In Scania ad Esperöd 12—19 Aug. 1846 a Prof. *Wahlberg* lecta.

122. *Ar. unistriata* Zett. ♂. 4. p. 1512.

123. *Ar. hilarella* Zett. ♀. 4. p. 1513.

124. *Ar. trapezina* Zett. ♂♀. 4. p. 1513.

125. *Ar. lepturoides* Zett. ♂. 4. p. 1515.

126. *Ar. marginalis* Fall. ♂♀. 4. p. 1515.

127. *Ar. Histrio* Zett. ♂♀. 4. p. 1517.

128. *Ar. unilineata* Zett. ♂♀. 4. p. 1518.

129. *Ar. odontogaster* Zett. ♂♀. 4. p. 1519.

130. *Ar. albescens* Zett. (*Musc. buccata* Fall. ♀. — *Anth. albula* Meig., non Fall.) ♂♀. 4. p. 1520.

Obs. Allegata observatio a D. *Dahlbom* facta, larvas in larvis Hymenopterorum parasitice vivere, deinde per observationes D. *Wahlbergi* a D. *Boheman* in "Årsberättelse om Zoologiens framsteg 1843 och 1844" p. 8 relatas, etiam comprobata fuit.

131. *Ar. glacialis* Wahlb. ♂♀. 4. p. 1521.

132. *Ar. innocens* Zett. ♂. 4. p. 1522.

Obs. Ar. innocens deleatur heic, nam est ♂ *Ar. decoloris* infra n:o 136.

133. *Ar. simipellucida* Zett. ♂. 4. p. 1523.

134. *Ar. depressiventris* Zett. ♂. 4. p. 1524.

135. *Ar. hirticeps* Fall. ♀. 4. p. 1524.

136. *Ar. decolor* Fall. ♀. 4. p. 1525.

In Norwegia ad Christianiam a D. *Dahlbom* Jul. 1844 quoque non raro observata.

Obs. Ar. innocens n:o 132 est ♂ hujus. Nomen *decolor* ut antiquius pro specie retineatur.

137. *Ar. silvestris* Fall. ♂♀. 4. p. 1527.

138. *Ar. Billbergi* Zett. ♂♀. 4. p. 1528.

139. *Ar. atricauda* Zett. ♂. 4. p. 1529.

Obs. Hæc species distincte setosa *Ar. piligeram* n:o 47 primo obtutu mentit. — D. Doct. *Nylander* e Finlandia nuper communicavit specimen masculum, descripto simillimum, præter thoracis dorsum vix brunnescens, an detritum?

140. *Ar. articulata* Zett. ♀. 4. p. 1530.

Specimen unicum in fenestra ad Suul Norwegiæ quoque captum. (Individua 2 ad Gryphiam Jul. 1845 etiam invenit D. *Dahlbom.*)

Obs. Variat interdum magnitudine minor, circiter 1 lin. longa. Vitta frontalis certo situ atra. Corpus sæpe grisescens l. flavido-cinereum. Lineæ thoracis brunneæ plerumque obsoletæ.

141. *Ar. anilis* Zett. ♀. 4. p. 1530.

Obs. Ar. anilis et cuneicornis n:o 143 parum discrepant, forte ejusdem speciei.

142. *Ar. moerens* Zett. ♂♀. 4. p. 1531.

143. *Ar. cuneicornis* Zett. ♀. 4. p. 1532.

Obs. Ar. cuneicornis et *anilis* n:o 141 eædem videntur.

144. *Ar. murina* Zett. ♀. 4. p. 1533.

145. *Ar. senilis* Zett. ♀. 4. p. 1534.

146. *Ar. brevicornis* Zett. ♂♀. 4. p. 1534.

147. *Ar. floralis* Fall. ♂♀. 4. p. 1536.

148. *Ar. sepia* Meig. ♂♀. 4. p. 1537.

Obs. Ex *Ar. denigratà*, qualem in *observatione* sub *A. sepia* p. 1538 descripsi, ad Gryphiam a D. *Dahlbom* lectam, specimen masculum e Glogavia a D. *Zeller* quoque obtinui.

149. *Ar. transversalis* Zett. ♂. 4. p. 1538.

150. *Ar. pictiventris* Zett. ♂. 4. p. 1539.

151. *Ar. flaviceps* Zett. ♂. 4. p. 1540.

152. *Ar. lineariventris* Zett. ♂. (et ♀?) 4 p. 1541.

153. *Ar. sepiella* Zett. ♂. 4. p. 1541.

154. *Ar. angustiventris* Zett. ♂. 4. p. 1542.

Qvoque in Dania ad Dyrhaven ♂ a D. *Dahlbom* rarius deprehensus.

155. *Ar. ciliatocosta* Zett ♀. 4. p. 1543.

156. *Ar. spathulata* Zett. ♂♀. 4. p. 1543.

157. *Ar. striolata* Fall. ♂♀. 4. p. 1545. — Stæg. Grönlands Antliater in Kröjers Tidsskr. 1845. p. 365. 42. ♂.

♀ etiam in Dyrhaven Daniæ, *Dahlbom*. (♂♀ ad Gryphiam, Idem. ♂ e Melita a *Schembri* missus).

Obs. Feminam in terra stercorata ova deponentem ad Lund Scaniæ 30 Maj. 1845 vidi. — Sub indice: "*Anth. fugax* Meig. *Aric. striolata* Zett.?" mas hujus ex Hafnia a D. *Stæger* communicatus.

158. *Ar. candens* Zett. ♂♀. 4. p. 1546.

(Ad Stetinum 23 Jul. 1845 ♀ etiam a D. *Dahlbom* lecta).

159. *Ar. dissecta* Meig. ♂. 4. p. 1547.

160. *Ar. platura* Meig. ♂♀. 4. p. 1547.

Obs. Sub indicio: "sp. ign. Jul. 1844," individuum femineum e Dania nuper obtinui, varietati a. simillimum, colore corpo-

ris læte griseo, nec cinereo, et vittis thoracis lineaque abdominis dilute brunneis, nec nigricantibus, tantum diversum, quod hujus varietas videtur.

161. *Ar. intersecta* Meig.? ♂. 4. p. 1548.

162. *Ar. muscaria* Fabr.? ♂♀. 4. p. 1549.

163. *Ar. vetula* Zett. ♀. 4. p. 1550.

Obs. "Jam die 1 Martii 1847 *Aricia Naso* et *vetula*, quæ quidem non in copula captæ, tamen pluries simul lectæ, et id eo tempore cum nulla alia species *Ariciæ* ibi obvia erat," ad Holmiam inventæ a Prof. *Wahlberg*, qui putat eas ad eandem pertinere speciem.

164. *Ar. Naso* Zett. ♂. 4. p. 1551.

Etiam in Uplandia ad Holmiam, *Wahlberg*. Vide n:rum 163.

164—165. *Ar. brunnea* Zett. n. sp.: antennis brevinsculis opaca, supra brunnescens, subtus canescens; fronte distincte, ore vix, prominentibus; alis hyalinis, nervo transv. ordin. subobliquo, recto, costa subnuda, spinula mediocri, squamis albidis; seta antennarum nuda; *femina* oculis late remotis, abdomine lanceolato, cinerascente. ♀. (Long. 2 lin.)

Hab. in Norwegia rarissime, juxta urbem Christianiam Jul. 1844 duo specimina detegit Cel. *Dahlbom.*

♀. Ab *Ar. brunnescente* n:o 66, qui primo intuitu similis, præter differentiam sexus differt etiam magnitudine paullo minori, fronte paullo magis prominula, seta antennarum nuda, nec puberula, alis hyalinis, nervo transv. ord. recto, nec subinflexo, squamis albis, etc. — Oblonga. Caput sordide brunneum, orbita oris et occipite cinereis. Frons antice sat prominens, tota lata, brunnea, opaca, orbitis oculorum modice setosis. Antennæ epistomate breviores, modice latæ, apice obtusæ, totæ nigræ, seta omnino nuda, basi incrassata. Os haud reflexum. Palpi subcylindrici et proboscis nigra. Oculi parvi,

rotundi, late remoti, nudi. Thorax supra modice setosus, disco dorsali brunneo-griseo, vittis 3 brunneis magis perspicuis; humeris canescentibus. Pleuræ schistaceæ. Scutellum cinerascens. Abdomen lanceolatum, cinereum, linea dorsali brunnea obsoleta, lateribus et apice pilosulum. Alæ totæ hyalinæ. Nervi: longit. 3 et 4 paralleli, transversus ord. fere in medio l. mox ante medium areæ insertus, subobliquus l. fere subperpendicularis, omnino rectus, levissime subinfuscatus. Costa subnuda l. breviter tantum ciliata, spinula gemina mediocri. Squamæ parvæ, albidæ, valvula superiori inferiorem tegente. Halteres flavi. Pedes nigro-cinerei, modice pilosi. Tibiæ præsertim posticæ spinosæ.

164—165. *Ar. extensicornis* Zett. n. sp.: antennis subovalibus porrectis griseo-flavescens, opaca; fronte oreque paullo prominentibus; alis sordide flavidis, nervo transv. ord. subobliquo, recto, costa subnuda, spinula mediocri, squamis fulvis; seta antennarum nuda; *femina:* oculis late remotis, vitta frontali lata nigra, macula ante antennas lutea, abdomine lanceolato. ♀. (Long. 2 ¼ lin.)

Hab. in Svecia boreali rarissime, in cacumine alpis Åreskutan Jemtlandiæ circiter 4000 ped. supra mare 1 Aug. 1840 unicum individuum inveni.

♀. *Ar. longulæ* (179) et *antiquæ* (180) accedit, sed a priori nervis transversis non infuscatis, a posteriori colore corporis flavido, nec cinereo, abdomine immaculato etc., et ab aliis affinibus antennis porrectis, squamis fulvidis, etc., abunde recedit. — Oblonga, tota opaca, lutescens. Ut in *Ar. brunnea* setosa. Frons lata, antice modice prominens, vitta nigra postice macula grisea, antice macula sublunata fulvescente. Antennæ modice longæ, subovales, compressæ, extensæ, atræ, seta nigra, nuda, basi incrassata. Os antice paullo reflexum. Proboscis in specimine viso pendula (sub agone mortis), et palpi leniter clavati, nigra. Oculi minusculi, rotundati. Abdomen

lanceolatum, supra convexum, apice acuminatum, totum lutescens immaculatum, nigro-pubescens, versus apicem pilosulum. Alæ cinereæ, basi late indeterminate fulvescentes, nervis ut in antecedente *(A. brunnea)* directis. Costa ad medium breviter ciliata, spinula mediocri. Squamæ parvæ, flavo-fulvescentes, valvula superiori inferiorem tegente. Halteres flavi. Pedes nigri, ut in *Ar. brunnea* pilosi et spinulosi.

165. *Ar. fuscipes* Zett. (vix *Anth ruficeps* Meig.) ♂. 4. p. 1552.

166. *Ar. obscura* Macqv. ♂. 4. p. 1553.

167. *Ar. trapezoides* Zett. ♂. 4. p. 1554.

(Etiam ad Gryphiam Jul. 1845 semel a D. *Dahlbom* lecta.)

168. *Ar. lucidiventris* Zett. ♀. 4. p. 1554.

Obs. Secundum *Wahlberg* est *Ar. barbiventris* n:o 204 hujus ♂.

169. *Ar. florilega* Zett, ♂ (an etiam ♀?) 4. p. 1555.

Obs. Nervus transv. ord. subperpendicularis l. leniter obliquus.

170. *Ar. strigilata* Zett. ♀. 4. p. 1556.

171. *Ar. rotundiventris* Zett. ♂. 4. p. 1557.

172. *Ar. albinervis* Zett. ♀. 4. p. 1557.

173. *Ar. pluvialis* Linn. ♂♀. 4. p. 1558.

In Norwegia etiam ad Christianiam non raro, *Moë*. (♂ e Gryphia a *Dahlbom*; et ♀ e Melita a *Schembri* obtinui).

174. *Ar. praticola* Zett. *(Anth. pratincola* Panz. — *Anth. pratinicola* Meig.) ♂♀. 4. p. 1560.

175. *Ar. stygia* Meig. ♀. 4. p. 1560.

176. *Ar. subpellucens* Zett. ♂♀. 4. p. 1561.

177. *Ar. armata* Meig. ♂. 4. p. 1563.

177—178. *Ar. tuberculata* Stæg. n. sp.: antennis longiusculis nigra, capite albicante; ore fronteque minime prominentibus; abdomine glauco, serie dorsali macularum trigonarum nigrarum; alis subhyalinis, nervis transversis subapproximatis, horum ordinario perpendiculari, recto; seta antennarum nuda; *mas:* oculis magnis non arcte cohærentibus, pedum intermediorum femoribus subtus versus apicem fasciculis duobus pilorum instructis, tibiis basi coarctatis et tuberculatis, intus pone medium ciliatis. ♂. (Long. 1 ½ lin.)

Stæg. in litt.

Hab. in Dania, e qua specimina 2 ad introspicienda misit D. *Stæger;* mihi in Svecia non obvia.

♂. *Ar. armatæ* valde similis, sed nonnihil minor et maris oculis minus arcte connexis, pedumque intermediorum vestitu et armatura diversa, certe distincta. Oculi magni, per orbitas tenues albidas et lineam frontalem omnium angustissimam nigram anguste remoti. Frons non prominens. Antennæ epistomate infra oculos non descendente paullo breviores, nigræ, seta nuda, basi leniter incrassata. Thorax niger, subnitens. Scutellum concolor. Abdomen oblongum, depressum, pilosum, transversim subimpressum, totum glaucum, opacum, in dorso macula media majuscula trigona nigra in singulo segmentorum 1, 2 et 3, omnino ut in *Ar. armata.* Anus parvus, niger, nitens. Alæ sordide hyalinæ, basi leniter fuscanæ. Nervi: longitudinales 3 et 4 exacte paralleli, transversi subapproximati, horum ordinarius subperpendicularis, rectus. Costa nuda; spinula nulla. Squamæ minusculæ, albæ, valvula superiori vix exacte inferiorem tegente. Halteres pallidi. Pedes nigri, anteriorum tibiis basi anguste testaceis; intermedii femoribus modice crassis, apice paullo coarctatis, subtus sat longe pilosis (præsertim ad medium), versus apicem mox ante angustitatem fasciculis duobus brevibus pilorum nigrorum denticulos 2 breves per longitudinem modice remotos (pro re-

ceptione tuberculi tibiæ) mentientibus; tibiis ejusdem paris mediocriter angustis, basi leniter coarctatis, intus a medio ad apicem breviter crinitis, apice calcaratis, versus basin munitis tuberculo parvo nigro, quod, tibia femori adplicata, interstitio fasciculorum pilorum femoralium opponitur; postici: femoribus modice pilosis, tibiis extus parce spinulosis, intus nudis. Pulvilli parvi, albidi.

178. *Ar. sociella* Stæg. ♂♀. 4. p. 1564.

179. *Ar. longula* Fall. ♂♀. 4. p. 1565.

Obs. Specimina mascula e Melita obtinui, quæ non nisi nervis transversis haud infuscatis a nostris differunt.

180. *Ar. antiqua* Meig. ♂♀. 4. p. 1566. — *Anthomyia Ceparum* Bouché.

In Scania ad prædium Elmhult Jul. 1844 plures mares collegit D. *Dahlbom;* ad Lund certis annis frequens.

Obs. Larvæ apodæ, lineas 2 longæ, cylindricæ, nudæ, glabræ, albæ, in Allio Cepa in hortis Lundensibus certis annis sat copiose obveniunt. Tales larvas d. 9 Sept. 1845 præsertim abundantes observavi. Pupas in vitreo terra repleto conservatas 14 Jun. 1846 exclusas obtinui. — (C:fr *Köllar* a Treatise on Insects. London 1840 p. 157.)

181. *Ar. arrogans* Zett. ♀. 4. p. 1567.

182. *Ar. melanogaster* Zett. ♀. 4. p. 1568.

183. *Ar. seminitida* Zett. ♀. 4. p. 1568.

184. *Ar. conifrons* Zett. ♂♀. 4. p. 1569.

185. *Ar. octoguttata* Zett. ♂. 4. p. 1570.

186. *Ar. obtusa* Zett. ♂. 4. p. 1571.

187. *Ar. longicornis* Zett. ♂♀. 4. p. 1572.

188. *Ar. canicularis* Linn. ♂♀. 4. p. 1473. — *Philinta* ead. Rob. Desv. n:o 1.

Obs. E Melita a D. *Schembri* 1846 communicata. Sub nomine: *Rhizomyia canicularis*, mas qnaque a D. *Löw* e Sicilia eodem ano missus.

189. *Ar. scalaris* Fabr. ♂♀. 4 p. 1575.

190. *Ar. manicata* Meig. ♂♀. 4. p. 1576.

191. *Ar. incisurata* Zett. ♂♀. 4. p. 1577.

(Etiam e Melita ♂ a D. *Schembri* transmissus).

192. *Ar. lugens* Zett. ♂. 4. p. 1578.

193. *Ar. cristata* Zett. ♂♀. 4. p. 1579.

Femina quoque in Smolandia ad Skärsjö inventa.

Obs. Var. ♀, qualis in Blekingia capta et sub *Ar. cristata* p. 1580 descripta, etiam ad Lund mense Majo 1845 deprehensa fuit; sed vix huc pertinet. Mas desideratur pro specie rite determinanda.

194. *Ar. mutica* Zett. ♂♀. 4. p. 1580.

♂ in Scania iterum 1846 a D. *Sjörèn* lectus. (Etiam e Glogavia utrumque sexum obtinui.)

195. *Ar. albipuncta* Zett. ♂♀. 4. p. 1581.

196. *Ar. Radicum* Linn. ♂♀. 4. p. 1582. — *Egle vulgaris* Rob. Desv. n:o 1?

(Ad Elisenheyne prope Gryphiam Sept. a D. *Dahlbom* lecta; etiam sub nomine: *Anthomyia radicum*, in utroque sexu e Sicilia 1846 a D. *Löw* communicata).

197. *Ar. riparia* Fall. ♂♀. 4. p. 1584.

198. *Ar. infirma* Meig.? ♂. 4. p. 1585.

199. *Ar. glaucescens* Zett. ♀. (forte quoque ♂) 4. p. 1586.

200. *Ar. lacteipennis* Zett. ♀. 4. p. 1586.

201. *Ar. foveolata* Zett. ♂. 4. p. 1587.

202. *Ar. perpendicularis* Zett. ♂♀. 4. p. 1588.

203. *Ar. veterrima* Zett. ♀. 4. p. 1588.

204. *Ar. barbiventris* Bohem. ♂. 4. p. 1589.

Obs. Est tantum mas *Ar. lucidiventris* n:o 168, volente *Wahlberg*.

205. *Ar. triquetra* Wied. ♂♀. 4. p. 1590. — Stæg. in Bohemans Zool. Årsberättelse 1843—1844. p. 192.

206. *Ar. Macqvarti* Stæg. ♂♀. 4. p. 1592. — *Azeliæ* spec. Rob. Desv.

207. *Ar. Stægeri* Zett. ♂. 4. p. 1592.

207—208. *Ar. nudipes:* Zett. n. sp.: antennis longiusculis, abdomine cinereo, singulo segmento punctis 3 nigris; nervis transversis approximatis, ordinario perpendiculari, recto; pedibus nigris; *mas:* oculis arcte cohærentibus, thorace atro, opaco, postice griseo, abdomine oblongo subcylindrico, punctis nigris majusculis, alis squamisque brunnescentibus, femoribus intermediis subtus in medio spinula unica, tibiis posticis nudis. ♂. (Long. 1 $\frac{3}{4}$ lin.)

Hab. in Dania, a Nobil. *Stæger* inventa mecumque in unico exemplo communicata.

♂. *Ar. Macqvarti* et *Stægeri* valde affinis et similis, sed forte paullo minor, et pedibus nigris, tibiis posticis omnino nudis (nec ciliatis, nec pilosis), sine dubio distincta. Pedes toti nigri; antici: femoribus postice pilosis, tibiis tarsisque nudis; intermediis: femoribus subtus pilis aliqvot tenuibus brevibusque vestitis et in medio setula unica distinctiori munitis, tibiis tarsisque nudis, illis apice subbicalcaratis; postici fere toti nudi et inermes, tantum femoribus versus apicem antice parce pilosulis et tibiis apice pauci-calcaratis. Reliqua ut in *Ar. Stægeri*.

208. *Ar. serena* Fall. ♂♀. 4. p. 1594.

Obs. Pedum maris intermediorum (nec "posticorum" ut in descriptione hujus speciei l. c. male legitur) femora subtus ciliata l. pilosa, tibiæ intus breviter puberulæ.

209. *Ar. lepida* Fall. ♂♀. 4. p. 1595.

210. *Ar. lugubrina* Zett. ♂♀. 4. p. 1596.

211. *Ar. inermella* Zett. ♀. 4. p. 1598.

Qvoque in Scania ♀ semel inventa.

212. *Ar. latifrons* Wahlb. ♀. 4. p. 1598.

213. *Ar. stigmatella* Zett. ♂. 4. p. 1599.

214. *Ar. Macula* Zett. ♂♀. 4. p. 1600.

Mas: (hactenus ignotus): niger, oculis cohærentibus, abdomine lineari, cinereo, linea dorsali nigra, in copula cum femina, quali l. c. descripta, in Svecia inferiori semel deprehensus.

♂. Oculi magni arcte contigui. Frons non prominula. Antennæ mediocres, nigræ, seta nuda, basi subincrassata. Epistoma breve, argenteum. Palpi nigri. Thorax et scutellum nigra subopaca. Alæ non latæ, cinereo-hyalinæ. Nervi: costalis niger, longitudinales 3 et 4 modice remoti, paralleli, transversi modice distantes, horum ordinarius subperpendicularis rectus, paullo ante medium areæ insertus. Costa nuda, spinula nulla. Squamæ parvæ, albæ. Pedes picei, parce setulosi. — *Ariciæ stigmatellæ* valde similis. — *Femina:* in illæsis individuis, quæ in Svecia inferiori inveni, corpus subflavido-cinereum, abdomen vestigio lineolæ dorsalis obscuræ habent. Alæ subflavescenti-hyalinæ. In Gottlandia etiam ad Stenkyrka in prato feminam 1841 legi. Qvoque in Scania ad Esperöd in paroecia Tranås parce.

215. *Ar. parvicornis* Zett. ♀. 4. p. 1600.

216. *Ar. albicincta* Fall. ♂♀. 4. p. 1601.

217. *Ar. aërea* Fall. ♂♀. 4. p. 1602.

(Etiam ad Gryphiam Jul. 1845 a D. *Dahlbom* reperta.)

218. *Ar. globuliventris* Zett. ♀. 4. p. 1603.

219. *Ar. parvula* Fall. ♂♀. 4. p. 1604.

(Feminæ quoque ad Moabite a D. *Dahlbom* collectæ.)

Obs. Macula frontalis parva flava supra antennas in ♀ interdum adest.

220. *Ar. ærea* Meig. ♂♀. 4. p. 1605.

221. *Ar. aterrima* Meig. ♂♀. 4. p. 1606.

222. *Ar. melanaria* Zett. ♀. 4. p. 1607.

223. *Ar. agromyzina* Fall. ♂♀. 4. p. 1608.

223—224. *Ar. albifrons:* antennis mediocribus cinerea, thorace immaculato, abdomine maculis 4 trigonis nigris; capite albido; alis hyalinis, nervis transversis in disco subapproximatis, perpendicularibus, rectis. ♂. (Long. vix 1 lin.)

Stæg. in litt. 29 Nov. 1848.

Hab. in Dania forte rarius; in Amager prope Hafniam d. 4 Jun. 1847 a D. *Stæger* detecta mihique in unico specimine communicata.

♂. Similis *Ar. agromyzinæ*, sed fronte alba, nec nigra, abdomine maculato, nervis transversis fere in medio, nec fere ante medium alæ subapproximatis etc., vere diversa. Affinis et similis quoque *Ar. triangulæ* et *scrupulosæ* n:o 92, sed magnitudine paullo minori, thorace immaculato etc. mox dignoscitur. Cinerea, opaca, modice setulosa. Frons lenissime prominula, lata, parallela, alba. Antennæ epistomate paullo breviores, nigræ, seta nuda. Epistoma album, apice non reflexo. Palpi et proboscis nigra. Thorax et scutellum immaculata, puncto humerali certo situ albido. Abdomen ovatum, pilosulum, maculis 4 subtrigonis brunneo-nigris in segmentis 2:do et 3:tio. Nervi: 3 et 4 longitudinales subparalleli; transversus ordinarius fere nonnihil pone medium alæ ductus, unde 4:tus longitudinalis infra transversum paullulum brevior, quam in *Ar. agromyzina*, deprehenditur. Costa nuda; spinula nulla. Squamæ albæ. Halteres pallidi. Pedes nigri, villosuli. Pulvilli minuti, albidi.

224. *Ar. Trollii* Zett. ♂♀. 4. p. 1609.

225. *Ar. albitarsis* Zett. ♂♀. 4. p. 1610.

225—226. *Ar. umbripennis* Zett. n. sp.: antennis mediocribus cinerea, opaca, fronte nigricante, macula supra antennas pallide flava, orbita oculorum et epistomate albis; thoracis abdominisque linea dorsali fusca; alis fuscanis, basi subhyalinis, nervis transversis remotis, perpendicularibus, rectis. ♂♀. (Long. circit. 1 lin.)

Hab. in Scandinavia rarissime; mas a D. *Andersson* in Lappon. Lulensi inventus et mecum communicatus. (Uterque sexus e Glogavia a D. *Zeller* missus.)

♂♀. Per alas præsertim extrorsum perspicue fuscas sine mora ab affinibus dignota. Similis *Ar. albitarsi*, et ad eandem subdivisionem, sub qua ea militat, ob oculos in utroque sexu remotos, numeranda; sed præter fuscedinem alarum differt etiam abunde thorace abdomineque linea pictis, nervis transversis nonnihil remotioribus, ut et tarsis totis nigris. Frons vix prominens, vitta media in utroque sexu modice lata, cinereo-nigricante, antice macula pallide flavo-rufa. Orbitæ oculorum modice latæ, albæ. Antennæ mediocres l. longiusculæ, nigræ, basi superne albidæ, seta capillari puberula, basi parum incrassata. Os haud prominens. Palpi leniter clavati, et proboscis, nigra. Oculi in utroque sexu sat late distantes, mediocres, subrotundati, nudi. Thorax cinereus, parce setosus, linea dorsali brunnea l. ferruginea, tenui, at satis perspicua. Scutellum cinereum. Abdomen cylindricum, parce pilosulum, cinereum, linea media subinterrupta nigricante. Anus in ♂ rotundatus, in ♀ subacutus. Alæ in utroque sexu longiusculæ, apice rotundatæ, angustatæ, totæ fuscanæ, basi sordide albohyalinæ. Nervi: longitudinales 3 et 4 paralleli, transversus ord. fere in medio l. mox ante medium insertus. Costa nuda; spinula minutissima. Squamæ parvæ, valvulis æqualibus, et halteres alba. Pedes simplices, nigri, parce setulosi.

226. *Ar. albula* Fall. (non Meig.) ♂♀. 4. p. 1610.
227. *Ar. cinerella* Fall. ♂♀. 4. 1611.

228. *Ar. humerella* Zett. ♂♀. 4. p. 1613.
229. *Ar. morionella* Zett. ♂. 4. p. 1615.
230. *Ar. frontella* Zett. ♂♀. 4. p. 1615.

Obs. Mas a n:o 234 *Ar. curvicauda* var. c., cui sat similis, oculis arctius cohærentibus præsertim differt.

231. *Ar. cordifrons* Zett. ♀. 4. p. 1616.
232. *Ar. mucronatella* Zett. ♀. 4. p. 1616.
233. *Ar. parva* Macqv. ♂♀. 4. p. 1617.

♂ quoque ad Åsele Lapponiæ Umensis rarissime captus.

Obs. Nervo transverso ordinario perpendiculari, nec subobliquo (in descriptione hujus speciei l. c. male legitur "recto"), præter alias notas ab *Ar. humerella* dignoscitur.

234. *Ar. curvicauda* Wahlb. ♂♀. 4. p. 1618.

Obs. 1. Nervus costalis breviter tantum ciliatus.

Obs. 2. Hujus var. c. ♂ cum *Ar. frontella* ♂ n:o 230, cui proxima, non confundenda. Oculos minus arcte connexos in *frontella* attente observes.

235. *Ar. remotella* Zett. ♂♀. 4. p. 1619.
236. *Ar. albidella* Zett. ♂♀. 4. p. 1620.

Obs. ♀ variat fronte antice vix vestigio maculæ flavæ; in Jemtlandia ad diversorium Skalstugan cum variet. genuina rarissime.

237. *Ar. confidella* Zett. ♀. 4. p. 1621.
238. *Ar. dissitinervis* Zett. ♀. 4. p. 1621.
239. *Ar. longisquama* Zett. ♀. 4. p. 1622.
240. *Ar. pilifera* Zett. ♂. 4. p. 1623.
241. *Ar. alpica* Zett. ♂♀. 4. p. 1624.
242. *Ar. atomaria* Zett. ♂♀. 4. p. 1624.

♀ alis subhyalinis e Svecia boreali (Lapponia Lulensi?) a D. *Andersson* communicata.

---

135. ANTHOMYZA Zett. (*Anthomyia* Auct.)

Obs. Specierum Conspectum vide p. 1627—1636.

1. *Anth. errans* Meig. ♂♀. 4. p. 1636. — *Trennia nigricornis* Rob. Desv. n:o 1.

2. *Anth. signata* Meig. ♂♀. 4. p. 1638. — *Phaonia vagatoria* Rob Desv. n:o 2?

3. *Anth. vagans* Fall. ♂♀. 4. p. 1638.

4. *Anth. perdita* Meig. ♂♀. 4. p. 1639.

(Etiam Aboæ Finlandiæ mas a D. *Nylander* captus.)

5. *Anth. scutellata* Zett. ♂. 4. p. 1640.

6. *Anth. spinicosta* Zett. ♀ (♂ Wahlb.). 4. p. 1641.

7. *Anth. læta* Fall. ♂♀. 4. p. 1642. — *Euphemia pratensis* Rob. Desv. n:o 1.

8. *Anth. Angelicæ* Fall. ♂♀. 4. p. 1643.

9. *Anth. tincta* Zett. ♂. 4. p. 1644.

10. *Anth. coarctata* Fall. ♂♀. 4. p. 1644.

Obs. Var. b. ♂. seu *A. leptogaster:* abdomine grisescenti-cinereo, linea dorsali angusta, interrupta, nigra, interdum minus perspicua.

11. *Anth. nigricolor* Fall. ♂. 4. p. 1646.

12. *Anth. fuscipes* Zett. ♀. 4. p. 1647.

13. *Anth. ignobilis* Zett. ♀. 4. p. 1647.

14. *Anth. subtessellata* Zett. ♀. 4. p. 1648.

15. *Anth. immatura* Zett. ♀. 4. p. 1649.

16. *Anth. vittipes* Wahlb. ♀. 4. p. 1649.

16—17. *Anth. lacteipalpis* Zett. n. sp.: fronte vix

prominente cinerea, antennis longiusculis tarsisque nigris, palpis albis; thoracis lineis 3 obsoletissimis abdominisque maculis parum conspiciendis, læte brunneis; femoribus cinerascentibus, genibus tibiisque testaceis; alis hyalinis, nervis transversis rectis, squamis albis; *femina:* oculis late remotis, vitta frontali bifida dilute fusca. ♀. (Long. fere 2 lin.)

Hab. in Scandinavia meridionali rarissime, mibi non obvia, sed ad Hafniam in Amager 27 Jun. 1837 a D. *Stæger* detecta mecumque in unico individuo pro descriptione communicata.

♀. Corpore læte cinereo, subimmaculato, antennis longiusculis subangustatis nigris, palpis albis, etc., ab affinibus vere distincta. Magnitudo et statura *Anth. coarctatæ* n:o 10, et eidem subdivisioni (litt. *α.* signatæ) subjecta. — Tota opaca. Caput albido-cinereum. Frons lata, haud l. parum prominula, modice setosa, vitta ab antennis ad verticem ducta, didyma, fusca, obsoleta. Antennæ epistomate paullo tantum breviores, angustæ, nigræ, seta nigra, in medio longe et distincte plumata. Epistoma perpendiculare (in specimine viso superne ad latera vi leniter impressum, unde frons forsan justo minus prominens videtur), ore parum reflexo. Palpi leniter clavati, albi. Proboscis nigra. Oculi mediocres, suboblongi, nudi. Thorax griseo-cinereus, modice setosus, dorso lineis 3 tenuibus et valde obsoletis, ferrugineis. Scutellum cinereum. Abdomen ovale, subdepressum, nigro-puberulum, postice parce setosum, dorso rudimento (in singulo segmento) macularum 2 trigonarum dilute fuscarum. Alæ totæ hyalinæ. Nervi: longitudinales 3 et 4 paralleli, transversus ord. nonnihil ante medium areæ insertus, subperpendicularis, exacte rectus. Costa omnino nuda; spinula nulla. Squamæ mediocres, albæ, valvula superiori inferiorem fere ad dimidium tegente. Halteres testacei Pedes cum coxis nigro-cinerascentes, genibus præsertim intermediis, tibiisque omnibus et totis flavo-testa-

ceis, tarsis nigris. Femora antica postice, postica antice parce setulosa; intermedia antice versus basin, et postice versus apicem setis aliqvot munita. Tibiæ (præter calcaria apicalia) anticæ inermes, intermediæ setula in medio minuta, posticæ extus in medio uni-, ad apicem bi-spinulosæ. Pulvilli parvi.

17. *Anth. urbana* Meig. ♂♀. 4. p. 1651. — *Fellæa fera* Rob. Desv. n:o 1.

18. *Anth. conica* Wied. ♂♀. 4. p. 1652.

Obs. 1. Magnitudinem majorem, colorem corporis jam cinereum, jam flavido-cinereum, frontem prominentem, alas basi squamasque totas flavicantes, nervum transv. ord. sat distincte inflexum, et tandem spinulam costæ præsentem, probe observes, ut hanc speciem ab affinibus distingvas. (♀ ad Neuenkirchen in Megalopoli 20 Maj. 1842, et ad Gryphiam 12 Jun. 1843, copiose, *Dahlbom.*)

Obs. 2. Varietatem b. p. 1653 ut distinctam speciem propono sub nomine:

18—19. *Anth. monticola* Zett. n. sp.: fronte prominente, corpore cinereo, antennis, thoracis lineis 4 lateralibus latioribus, abdominisque conici unica dorsali obsoleta, pedibusque, nigris, tibiis testaceis; alis subhyalinis, nervo transv. ord. subobliquo, subinflexo, squamis albis; *mas:* oculis cohærentibus, ano appendiculato; *femina:* vitta frontali latiuscula, nigra. ♂♀. (Long. $2\frac{1}{2}$—$2\frac{3}{4}$ lin.)

Anth. conica var. b. Zett. Dipt. Scand. 4. h. 1653. ♂♀.

Hab. præcipue in Sveciæ et Norwegiæ borealis alpestribus, 24 Jun.—15 Aug., passim, in copula quoque deprehensa; scilicet in Ostrogothia ad villam Lärketorp rarius; in Jemtlandia ad radices alpium Åreskutan et

Mulfjellen frequens, usque ad Skalstugan procedens; in Norwegia ad diversoria Suul et Oestre Näs Værdaliæ parce; in alpium Tornensium jugo, in ipsa nive, in copula semel deprehensa; ad Lycksele Lapponiæ Umensis in unico specimine femineo lecta; in Lapponia Lulensi uterque sexus, *Boheman* et *Andersson*. (Ad Hamburgum femina a D. *Dahlbom* quoque capta.)

♂♀. Ab *Anth. conica*, cui similis, differt: magnitudine paullo, interdum duplo minore, fronte nonnihil minus prominente, colore corporis semper cinereo, abdominis linea dorsali tenuiori, alis magis hyalinis, basi parum flavidis, nervo transv. ord. paullo minus obliquo minusque inflexo, et denique squamis albis, nec flavidis. Accedit etiam *Anth. operosæ* (22) et *coronatæ* (23), sed ab illa, qualis ♀ in Dipt. Scand. l. c. descripta exstet, magnitudine majori, ab hac thoracis lineis dorsalibus 2 intermediis simplicibus, nec triplicatis, abdomine (♀) angustiori, et ab ambabus vitta frontali (♀) tota nigra absque macula antica flava, recedere videtur. — Opaca. Caput argenteo-micans. Antennæ mediocres, nigræ, seta longe plumata. Os parum prominens. Palpi et proboscis nigra. Thoracis lineæ 4 nigricantes, laterales obsoletæ, mediæ tenues. Abdomen conicum, modice setosum, cinereum, linea dorsali nigra vix nisi in segmentis 1, 2 et 3 perspicienda. Alæ hyalinæ, basi subpallescentes. Nervi: longitudinales 3 et 4 versus apicem leniter subdivergentes, transversus ord. subobliquus et modice flexus. Costa brevissime subciliata; spinula parva. Squamæ mediocres l. minusculæ: totæ albæ, valvula superiori inferiorem non tegente. Halteres flavi. Pedes nigricantes, spinulosi, tibiis testaceis. *Mas:* oculi contigui, tantum per orbitas tenuissimas albas angustissime remoti. Frons supra antennas triangulo nigro. Anus inflexus niger. *Femina:* oculi modice late remoti, vitta frontali mediocri, nigra. Abdominis apex acutiusculus.

18—19. *Anth. inquirenda* Zett. n. sp.: fronte le-

niter prominente, corpore flavo-cinereo, antennis, thoracis lineis subquatuor, abdominisque conici unica dorsali tenui, pedibusque, nigris, tibiis testaceis; macula supra antennas obscure lutea; alis subhyalinis, nervo transv. ordin. subobliquo, subflexo, squamis albis; *mas:* oculis cohærentibus, ano appendiculato; *femina:* vitta frontali latiuscula, nigra, ano simplici. ♂♀. (Long. fere 3 lin.)

Hab. in Scandinavia, ut videtur rarissime, mihi in Svecia non obvia, e Dania specimina duo masculum et femineum ad introspicienda a D. *Stæger* nuper communicata.

♂♀. *Anth. monticolæ* ut ovum ovo simillimum ejusdemque subdivisionis, nec differt ab illa nisi corpore et præsertim abdomine distincte flavido-cinereo, macula supra antennas in utroque sexu obscure lutea, ut et loco natali alio.

Obs. Meigeni *Anth. distinctam* (5. 101. 31) ♂, aut *Anth. intermediam* (5. 102. 34) ♂♀ sub nostra *Anth. inquirenda* latere facile crediderim, nisi earum prior "thoracis vittis 3," nec 4, et posterior "colore corporis schistaceo," nec cinereoflavicante, atque ambæ "squamis sub alis flavidis," nec albis, l. l. c. c. describerentur.

18—19. *Anth. æqvalis* Meig. Zett. Dipt. Scand. 5. p. 1791. n:o 175. ♀.

19. *Anth. dubitata* Fall. ♂♀. 4. p. 1654.

20. *Anth. strigosa* Fabr. ♂♀. 4. p. 1654.

(Circa Gryphiam Jul. frequenter occurrit, *Dahlbom.* Sub nomine: — *Hylemyia strigosa*, ♂♀ etiam e Sicilia a D. *Löw* 1846 missi.)

21. *Anth. nigrimana* Meig. ♂. 4. p. 1656.

22. *Anth. operosa* Meig. ♂. 4. p. 1657.

23. *Anth. coronata* Zett. ♀. 4. p. 1658.

In Scania qvoque ad Esperöd 12—19 Aug. 1846, Prof. *Wahlberg.*

24. *Anth. linogrisea* Meig.? ♂♀. 4. p. 1659.

25. *Anth. vetula* Zett. ♂. 4. p. 1659.

26. *Anth. brunneifrons* Zett. ♀. 4. p. 1660.

27. *Anth. Qvadrum* Fabr. (*Musc. subpuncta* Fall.) ♂♀. 4. p. 1661.

28. *Anth. anceps* Zett. (*Musc. quadrum* Fall., vix Fabr. — *Musc. tigrina* Fabr. ♀. var. — *Caricea communis* Rob. Desv. n:o 2?) ♂♀. 4. p. 1663.

(♀ Stetinum 23. Jul. 1845 freq., *Dahlbom.*)

29. *Anth. depuncta* Fall. ♂♀. 4. p. 1664.

30. *Anth. fuscata* Fall. ♂♀. 4. p. 1665. — Hoffmeister, Ent. Zeit. 1844. n:o 10. p. 362.

31. *Anth. magnicornis* Zett. ♂. 4. p. 1666.

32. *Anth. flavo-tibiella* Zett. ♀. 4. p. 1667.

33. *Anth. Troglodytes* Zett. ♂♀. 4. p. 1668.

34. *Anth. vilis* Zett. ♀. 4. p. 1669.

35. *Anth. consimilis* Fall. ♂♀. 4. p. 1669.

36. *Anth. pertusa* Meig.? ♂♀. 4. p. 1671. — An *Helina euphemoides?* Rob. Desv. n:o 1.

37. *Anth. fratercula* Zett. ♂♀. 4. p. 1672.

38. *Anth. binotata* Zett. ♂♀. 4. p. 1672.

39. *Anth. sororia* Zett. ♀. 4. p. 1673.

40. *Anth. consors* Zett. ♀. (etiam ♂?) 4. p. 1674.

Obs. Individuum masculum e Dania mihi pro comparatione mutuo misit D. *Stæger*, qui putat illud esse marem *A. consortis.* A femina descripta, cui de cetero similis, fronte vix prominente, oculis majoribus, sat arcte in medio frontis cohærentibus per lineam orbitalem tenuissimam albam tantum angustissime omnium disjunctis (nota sexus), thoracis vittis nigris (nec lineis brunneis) latioribus in fundo paullo obscuro

minus determinatis, ut et abdomine breviori, nec oblongo (nota sexus solita), recedit. Puncta abdominis majuscula rotunda in hac specie probe observanda, ut illam a quibusdam affinibus ex. gr. *Anth. consimili* (35), *pertusa* (36), etc. maculis subtrigonis ornatis, distingves.

41. *Anth. protuberans* Zett. ♂♀. 4. p. 1675.
42. *Anth. lineatipes* Zett. ♀. 4. p. 1676.
43. *Anth. apicalis* Zett. ♀. 4. p. 1677.
44. *Anth. cineraria* Zett. ♀. 4. p. 1677.
45. *Anth. obscuripes* Zett. ♀. 4. p. 1678.
♀ etiam in Ostrogothia semel inventa.
46. *Anth. pallipalpis* Zett. ♀. (et ♂). 4. p. 1678.
47. *Anth. Sundewalli* Zett. ♂♀. 4. p. 1680.
48. *Anth. socia* Fall. ♂♀. 4. p. 1680.
49. *Anth. grandæva* Zett. ♀. 4. p. 1681.
50. *Anth. deserta* Zett. ♂. 4. p. 1682.
51. *Anth. denudata* Zett. ♂. 4. p. 1683.
52. *Anth. socculata* Zett. ♂. 4. p. 1683.
53. *Anth. verticella* Zett. ♀. 4. p. 1684.
54. *Anth. frigida* Zett. ♂. 4. p. 1685.
55. *Anth. rugulosa* Zett. ♀. 4. p. 1686.
56. *Anth. fuscula* Fall. ♂♀. 4. p. 1686.

Mas: Abdomen oblongo-ellipticum, obscure cinereum, opacum, linea dorsali interrupta, nigra; apice setulosum. Alæ sordide hyalinæ, nervo transv. ord. subrecto l. leniter subflexo. Squamæ mediocres l. parvæ, valvula superiori inferiorem vix tegente. Pedes pilosi, tibiis anticis subinermibus, posticis parce setulosis. Femora intermedia subtus præsertim pone medium dense ciliata. Tibiæ anteriores fere nigræ, posticæ fusco-testaceæ. Pulvilli omnes breves. Reliqua ut in descriptione l. c.

Fem.: Oculi magni subappropinquantes, per orbitas mediocres albidas et vittam frontalem subangustatam nigram non late remoti, paullo tamen magis quam in ♂ disjuncti. Abdomen o-

vato-oblongum, subnitens, obscure cinereum, subimmaculatum seu vix vestigio lineolæ dorsalis nigræ. Alæ purius hyalinæ. Squamæ parvæ, valvulis subæqualibus. Pedes parum pilosi, tibiis posticis setulosis. Femora intermedia subtus subnuda. Pulvilli omnes minuti. Cetera ut in mare.

Specimina plura utriusque sexus sub nomine: *A. fuscula*, communicavit Cel. *Stæger*, "e nido *Bombi* exclusa."

57. *Anth. atricolor* Fall. ♂. 4. p. 1687.

58. *Anth. depressiventris* Zett. ♂. 4. p. 1688.

59. *Anth. atritarsis* Zett. ♂. 4. p. 1689.

60. *Anth. tergina* Zett. ♀. 4. p. 1690.

61. *Anth. dorsalis* Zett. ♀. 4. p. 1690.

62. *Anth. hæmorrhoum* Zett. ♀. 4. p. 1691.

62--63. *Anth. dissimilipes* Zett n. sp.: fronte prominente, corpore griseo-cinereo, capite sordide albicante, antennis basi fronteque antice rufis; antennarum articulo ultimo palporumque apice nigris; alis hyalinis, nervo transv. ord. recto, costa subnuda, squamis parvis; *mas:* oculis subcohærentibus, thoracis vittis 3, abdominisque linearis depressi linea unica dorsali, nigris; *femina:* oculis late remotis, thoracis linea subunica dorsali brunnea; abdomine late lanceolato, subdepresso. ♂♀. (Long. 2 lin.)

Hab. in Dania, D. *Stæger*, qui exempla utriusque sexus mihi benigne communicavit.

♂♀. Magnitudo, statura et magna affinitas *Anth. hæmorrhoum.* Opaca. Caput sordide albidum. Frons prominula. Epistoma subperpendiculare, infra oculos nudos paullo descendens, apice leniter reflexum. Antennæ epistomate paullo breviores, latiusculæ, nigræ, basi ferruginantes, seta vix nisi nuda, basi subincrassata. Palpi tenues, flavi, apice nonnihil crassiores,

nigri. Proboscis obscura. Thorax setulosus. Abdomen limbo setulosum. Alæ hyalinæ. Nervi: longitudinales 3 et 4 subparalleli l. versus apicem lenissime subdivergentes; transversus ord. subperpendicularis, in ♂ levissime subflexus, in ♀ rectissimus, in utroque sexu nonnihil tantum ante medium areæ insertus, costa subnuda l. brevissime subciliata; spinula minuta. Squamæ parvæ, albæ, valvula superiori inferiorem tegente. Halteres flavi. Pedes mediocres, simplices, parce pilosi et setulosi.

Mas: Oculi mediocres, oblongi, subcontigui l. per orbitas tenuissimas albidas et lineolam frontalem tenuissimam luteam anguste distantes. Frons rufo-flava, triangulo supra antennas modice angusto, fulvo. Thorax griseus, vittis 3 latiusculis nigricantibus, postice abbreviatis. Scutellum griseum, immaculatum. Abdomen lineare, subdepressum, griseum, lineola dorsali tenui subinterrupta nigra obsoleta, apice (in segmento 5:to) evanescente. Anus inflexus, griseus. Alæ basi subfuscanæ. Pedes nigri, trochanteribus intermediis, geniculis summis tibiisque omnibus ferrugineis. Pulvilli majusculi, albi.

Fem.: Lætior. Oculi minores, ovati, per orbitas modice latas, griseo-albidas et vittam frontalem latam fulvo-luteam sat late distantes. Macula verticis trigona, grisea. Antennæ basi lætius rufæ. Thorax læte griseus, undique setosus, sed vix nisi linea unica dorsali dilute brunnea pictus. Scutellum læte griseum, immaculatum. Abdomen oblongum, antice posticeque angustius, supra subdepressum, immaculatum, summo apice anguste testaceo. Alæ basi flavidæ. Pedes flavi, coxis griseis, tarsis nigris. Femora antica superne fusca. — Ab *Anth. hæmorrhoum* dignoscitur: colore corporis læte griseo, nec obscure l. glauco-cinereo, segmento abdominis 5:to summo tantum apice indeterminate pallescente, nec segmento eodem toto flavo-testaceo, etc.

63. *Anth. palliceps* Zett. ♀. 4. p. 1692.

64. *Anth. niveipennis* Zett. ♀. 4. p. 1692.

64—65. *Anth. albatella* Zett. n. sp.: fronte lata le-

niter subprominente; corpore ovato cano, capite subargenteo; antennis, palpis, proboscide pedibusque nigris, tibiis pallescentibus; alis albidis, nervis transversis subapproximatis rectis, costa nuda, squamis mediocribus halteribusque niveis. ♂. (Long. vix ultra ½ lin.)

Hab. in Gottlandia rarissime, in paroecia Fardhem 3 Jul. 1841 unicum individuum inveni.

♂. Inter minutissimas vel forte minima generis. Habitus *Milichiæ*, sed antennis longiusculis, nec rotundatis, etc., mox dignota. Tota opaca, cana l. albida. Frons lata alba utrinque setulosa, antice vix l. leniter tantum prominula. Antennæ longiusculæ, epistomate tamen paullo breviores, angustatæ, nigræ, angulo apicali superne prominulo; seta nuda, basi parum incrassata. Epistoma subperpendiculare, infra oculos nonnihil descendens, argenteo-micans, mystacibus tenuissimis. Palpi filiformes et proboscis nigra. Oculi mediocres, ovato-rotundati, late distantes, nudi. Thorax setulosus. Scutellum apice setis 2 longioribus. Abdomen breviter ovatum, subdepressum, canum, immaculatum, lateribus et apice pilosulum, ano rotundato, inflexo, cano. Alæ abdomine duplo longiores, albo-hyalinæ, basi albæ. Nervi: longitudinales 3 et 4 paralleli, horum 4:tus nonnihil pone apicem excurrens; transversi subapproximati, rectissimi, horum ordinarius subperpendicularis, a margine alæ interiori sat remotus, distinte ante medium areæ insertus; secundarius albus et auxiliaris distantes. Costa nuda; spinula nulla. Squamæ proportione majusculæ et halteres nudi, nivea. Pedes simplices, pubescentes, parce pilosuli, sed vix spinulosi præter calcaria ordinaria in apice tibiarum; cinereo-nigri, coxis præsertim anticis cinereis. Tibiæ anticæ et posticæ basi, intermediæque totæ, flavo-testacea. Tarsi omnes nigri. Pulvilli minusculi albi.

Obs. Speciem hanc inter *Anthomyzides* pygmæam fusius descripsi, ne cum *Agromyzidibus* quibusdam habitu subsimilis confundatur.

65. *Anth. erratica* Fall. ♂♀. 4. p. 1693. — *Phaonia viarum* Rob. Desv. n:o 1.

65—66. *Anth. erythrostoma* Zett. n. sp.: cinerea, antennarum articulo ultimo, thoracis lineis 4, abdominisque maculis irregularibus, nigro fuscis; antennis basi, peristomio, scutello pedibusque rufescentibus, tarsis nigris; alis subhyalinis, nervo transv. ordinario subinflexo, infuscato, squamis albidis; *mas:* oculis cohærentibus. ♂. (Long. fere 3 lin.)

Hab. in Ostrogothia rarissime; unicum masculum sub indicio: "nov. spec.", mihi communicavit Prof. *Wahlberg*.

♂. Similis et affinis *Anth. erraticæ* (65) et 4-*notatæ* (66), sed differt ab illa magnitudine saltem duplo minore, nervo transv. ord. minus obliquo, squamis albidis, nec fuscanis, ab hac, cui magnitudine æqviparat, oculis magis cohærentibus, et ab ambabus epistomate inferne rufescente et signaturis abdominis fuscis aliter dispositis. — Ovata, opaca, cinerea, setosa. Caput canum. Facies subprominens. Oculi magni, breviter pubescentes, superne contigui, orbitis tantum tenuissimis albidis angustissime disjuncti. Triangulus frontis supra antennas canus. Antennæ ut in *Anth. erratica*. Seta longe plumata. Epistoma infra oculos descendens, inferne rufescens, genis cinereis. Palpi nigri, basi ferruginei. Proboscis brunnea. Thoracis vittæ fuscæ latiusculæ interruptæ. Scutellum rufescens, basi indeterminate cinerascens. Abdomen ovatum, setulosum, griseo-cinereum, certo situ maculis paucis irregularibus fuscescentibus submarmoratum, alio situ vitta dorsali latiuscula inæquali interrupta fusca, h. e. macula trigona fusca in singulo segmentorum 1, 2 et 3. Alæ subhyalinæ, nervis ut in *Anth. 4-notata* (n:o 66) directis, transversis distincte infuscatis. Costa nuda; spinula nulla. Squamæ mediocres, albæ, valvula superiori inferiorem ad dimidium tegente.

Halteres pallidi. Pedes cum coxis toti flavo-ferruginei, pilosi, tibiis spinulosis. Tarsi toti nigri. Pulvilli majusculi, albi.

66. *Anth. 4-notata* Meig.? ♂♀. 4. p. 1694.

67. *Anth. basalis* Zett. ♂♀. 4. 1695.

(Qvoque ad Stetinum 23 Jul. 1845 ♀ lecta a *Dahlbom.*)

68. *Anth. pagana* Fabr. ♂♀. 4. p. 1696. — *Mydœa scutellaris* Rob. Desv. n:o 5., teste *Macqvart.*

69. *Anth. impuncta* Fall. ♂♀. 4. p. 1698.

Obs. A duabus sequentibus (*A. demigrante* et *modesta*) optime et cito dignoscitur antennarum seta breviter tantum plumata, quæ in his longius plumata deprehenditur. Abdomen immaculatum, sed variat mas aliquoties abdomine vestigio macularum 2 et 2 subtrigonarum aut subrotundarum fuscarum in segmentis basalibus.

70. *Anth. demigrans* Zett. ♂♀. 4. p. 1699.

Obs. ♀ hujus a ♀ *A. impunctatæ* antennis longe plumatis distincta, in Scania ad Esperöd reperta.

71. *Anth. modesta* Meig. ♂♀. 4. p. 1699.

Uterque sexus etiam in Scania ad Esperöd rarius visus.

72. *Anth. vittifera* Zett. ♂. 4. p. 1700.

73. *Anth. detrita* Zett. ♀. 4. p. 1700.

74. *Anth. olivacea* Zett. ♀. 4. p. 1701.

75. *Anth. præpotens* Wied. ♂♀. 4. p. 1701.

76. *Anth. ferrugineo-vittata* Zett. ♀. 4. p. 1703.

77. *Anth. conformis* Zett. ♀. 4. p. 1704.

77—78. *Anth. Hyoscyami* Meig. Zett. Dipt. Scand. 5. p. 1791. n:o 176.

78. *Anth. calceolata* Zett. ♀ (etiam ♂). 4. p. 1704.

79. *Anth. laticornis* Fall. ♀. 4. p. 1705.

80. *Anth. deprimata* Zett. ♂♀. 4. p. 1706.
81. *Anth. flavipalpis* Zett. ♂. 4. p. 1707.
82. *Anth. mimula* Zett. ♂. 4. p. 1707.
83. *Anth. maculipes* Zett. 4. p. 1708.

Obs. Ut hæc species, cujus *mas* nunc quoque detectus, ab aliis affinibus certius distingvatur, diagnosis et descriptio ita exponantur:

Anth. maculipes; fronte subprominente cinerascens, capite ochraceo; thorace aut lineis 4 nigris et abdomine fusco-picto (♂), aut immaculato (♀); antennis mediocribus, palpis, femorum posteriorum macula apicali, tarsisque, nigris; pedibus flavis; alis hyalinis, basi subpallescentibus; *mas:* oculis subcohærentibus, abdomine lineari, depresso; *femina:* oculis modice remotis, abdomine oblongo-ovato, acuto. ♂♀. (Long. 2 lin.)

Zett. Dipt Scand. 4. 1708. 83. ♀.

Hab. in Scandinavia valde rara; feminam typicam in Jemtlandia boreali ad radicem alpis Åreskutan 24 Jun. 1840 in unico specimine deprehendi; utrumque sexum in Dania 6 Jun. 1747 invenit mihique sub nomine "*Anth. maculipes* Zett." communicavit D. *Stæger.*

♀. Specimen Jemtlandicum (forte juvenile). Canescenti-cinerea. Caput pallide flavum, antennis totis palpisque nigris. Alæ basi flavo-albidæ, nervis longit. 3 et 4 parallelis. Pedes pallide flavi, femoribus anticis superne, posterioribusque macula apicali nigro-brunneis. Tarsi omnes nigri. — Specimen Danicum (♀) etiam hujus videtur (forte maturius), sed differt capite pedibusque intensius flavis, subfulvescentibus, antennarum articulo 2:do palporumque ima basi ferrugineis, corpore magis griseo-cinereo, alis basi flavidis, parum albidis, nervis longit. 3 et 4 versus apicem leniter subdivergentibus. Pedes fulvo-flavi, ut in individuo Jemtlandico nigro-picti.

♂ (e Dania). Paullo obscurior. Caput luteum, albo-micans. Oculi magni, nudi, sat arcte contigui, triangulo ante antennas fulvescente. Antennæ totæ, et palpi subfiliformes, nigra. Seta nuda, basi leniter incrassata. Thorax obscure cinereus, lineis 4 nigris, postice abbreviatis. Scutellum cinereum. Abdomen lineare, depressum, cinereum, pilosulum, linea dorsali interrupta nigra. Anus parvus inflexus cinereus. Sub ventre ad apicem styli 2 breves, conici. Alæ lenissime fuscanæ, nervis longit. 3 et 4 parallelis. Squamæ sordide albidæ. Halteres flavi. Pedes flavo-lutei, setulosi, coxis saltem posterioribus obscure griseis. Femora antica fusca, posteriora apice sat late obscure brunnea. Tarsi omnes nigri. Pulvilli mediocres, albi.

Var. b. ♂ simillimus var. a. et differt tantum capite albicante; omnes nempe capitis partes, quæ in var. a. fulvescunt, in var. b. albescunt. E Dania a D. *Stæger* missus.

Obs. Exempla Danica a Jemtlandico paullo discrepant, ut e descriptione patet, tamen forte ad eandem speciem pertinent. Si vero distinctas efficerent, novam (specimina Danica comprehendentem), *Anthomyzam stigmatomæram* vocare voluissem. (C:fr *Anth. cingulipes* n:ris 97—98.)

83—84. *Anth. albi-basalis* Zett. n. sp.: fronte leniter prominente cinerascens, capite albicante; antennis mediocribus, palpis, thoracis lineis subquatuor abdominisque unica, tarsisque, nigris; alis hyalinis, basi squamisque albis; *mas:* oculis cohærentibus, abdomine ovato, convexo. ♂. (Long. 1 ¾ vel fere 2 lin.)

Hab. in jugo alpino Norwegiæ rarissime, nempe ad diversorium Suul Værdaliæ 14 Jul. 1840 unicum exemplar inveni.

♂. Per alas basi albas et abdomen ovatum convexum in hac subdivisione facile dignota. Oblongo-ovata, opaca, undique setulosa. Oculi magni, contigui, microscopice puberuli. Antennæ nigræ. Palpi subfiliformes, nigri. Thorax obscure cine-

reus, vittis subquatuor nigris. Scutellum cinereum. Abdomen ovatum, convexum, undique at præsertim posterius setulosum, totum flavido- vel griseo-cinereum, linea dorsali tenui nigra, vix ultra segmenta tria basalia continuata. Abdomen basi pro receptione scutelli exserti sat profunde excavatum. Anus parvus rotundatus inflexus cinereus. Alæ longiusculæ, subangustatæ, hyalinæ, nervis sordide pallescentibus; basi determinate albæ. Nervi: longitudinales 3 et 4 sat late distantes, subparalleli l. versus apicem vix divergentes; transversus ord. obliquus, rectus, distincte ante medium areæ ultimæ insertus. Costa brevissime subciliata: spinula minuta. Squamæ mediocres l. parvæ, albidæ, valvula superiori paullo ultra dimidium inferiorem tegente. Halteres albi. Pedes flavi, nigro-pilosi, tarsis nigris. Pulvilli non magni, albi.

84. *Anth. lunatifrons* Zett. ♀. 4. p. 1708.

85. *Anth. Salicis* Zett. ♂. 4. p. 1709.

86. *Anth. viduata* Zett. (*Musc. rufipes* Fall.) ♀. 4. p. 1710.

87. *Anth. punctiventris* Zett. ♂. 4. p. 1710.

88. *Anth. pubiseta* Zett. ♂. 4. p. 1711.

88—89. *Anth. separata* Meig.: fronte parum prominente, corpore flavo-cinereo, subimmaculato, capite albicante; thorace lineis 4 glaucescentibus; antennis elongatis, palpis tarsisque nigris; alis basi, squamisque totis, fulvo-flavis, nervo transv. ord. leniter flexo, infuscato; *mas:* oculis subcohærentibus; *femina:* oculis sat late distantibus. ♂♀. (Long. 3—3¼ lin.)

Meig. Dipt 5. 119. 62? ♂. — *Hylemyia* eadem Meig. Dipt. 7. 316. 69?

Hab. in Dania, ubi a D. *Stæger* deprehensa mihique ex utroque sexu communicata.

♂♀. Valde similis et affinis *Anth. pubisetæ* (n:o 88), sub quo nomine etiam a Cel. *Stæger* missa. Sed magnitudine paullo

majori, corpore magis flavo-cinereo, nec pure cinereo, thoracis lineis 4 glaucis (saltem in mortua), sat perspicuis, nec nigris et obsoletis, et tandem alis basi squamisque totis intensius flavis, fere ferrugineo-flavis, sine dubio distincta. Caput in ♂ argenteum, in ♀ albido-cinereum. Oculi maris magni, subcontigui, orbitis albis et lineola frontali nigra tenuissimis, angustissime disjuncti; feminæ majusculi, late distantes, nempe per frontem griseam macula didyma nigra inscriptam remoti. Antennarum seta in utroque sexu brevissime puberula. Abdomen in ♂ oblongum, subconvexum, apice obtusum; in ♀ ovatum, acutum. Alæ in utroque sexu sordide hyalinæ, basi ferruginantes. Nervi: longitudinales 3 et 4 versus apicem leniter subdivergentes; transversi infuscati, horum ordinarius leviter subinflexus. Squamæ mediocres l. majusculæ, fulvo-flavæ, valvula superiori inferiorem ad dimidium tegente. Halteres flavi. Pedes fulvo-flavi, setulosi, tarsis nigris. Pulvilli albi, in ♂ majusculi, in ♀ parvi.

Obs. Qvoniam seta antennarum in nostra brevissime tantum puberula exstat, nec breviter plumata, synonymon Meigeni dubius allegavi. Cetera optime quadrant.

89. *Anth. tigrina* Fabr. ♂♀. 4. p. 1712.

Obs. Tibiæ anticæ versus apicem annulo fusco ornatæ, quo etiam ab *Anth. meditata* n:o 92, ubi talis annulus in tibiis desideratur, dignoscitur. In fenestris mense Julio et Aug. mares sæpe quoque deprehenduntur.

90. *Anth. ciliatocosta* Zett. (an *Coenosia tigrina* Meig.?) ♂♀. 4. p. 1713.

91. *Anth. flavicornis* Fall. ♂ (an etiam ♀?) 4. p. 1714.

92. *Anth. meditata* Fall. ♂♀. 4. p. 1715.

93. *Anth. exsul* Zett. ♂. 4. p. 1716.

94. *Anth. nana* Zett. ♂♀. 4. p. 1716.

95. *Anth.* 6-*maculata* Meig. ♂♀. 4. p. 1717.

96. *Anth.* 6-*notata* Meig. ♂♀. 4. p. 1718.

97. *Anth. bilineella* Zett. ♂♀. 4. p. 1719.

97—98. *Anth. cingulipes* Zett. n. sp.: cinerea, capite albicante; antennis, femorum posteriorum macula apicali, tarsisque omnibus, nigris; thoracis lineis abdominisque punctis, obsoletis brunneis; pedibus flavis, femoribus anticis superne fuscis; alis hyalinis, squamis albis; *femina:* oculis modice remotis, vitta frontali nigra, abdomine sublanceolato. ♀. (Long. fere 1 ½ lin.)

Hab. in Lapponia Lulensi forte raro, mihi in unico exemplo a D. Doct. *Andersson* 1844 communicata.

♀. Similis *Anth. maculipedi* n:o 83, sed abdomine brunneo-punctato *magis cylindrico* ad sectionem 2:dam potius referri debere videtur. Forte præterea mas (hactenus ignotus) oculis remotis, nec contiguis, gaudet. — Griseo-cinerea, opaca. Frons parum prominens. Oculi mediocres l. majusculi, nudi, in fronte modice et paralleliter distantes, per orbitas non multo latas griseo-albidas, et vittam frontalem latiusculam nigram remoti. Antennæ longiusculæ (epistomate tamen paullo breviores), lineares, subangustatæ, ad apicem superne angulo acutiusculo; totæ nigræ, articulo 1:mo superne albicante. Seta tenuiter et brevissime pubescens, basi leniter incrassata. Epistoma perpendiculare, breviter infra oculos descendens, albo-argenteum. Os non reflexum. Palpi retracti et proboscis, nigra. Thorax setulosus, dorso lineis, ni fallor, tribus (forte quatuor, sed in thorace acu perforato pictura e parte læsa) dilute brunneis obsoletis. Scutellum cinereum. Abdomen oblongum, convexum, basi angustatum, apice acuminatum, totum griseo-cinereum, pubescens, parce pilosulum, dorso punctis 4 majusculis rotundis dilute brunneis obsoletis, in segmentis 2 et 3 locatis. An 2 puncta in segmento 4:to vi impresso quoque adsint, numerare non possum. Alæ cinereo-hyalinæ, radice sordide albidæ, apice rotundatæ. Nervi: longitudinales

3 et 4 subparalleli l. versus apicem lenissime tantum divergentes; transversi remoti, horum ordinarius nonnihil ante medium areæ insertus. Costa nuda; spinula nulla. Squamæ minusculæ, albæ. Halteres flavi. Pedes flavi, setulosi. Coxæ basi cinerascentes. Femora antica superne obscura; posteriora ad apicem superne macula majuscula nigra, annulum subtus abbreviatum formante. Tarsi omnes et toti nigri.

98. *Anth. geniculata* Fall. ♂♀. 4. p. 1720.

99. *Anth. pygmæa* Zett. ♂. 4. p. 1721.

Obs. Tarsi antici non toti nigri, sed flavi, articulis tantum 2 ultimis nigris, ut etiam rite observavit Cel. *Stæger.* Teste Eodem variat hæc species interdum femoribus posticis annulo femorum posticorum apicali nigro aut abbreviato, relicto tantum puncto fusco in latere inferiori, aut omnino deficiente. Posterior varietas *Anth. nigrifemori* (112) ♂ valde prope accedit.

100. *Anth. verna* Fabr. ♂♀. 4. p. 1721.

101. *Anth. lacteipennis* Zett. ♂♀. 4. p. 1722.

102. *Anth. intermedia* Fall. ♂♀. 4. p. 1723.

(♂♀ etiam circa Gryphiam Jul. 1845 freq., *Dahlbom.)*

103. *Anth. biocellata* Zett. ♀. 4. p. 1724.

104. *Anth. trilineella* Zett. ♀. 4. p. 1725.

Obs. Affinis *Anth. antennatæ* Stæg. n:o 117—118, sed major.

105. *Anth. means* Meig. ♂♀. 4. p. 1725. — *Limosia paludosa?* Rob. Desv. n:o 15.

(106. *Anth. albimana* Wahlb. ♂♀. 4. p. 1726.)

Obs. deleatur, nam ut in nota sub hac specie adjecta p. 1727 jam admonui, cum *Aricia albitarsi* identica est.

107. *Anth. Genarum* Zett. ♀. 4. p. 1727.

108. *Anth. fulvicornis* Zett. ♀ et ♂. 4. p. 1728.

Not. Observatio sub hac specie l. c. allata deleatur; etenim *mas* feminæ simillimus, tantum abdomine magis cylindrico, ano obtuso, tarsis posticis infuscatis discrepans, cum femina in graminosis ad ripas fluminum in Lapponia Lulensi ad Qvickjock mense Julio captus, et a D. *Boheman* pro comparatione mihi nuper in unico exemplo communicatus.

109. *Anth. flavimana* Zett. ♂. 4. p. 1729.

110. *Anth. 8-punctata* Zett. ♂♀. 4. p. 1729.

111. *Anth. pumila* Fall. ♂♀. 4. p. 1730. — *Palusia testacea* ♂, Rob. Desv. n:o 68, testante *Macqvart*.

(Qvoque ad Gryphiam Jul. 1845 ♂, freq., *Dahlbom.)*

112. *Anth. nigrifemur* Zett. ♂♀. 4. p. 1732.

113. *Anth. humilis* Meig.? ♂♀. 4. p. 1732.

114. *Anth. pulicaria* Zett. ♂♀. 4. p. 1733.

115. *Anth. pedella* Fall. ♀. 4. p. 1734.

116. *Anth. decipiens* Meig. ♂♀. 4. p. 1735. — *Limosia rivularis?* Rob. Desv. n:o 11.

(Gryphiæ Jul. 1845 ♂ freq. observatus a D. *Dahlbom.)*

♂ tarsis anticis flavis, articulis tantum 1 vel 2 ultimis fuscis gaudet, ut recte observavit D. *Stæger.*

117. *Anth. tarsella* Zett. ♂♀. 4. p. 1736.

117—118. *Anth. antennata* Stæg. n. sp.: cinerea, antennis? palpis, femoribus anticis superne, posticis macula apicali, tarsisque omnibus, nigricantibus; pedibus flavis, coxis cinereis. ♂. (Long. vix 1 lin.)

Coenosia antennata Stæg. in litt. 29 Nov. 1848.

Hab. in Dania, D. *Stæger*, qui mihi 2 specimina mascula ad describenda benigne communicavit.

♂. *Anth. decipiente*, cui subsimilis, paullo minor. Cinerea, opaca. Frons lata, nigra, alio situ grisea, orbitis oculorum tenuissimis, albidis. Antennæ in ambobus exemplis missis mutilatæ; forte nigræ. Epistoma argenteum. Palpi et proboscis nigra. Thorax cinereus, dorso fuscior, sed acu perforatus, unde pictura, si adest, non perspicienda. Abdomen cylindricum, cinereum, dorso paullo obscurius, sed nullis maculis distinctis ornatum. Alæ hyalinæ. Nervi: transversi modice remoti, longitudinales 3 et 4 subparalleli. Costa nuda. Squamæ albæ. Halteres flavi. Pedes flavo-testacei. Coxæ cinereæ, anticæ apice sat late testaceæ. Femora: antica superne vitta per totam longitudinem nigra; postica ad apicem superne macula 1. annulo sat lato nigro. Tarsi omnes nigricantes. Pulvilli parvi, albi.

Obs. Cum *Anth. trilineella* n:o 104 triplo majori et diversa vix confundi potest.

118. *Anth. dealbata* Zett. ♂. 4. p. 1736.

119. *Anth. metallipennis* Zett. ♀. 4. p. 1737.

120. *Anth. ambulans* Meig. ♀. 4. p. 1738.

121. *Anth. Fungorum* Degeer. ♂♀. 5. p. 1739.

122. *Anth. Graminum* Zett. ♂. 5. p. 1740.

123. *Anth. pallida* Fabr. ♂♀. 5. p. 1741. — *Rohrella fragilis* Rob. Desv. n:o 7.

124. *Anth. Populi* Zett. ♂. 5. p. 1742.

Obs. Putat Cel. *Stæger* hanc a nobis descriptam formam vix nisi varietatem *Anth. pallidæ* Meig. esse. An jure?

125. *Anth. scutellaris* Fall. ♂♀. 5. p. 1743.

Obs. 1. Abdomen plerumque flavum immaculatum, et pleuræ uti thoracis dorsum totum obscure cinerea sunt. Sed variant ♂ sæpe abdominis incisuris omnium tenuissime nigris et vestigio lineolæ dorsalis valde tenuis brunneæ in segmentis 1, 2 et 3; et ♀ interdum pleuris plus minus ferrugineo-maculatis.

Obs. 2. Versus finem diagnoseos exstat: leviter fusco, lege: leviter flexo.

Obs. 3. Sub nomine "*Anth. Populi* Meig." Cel. *Stæger* mihi nuper communicavit exemplum masculum (videtur juvenile), quod nostræ *A. scutellari* omnino simile est, et differt tantum magnitudine nonnihil minore, abdomine pedibusque pallidius flavis, illo lineola dorsali tenui brunnea basi notato, ut et alis totis purius hyalinis, nervo transv. ord. fere recto, lenissime tantum flexo, minime infuscato. — Nostra vero *A. scutellaris* cum Falleni certissime identica est, ut e speciminibus in museo Viri defuncti aperte patet, et igitur nomen (*scutellaris*) antiquius retineatur. Sub *Anth. testacea* Fabr. et Meig., quæ oculis nudis et antennarum seta breviter plumata gaudet Faunæque Scandinaviæ peregrina videtur, Falleni *Musca scutellaris* minime militare potest, quod tamen voluit *Meigen.*

126. *Anth. abdominalis* Stæg. ♂. 5. p. 1744.

127. *Anth. cincta* Zett. ♂. 5. p. 1745.

128. *Anth. uliginosa* Fall. ♂♀. 5. p. 1745. — *Rohrella punctata* Rob. Desv. n:o 9.

(♀ etiam e Melita a D. *Schembri* missa.)

Obs. Oculi ♀ in viva ferruginei. Proboscis et palpi livida.

129. *Anth. graminicola* Zett. ♀. 5. 1747.

130. *Anth. posticata* Zett. ♂. 5. p. 1747.

Obs. Anth. posticata nob. eadem est ac *Anth. simplex* Wied., quod nomen utpote antiquius retinendum. Alterum quoque sexum a D. *Stæger* nuper obtinui, unde hæc species ita describi debet:

Anth. simplex: cinerea, capite albicante; antennarum articulo ultimo, thoracis lineis subquatuor, abdominis postico, tarsisque, nigricantibus; antennis basi, palpis, abdomine aut lateribus antice late (♂), aut basi (♀), pedibusque, flavis; alarum nervo transv. ord. re-

cto; *mas:* oculis arcte cohærentibus, microscopice subpuberulis; *femina:* oculis sat late distantibus, nudis. ♂♀. (Long. fere 3 lin.)

Wiedem. Zool. Mag. I. 1. p. 84. 38. ♀. Meig. Dipt. 5. 122. 69. ♀. *Anth. posticata* var. Meig. Dipt. 5. 190. 187. ♂. videtur? Ejusdem Dipt. 7. 327. 70? *Hylemyia* eadem Meig. Dipt. 7. p. 316. 70? *Anth. posticata* Zett. Dipt. Scand. l. c. ♂. *Musca scutellaris* v. *β.* Fall. Muscid. 90. 125. ♂.

Hab. etc. vide Dipt. Scand. — Ex Hafnia etiam uterque sexus a D. *Stæger* communicatus.

Descriptio *maris* in Dipt. Scand. conferatur.

♀. Oculi mediocres, nudi, per orbitas modice latas albidas et vittam frontalem latam nigram, sat late disjuncti. Vitta frontalis certo situ cinereo-micat. Palpi flavi, in altero specimine apice anguste nigri. Thorax cinereus, vittis subtribus latiusculis nigris, antice posticeque paullo abbreviatis, per incisuram transversam ante medium interruptis, et lineolis anticis 2 nigris tenuibus, brevibus, vix ad incisuram continuatis. Scutellum cinereum immaculatum. Abdomen ovatum acutum, flavido- l. griseo-cinereum, linea dorsali postice abbreviata nigra obsoleta. Segmentum 1:mum totum, et 2:dum etiam fere totum, excepto margine apicali anguste obscuro, flava. Incisuræ omnes certo situ anguste nigricantes. Alæ subhyalinæ. Reliqua ut in mare. — Antennarum articulus ultimus in ♂ sæpe brunnescens.

131. *Anth. maculiventris* Zett. ♂♀. 5. p. 1748.

132. *Anth. mollicula* Fall. (*Coenos. nemoralis* Meig.) ♂♀. 5. p. 1749.

133. *Anth. rufipes* Fall. ♂. 5. p. 1751.

133—134. *Anth. Winthemi* Meig. Zett Dipt. Scand. 5. p. 1792. n:o 177. ♀.

Obs. Locus hujus speciei verus in serie systematica mihi adhuc dubius.

134. *Anth. transversa* Fall. ♂♀. 5. p. 1752.
135. *Anth. capucina* Zett. ♂. 5. p. 1753.
136. *Anth. latitarsis* Stæg. ♂♀. 5. p. 1754.
137. *Anth. consobrina* Zett. ♀. 5. p. 1755.
138. *Anth. invisa* Zett. ♂. 5. p. 1756.
139. *Anth. pallicornis* Zett. ♀. 5. p. 1756.
140. *Anth. alma* Meig. ♂♀. 5. p. 1757.

140—141. *Anth. rubricornis* Zett. n. sp.: griseo-cinerea, antennis totis, palpis, abdominis basi pedibusque rufo-flavis, tarsis apice fuscis; alis hyalinis, nervo transv. ord. recto, squamis albis; *mas:* oculis late remotis. ♂. (Long. 1 lin et ultra.)

Hab. in Gottlandia rarissime; ad Olle Hau in Fårön in fruticibus Pin. sylvestris d. 5 Aug. 1847 a Prof. *Boheman* detecta mihique in unico specimine ad describendum communicata.

♂. Duabus proxime præcedentibus affinis et similis, sed ab *Anth. pallicorni* fronte, thorace scutelloque magis griseis, nec pure cinereis, antennis abdominisque basi pedibusque rufo-flavis, tarsis apice fuscis, nec totis flavis, alis cinereo-hyalinis, nec albo-hyalinis, squamis sordide albidis, nec niveis, valvula superiori inferiorem fere totam tegente, nec superiori inferiorem tantum ad dimidium tegente, et ab *A. alma* magnitudine fere duplo minore, antennis totis femoribusque rufis, nec antennarum articulo ultimo femoribusque nigris, alarum nervis transversis haud infuscatis, squamis impure albis, nec niveis, etc., distincta. — Caput griseum. Oculi late disjuncti, suboblongi. Antennæ ut in *A. pallicorni* constructæ, sed saturatius flavæ, seta obscura, nuda. Thorax et scutellum grisea. Abdominis segmenta: 1, 2 et 3 flava, horum 3:tium fascia media transversa utrinque abbreviata, dilute brunnea; 4 et 5 griseo-cine-

rea, margine apicali pallescente. Anus parvus, griseus. Alæ omnino ut in *A. pallicorni* etiam quoad directionem nervorum, sed totæ cinereo-hyalinæ. Halteres albidi. Pedes cum coxis flavi, tarsis apice fuscis. Tarsi præsertim postici leniter fusco-annulati. Femora valida.

141. *Anth. litoralis* Zett. ♀. 5. p. 1758.

142. *Anth. pingvicula* Zett. ♂. 5. p. 1759 et 1792.

Obs. Heic excludatur, nam eadem est ac *Cinochira atra* Tom. 4. p. 1359 n:o 1.

143. *Anth. rufina* Fall. ♂♀. 5. p. 1760.

144. *Anth. hamata* Macqv. ♂♀. 5. p. 1760.

Obs. 1. D. *Stæger* mihi nuper communicavit etiam specimen masculum, in Dania 13 Jun. 1847 captum, quod feminæ descriptæ simile est, sed differt: capite argenteo, oculis superne appropinqvantibus, per orbitas angustas albas et lineam frontalem tenuem anguste remotis, abdominis testacei et limbo setulosi linea dorsali fusca, pedibus anticis totis nigricantibus, coxis intermediis basi aculeo longitudine circiter coxæ, filiformi atro, apice incurvo, femoribus intermediis subtus a basi ad medium parce, a medio ad apicem dense nigro-ciliatis, tibiis intermediis versus apicem parce spinosis, pone medium paullo incrassatis et intus breviter nigro-ciliatis, tibiis posticis intus pilosis et extus a medio ad apicem parce spinosis. Scutellum in specimine viso totum cinereum tantum margine summo apicali grisescente, nec, ut ait *Macqvart* l. c., apice paullo flavicans. — Thorax in utroqne sexu nigro-lineatus est.

Obs. 2. In Macqvarti figura (Tab. 17. f. 6), quæ marem repræsentat, antennæ perspicue pubescentes, pedes omnino nudi et inermes, aculeus ad basin coxarum intermediarum deficiens, squamæ sub alis retractæ et coxis posticis inbumbentes (nec immediate sub radice alarum locatæ), immerito et male sunt depicta.

145. *Anth. impar* Zett. ♂♀. 5. p. 1762.

146. *Anth. hians* Zett. ♂♀. 5. p. 1762.
147. *Anth. mutata* Fall. ♂♀. 5. p. 1763.
148. *Anth. flavipes* Fall. ♂. 5. p. 1764.
149. *Anth. flavo-scutellata* Zett. ♂♀. 5. p. 1765.
150. *Anth. tenera* Zett. ♂♀. 5. p. 1766.
151. *Anth. zonata* Zett. ♀. 5. p. 1768.
152. *Anth. tricolor* Zett. ♂. 5. p. 1769.
153. *Anth. ruficeps* Zett. (non Meig.) ♀. 5. p. 1770.
154. *Anth. transgressa* Zett. ♀. (an etiam ♂?) 5. p. 1770.
155. *Anth. guttifrons* Zett. ♀. 5. p. 1772.
156. *Anth. rotundicornis* Zett. ♂. 5. p. 1772.
157. *Anth. bicolor* Wied. ♂♀. 5. p. 1773.
158. *Anth. strigipes* Zett. ♀. 5. p. 1775.
159. *Anth. calyptrata* Zett. ♀. 5. p. 1775.
160. *Anth. scapularis* Zett. ♀. 5. p. 1776.
161. *Anth. pubipes* Zett. ♀. 5. p. 1777.
162. *Anth. nigritarsis* Zett. ♂♀. 5. p. 1778.
163. *Anth. stupida* Zett. ♀. 5. p. 1779.
164. *Anth. lurida* Zett. ♂♀. 5. p. 1780.
165. *Anth. notabilis* Zett. ♀. 5. p. 1780.
166. *Anth. limbatella* Zett. ♂♀. 5. p. 1781.
167. *Anth. inanis* Fall. ♂♀. 5. p. 1782.
168. *Anth. varians* Zett. ♂♀. 5. p. 1784.
169. *Anth. flaveola* Fall. ♂♀. 5. p. 1785.
170. *Anth. diaphana* Wied. ♂♀. 5. p. 1786. — *Phyllis flava?* Rob. Desv. n:o 1.
171. *Anth. tunicata* Zett. ♀. 5. p. 1787.
172. *Anth. vittigera* Zett. ♂♀. 5. p. 1788.
173. *Anth. gilva* Zett. ♂♀. 5. p, 1789.
174. *Anth. Ephippium* Zett. ♂♀. 5. p. 1790.

175. *Anth. æqvalis* Meig. ♀ vide p. 3308 sub n:ris 18—19.

176. *Anth. Hyoscyami* Panz. ♂♀. vid. p. 3315 sub n:ris 77—78.

177. *Anth. Winthemi* Meig. ♀. vide p. 3325 sub n:ris 133—134.

---

136. LEPTOPA Zett.

1. *L. filiformis* Zett ♂♀. Tom. 5. p. 1794.

---

137. LISPA Latr.

1. *L. tentaculata* Deg. ♂♀. 5. p. 1796. — *Lispe fluviatilis* Rob. Desv. n:o 2, teste *Macqvart*. (Uterque sexus e Sicilia 1846 a Prof. *Löw* mihi missus.)

2. *L. uliginosa* Fall. ♂♀. 5. p. 1797.

3. *L. tenuipalpis* Stenh. ♂. 5. p. 1798.

Obs. Lispæ pygmææ n:o 6 valde affinis videtur, an cum illa identica? ut voluit *Stæger*.

4. *L. litorea* Fall. ♂♀. 5. p. 1799.

Obs. Mas (hactenus non rite cognitus) simillimus feminæ descriptæ, sed differt: pedum intermediorum tibiis paullo longioribus, longius et densius pilosis, at tarsis multo brevioribus, tibia nempe duplo brevioribus. In ♀ vero tarsi ejusdem paris longitudine fere tibiæ vel illa parum longiores. Squamæ in utroque sexu albæ, margine leniter albo-flavido. Mas, cum femina huc usque commixtus, e Bahusia a beat. *Gyllenhal* mihi olim communicatus; etiam e Dania a D. *Stæger* missus.

5. *L. hydromyzina* Fall. ♂♀. 5. p. 1799.

6. *L. pygmæa* Fall. ♂♀. 5. p. 1800.

In Gottlandia nova vice 1847 a Prof. *Boheman* lecta.

Obs. Palpi basi tenues, apice in utroque sexu distincte dilatati. Antennarum articulus 2:dus apice superne puncto testaceo. Metatarsi saltem basi testacei. Squamæ sub alis totæ albæ. Halteres pallidi. — *L. tenuipalpis* n:o 3 parum ab hac recedere videtur.

Fam. 27. EPHYDRINÆ Zett.

138. OCHTERA Latr.

1. *O. Mantis* Deg. (*O. manicata* Fall.) ♂♀. 5. p. 1804. — Löw, Ent. Zeit. 1847. n:o 12. p. 371. ♂♀.

---

139. EPHYDRA Fall.

Obs. Conspectum specierum vide p. 1806—1807 *)

Eph. Salinæ Zett. Tom. 5 p. 1812.

Obs. D. Doct. *Creplin* e Gryphia 13 Aug. 1847 scripsit: "Die Fliegen (*Eph. Salinæ*) trieben sich im warmen Sonnenscheine über dem Salzwasser in den langen Trögen eines Gradirhauses unsrer Saline lustig herum, und von ihren Larven und Puppen habe ich mir vor kurzem einige Hände voll geholt,

---

*) Cum huic et sequentibus generibus pauca tantum nova aut emendanda addere habui, eas solummodo species, circa quas aliquid momenti observandum meretur, afferre me debere crediderim, ne per iteratam, nudam et inutilem enumerationem jam cognitarum in magnam crassitiem excresceret liber.

aus deren letzteren jetzt täglich in meiner Stube einige Fliegen hervorkommen."

3. *Eph. fumosa* Wahlb. ♂♀. 5. p. 1813.

Obs. Sine dubio hujus femina est *Eph. albula* Meig. Dipt. 6. 115. 4., ut jam opinatus est D. *Stæger.*

4. *Eph. palustris* Fall. ♂♀. 5. p. 1815. — *Coenia caricicola?* Rob. Desv. n:o 1., teste *Macqvart.*

6—7. *Eph. psilopina* Zett. n. sp.: obscure ænea, nitens, antennis pedibusque nigris, seta pectinata; thorace e violaceo micante; epistomate setuloso; alis breviusculis, sordide hyalinis, nervis obscuris, transverso ord. fuscedine cincto, longitudinali 2:do apice recto. ♂. (Long. ½ lin.)

Sp. ign. Zett. Dipt. Scand. in observatione sub *Eph. albidipenni* p. 1818 adjecta.

Hab. in Smolandia rarissime; specimen unicum ante plures annos collectum.

♂. Similis quodammodo *E. albidipenni*, sed magnitudine paullo majore, corpore magis nitido, antennis pedibusque nigris immaculatis, alis minus albidis, etc., sine dubio diversa. Caput obscure æneum, nitidum, cum epistomate ut in *E. albidipenni* constructum et setulosum. Antennæ atræ, seta superne radiis circiter 5. Thorax, abdomen, alæ, halteres et pedes ut in observatione l. c. descripta.

10. *Eph. litoralis* p. 1823. — *Napæa stagnalis?* Rob. Desv. n:o 1.

15. *Eph. flavescens* p. 1830.

Etiam in Bahusia Aug. 1842 a Prof. *Wahlberg* capta.

140. NOTIPHILA Fall.

Obs. Ad finem descriptionis generis exstat: "*Notiphilam annulatam* etc. ad *Geomyzam*", pro his lege: *Notiphilam annulatam* etc. ad *Drosophilam.* — Dispositionem specierum vide Tom. 5. p. 1847—1852.

2. *N. cinerea* Tom. 5. p. 1855. — *Keratocera palustris* Rob. Desv. n:o 1.

(Femina etiam e Melita a D. *Schembri* missa.)

6. *N. guttiventris* p. 1860.

Obs. In fine delineationis speciei p. 1861 exstat: "*guttiventri*," lege: *dorsata.*

11. *N. stagnicola* p. 1866. — *Keratocera* eadem Rob. Desv. n:o 2.

12. *N. griseola* p. 1869. — *Hydrellia communis* Rob. Desv. n:o 1.

(Var. b. etiam e Melita a D. *Schembri* obtinui.)

13. *N. incana* p. 1871.

In Scania quoque Julio feminam legit D. *G. Möller.*

16. *N. albifrons* p. 1875.

Etiam in Scania meridionali 1845 semel a D. *Möller* capta.

24. *N. obscurella* p. 1884.

In Scania ad Lund in plantis aqvaticis horti proprii mense Julio 1848 haud parce legi.

46. *N. picta* p. 1913.

Ad villam Sjörup Scaniæ meridionalis 1846, Stud. *G. Möller.*

53. *N. vittipennis* p. 1924. — Stæg. Grönl. Antl. in Kröjers Tidsskr. 1845. p. 369. 54? (ubi "epistoma flavido-cinereum, halteres obscuri" etc. describuntur.)

Obs. In descriptione speciei p. 1925 exstat (bis): "*N. vittipenni,*" lege: *N. nigricauda.*

56. *N. guttipennis* p. 1929.

Ad Harads in paroecia Öfver-Luleå Jun. 1843, *Bohemann;* Reseberättelse.

---

141. PSILOPA Fall.

1. *Ps. nitidula* Tom. 5. p. 1932.

Var. a. ♂ et ♀. in Gottlandia in monte insigni Thorsborg et ad Gothem 14—17 Jul. 1841 non rara.

3. *Ps. nigritella* p. 1935.

Obs. Species hæc hodie pro museo nostro desideratur, speciminibus a D. *Stenhammar* olim acceptis jam deperditis.

4. *Ps. leucostoma* p. 1936.

In Scania etiam ad Westra Ahlstad (a *Möller*), Abusa etc. nuper deprehensa fuit.

5. *Ps. madizans* p. 1937.

♂♀ in Smolandia ad Skärsjö in copula deprehensa, mus. Ljunghii.

Fam. 28. OCHTIPHILINÆ Zett.

142. OCHTIPHILA Zett.

1. *Juncorum* Tom. 5. p. 1945.

In pratis sylvaticis Gottlandiæ ad Garde 24. Jun.

3. *O. polystigma* p. 1948.

In Smolandia ad Skärsjö 11 Aug.; in Gottlandia bo-

reali ad Westö in paroecia Hall parce; ♂♀ in Norwegia litorali ad diversorium Thynäs 4 Jul. 1840, non raro.

6. *O. aridella* p. 1950.

Specimina etiam lecta in plantis aquaticis, graminosis atque in Pinibus, passim; ♂♀ in Gottlandia ad Fårön, Gothem, Nähr, Hoburg etc. freq. (Uterque sexus etiam e Gryphia a D. *Dahlbom*, et e Glogavia a D. *Zeller*, communicatus). Oculi in viva virides.

7. *O. litorella* p. 1951.

Obs. Usque ad medium Septembr. ad Kjellby prope Lund lecta. — In adjecta observatione p. 1953: "*Ocht. litorella* var. b. Fall." est *Milichia formosa* Löw et Zett. Dipt. Scand. Tom. 7. p. 2720. 2.

---

143. OXYRHINA Meig.

1. *Ox. Wahlbergi* Tom. 5. p. 1954.

Locis uliginosis ad Koparfve in paroecia Ruthe Gottlandiæ d. 1—3 Aug. 1847, a Prof. *Boheman* 45 specimina inventa.

---

144. PHYLLOMYZA Fall. Zett. Tom. 5. p. 1955.

Fam. 29. SCATOMYZIDES Fall.

145. SCATOMYZA Fall.

2. *Sc. lutaria* Tom. 5. p. 1962. — Meig. Dipl. 5. 249. 4. ♂♀. Tab. 45. f. 28. ♂. Stæg. in Kröjers Tidsskr. 1844. p. 36.

6. *Sc. spurca* p. 1967. — Stæg. in Kröjers Tidsskr. 1844. p. 36—38.

7. *Sc. stercoraria* p. 1968.

(Etiam e Melita ♂ a D. *Schembri* 1846 communicatus.)

10. *Sc. squalida* p. 1972 — *Scatophaga* eadem Stæg. Grönlands Antl. in Kröjers Tidsskrift 1845. p. 366. n:o 45.

12. *Sc. litorea* p. 1975. Var. b. (p. 1976) — Stæg. Grönl. Antl. in Kröjers Tidsskr. 1845. p. 366. 46.

17. *Sc. antennata* p. 1981. — Hæc et *Cordylura validicornis* p. 2065 ejusdem sunt speciei, testantibus *Wahlberg* et *Boheman*.

18. *Sc. Fucorum* p. 1982. — *Scatophaga* eadem Stæg. Grönl. Antl. in Kröjers Tidsskr. 1845. p. 366. 47.

---

146. CORDYLURA Fall.

1. *C. pubera* Tom. 5. p. 1995. — *Mosina* ead. Rob. Desv. n:o 1.

3. *C. pudica* p. 1998.

Obs. Cel. *Stæger* mihi scripsit, se invenisse exempla *C. pudicæ*, quæ "setis mystacinis utrinque 4—5 gaudent." Talia etiam ipse inveni, ea autem ad *C. geniculatam* retuli. Specimen Svecicum, secundum quod diagnosin *C. pudicæ* confeci, paullo minus est et tantum 2 setas mystacinas utrinque habet. Licet individuum hocce de cetero minime læsum videatur, fieri tamen potest unam alteramve setam mystacinam casu mutilatam fuisse. Si ita esset, tunc *C. geniculata* et *pudica* sine dubio identicæ salutentur.

8. *C. albilabris* p. 2002. — Macqv. Buff. 2. 382 (nec 282). 8. *Phrosia scirporum* Rob. Desv. n:o 1.

11. *C. spinimana* p. 2007. — *Norellia pseudo-acori* Rob. Desv. n:o 1.

Obs. Larvæ in larvis *Anthomyzæ versicoloris* degunt, teste *von Bremi* in Isis 1846. p. 173.

23. *C. breviseta* p. 2022.

Obs. Monente D. *Stæger* est *C. magnicornis* n:o 31 hujus *mas*. Posito hoc vero, diagnosis ita mutanda:

C. breviseta: nigra, nitida, griseo-pilosula; epistomate albicante; fronte latissima; antennis epistomate paullo brevioribus, dilatatis nigris, seta brevi incrassata; alis cinerascentibus, nervis transversis subapproximatis, longitudinali 2:do elongato; *mas:* palpis halteribusque obscuris, pedibus sordide testaceis; *femina:* palpis vitta frontali, halteribus pedibusque flavis, ano valde compresso, subfalcato. ♂♀. (Long. 1—1 $\frac{3}{4}$ lin.)

Stæg. et Zett. l. l. c. c.

Hab. in Daniæ Fagetis, D. *Stæger*.

♂♀. Mas et femina sat dissimiles, forte tamen ad eandem speciem pertinent. *Mas:* minor, tenuiter griseo-pubescens. Frons, antennæ et palpi nigra. Epistoma sordide albicans. Abdomen cylindricum, ano rotundato. Alæ cinereo-hyalinæ. Halteres obscuri. Pedes toti sordide flavi. *Femina:* paullo major, ferrugineo-pilosa, præsertim thorace. Vitta frontalis lata, palpi, halteres et pedes fulvo-flava. Antennæ nigro-brunneæ, seta sordide alba. Abdomen ovatum, ano compresso. Alæ subpallescenti-hyalinæ, basi dilutiores. Tarsi apice fusci. Reliqua ut in descriptionibus *C. brevisetæ* et *magnicornis*.

24. *C. apicalis* p. 2023. — *Phrosia* Rob. Desv.

25. *C. filiformis* p. 2025.

Etiam ad Skalstugan Jemtlandiæ borealis femina 16 Jul. 1840 in 2 exemplis deprehensa.

31. *C. magnicornis* p. 2032.

Obs. Hæc forte deleatur, testante enim D. *Stæger* est tantum sexus masculus *Cord. brevisetæ* n:o 23.

43. *C. hæmorrhoidalis* p. 2047. — Stæg. Grönlands Antl. in Kröjers Tidsskr. 1845. p. 366. 48. ♂♀.

50. *C. Friesi* ♀. p. 2057.

Obs. Secundum Prof. *Wahlberg* hæc et *C. planiceps* tantum ut diversi sexus ad eandem pertinent speciem.

51. *C. planiceps* ♂. p. 2058.

Obs. Tantum sexus masculus præcedentis putatur.

56. *C. validicornis* p. 2065.

Obs. Hæc ut ♂, et *Scatomyza antennata* p. 1981 ut ♀ ad eandem speciem pertinere habentur.

62. *C. Hircus* p. 2072.

Obs. Specimen unicum masculum, nervis similiter ac in femina directis instructum, in Lapponia 1845 invenit Prof. *Wahlberg*. Conspect. Actor. Holm. 1847. n:o 3. p. 104.

Fam. 30. SCIOMYZIDES Fall.

147. DRYOMYZA Fall.

2. *Dr. flaveola* Tom. 5. p. 2084. — *Dryops communis* Rob. Desv. n:o 1.

3. *Dr. decrepita* p. 2085.

Etiam in Lappon. Lulensi ad Qvickjock 1843, *Boheman*; Reseberättelse.

---

148. SCIOMYZA Fall.

Obs. Ad finem descriptionis generis exstat: "A *Sciomyza*," lege: A *Scatomyza*.

2. *S. glabricula* Tom. 5. p. 2091. — *Sciom. angustipennis* Stæg. in Kröjers Tidsskr. 1844. p. 40. 2.

Not. Observante *Stæger* dantur individua (an juvenilia?) quæ tarsorum anticorum articulum ultimum in ♂ "æque album" habent ac *Sciom. albitarsis*. In meis autem omnibus *Sciom. glabriculæ* speciminibus masculis (et horum decem numero) *), tarsorum anticorum articulus ultimus *fuscus* quidem dici potest, sed minime *albus*. In *Sc. albitarsi* contra idem articulus manifeste extat albus vel niveus.

3. *S. albitarsis* Zett. p. 2093. — *Sciom. glabricula* Stæg. in Kröjers Tidsskr. 1844. p. 40. 1.

In Scania ad Lund et alibi Jul. (♂ ad Moabite prope Berolinum 14 Aug. 1847 a D. *Dahlbom* quoque captus.)

Obs. 1. Thoracis dorsum polline griseo leviter obductum, nec nudum atrum, alæ paullo longiores et latiores, cinereo-hyalinæ immaculatæ, nervis parum obscurioribus, nec cinereæ nervis obscuris transversis fuscedine leniter cinctis, etc., hanc a *Sciom. glabricula* mox distingvunt. — Caveas ne hanc cum *Opomyza distincta* et *pectorali* Tom. 6. p. 2420 confundas.

Obs. 2. Var. fronte epistomateque totis atris immaculatis, forte detritis, in Scania meridionali a D. *Möller* deprehensa.

13. *S. brevipennis* p. 2102.

Obs. In meo specimine masculo tarsi antici tantum articulo ultimo albo, penultimo fusco gaudent; sed in museo Stægeria-

---

*) Cel. *Stæger* scripsit, se tantum 2 specimina (unicum masculum unicumque femineum) retinere.

no Hafniæ individuum "articulis 2 ultimis albis" conservatum fuerit, ut mihi asseveravit ejusdem musei Possessor.

14. *S. nigripennis* p. 2104.

Etiam ad Esperöd Scaniæ ♀ nuper inventa a *Fr. Areschoug.*

16. *S. Schönherri* p. 2107. — *Pherbella vernalis?* Rob. Desv. n:o 1, teste *Macqvart.*

18. *S. nana* p. 2109.

Obs. ♂♀. In viva: oculi ferruginei, æneo-submicantes, lineola transversa superna purpurea; palpi flavi; thorax lineis subquinis fuscis; halteres flavi; in horto proprio ad Lund Scaniæ in graminosis versus finem Julii 3 specimina capta.

23. *S. nasuta* p. 2114.

Obs. Cel. *Stæger* mihi nuper notum fecit: "se invenisse unum marem unicamque feminam, verosimiliter hujus, cui omnino similes, præter antennarum articulum ultimum oblongo-ovatum (nec ovatum), apice antico subprominulo et dimidietate apicali fere nigra, non vero tam atra ac in *Sciom. dubia.*" Specimen idem femineum mihi communicatum cum meo comparavi, sed inter ambo nullam essentialem differentiam inveni. Exemplum Stægerianum maturum existimo, in Amager Daniæ 27 Jun. 1847 captum.

28. *S. cinerella* p. 2118. — *Dictya herbarum* Rob. Desv. n:o 1.

(Etiam e Sicilia feminam per D. *Löw* 1846 obtinui).

Obs. In viva palpi flavi sunt.

---

149. SEPEDON Latr.

2. *S. Haeffneri* Tom. 5. p. 2121.

In Scania quoque ad Bjersjöholm prope Ystad, 1847, a D. *Möller* non raro visus.

---

150. TETANOCERA Latr.

1. *T. Chærophylli* Tom. 5. p. 2124. — *Euthycera chærophylli* Latr. Regn. Anim.

2. *T. reticulata* p. 2126. — *Pherbina* ead. Rob. Desv. n:o 3.

Obs. Exemplum femineum sub nomine: "*Tetan. stictica* var. australis," e Sicilia a Prof. *Löw* 1846 obtinui, feminæ *Tetan. reticulatæ* nostræ simillimum et ab illa non diversum; exemplum vero masculum sub indice: "*Tetan. stictica*," etiam in Sicilia captum, eadem vice communicatum, diversæ a nóstra *reticulata* sine dubio speciei est.

4. *T. marginata* p. 2128. — *Limnia* ead. Rob. Desv. n:o 4.

7. *T. Pratorum* p. 2131. — *Limnia limbata* Rob. Desv. n:o 1.

8. *T. obliterata* p. 2133. — Genus *Cylindria* Rob. Desv.

9. *T. Nemorum* p. 2134.

(Qvoque e Sans Soucis prope Potsdam 7 Sept. 1847, D. *Dahlbom.*)

11. *T. ferruginea* p. 2137. — Löw, Ent. Zeit. 1847. p. 197. 2. ♂♀.

12 *T. arrogans* p. 2138. — *Tet. robusta* Löw, Ent. Zeit. 1847. n:o 7. p. 197. 1. ♂♀.

13. *T. elata* p. 2139. — Löw, Ent. Zeit. 1847. n:o 7. p. 200. 6. ♂♀.

14. *T. silvatica* p. 2139. — Löw, Ent. Zeit. 1847. n:o 7. p. 199. 4. ♂♀.

17. *T. aratoria* p. 2143. — *Chione communis* Rob. Desv. n:o 2.

20. *T. dorsalis* p. 2146. — *Chione sepedonoidea* Rob. Desv. n:o 1.

---

151. ECTINOCERA Zett. Tom. 5. p. 2147.

Fam. 31. ORTALIDES Fall.

Obs. Os nudum (in *Lonchæa metallica* setula utrinque mystacina.)

152. TETANOPS Fall. Zett. Tom. 5. p. 2149.

---

153. ORTALIS Fall.

1. *O. Urticæ* Tom. 5. p. 2152.

Var. b. (nov.) ♂. duplo minor, ad Lund Scaniæ 1847.

2. *O. crassipennis* p. 2153. — *Melieria gangrænosa* Rob. Desv. n:o 1.

4. *O. centralis* p. 2155.

In Gottlandia nova vice 1847 a D. *Boheman* capta.

6. *O. Syngenesiæ* p. 2158. — *Rivellia herbarum* Rob. Desv.

7. *O. vibrans* p. 2159. — *Myodina urticæ* Rob. Desv. n:o 1.

9. *O. palustris* p. 2162.

Obs. Ut hæc species ab *O. apicali* dignoscatur, diagnosis ita mutanda:

O. palustris: nigra, nitida, vitta frontali fulva; orbitis oculorum albis; antennis longissimis, linearibus, obscure fuscis, basi metatarsisque posterioribus luteis; alis hyalinis, costa ad medium maculaque ante apicem oblonga ad costam dilatata, dilute fuscis, nervis transversis subinfuscatis. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{4}-1\frac{1}{2}$ lin.)

10. *O. apicalis* n. sp.: nigra, nitida, vitta frontali fulva; orbitis oculorum albis; antennis longissimis, linearibus obscure fuscis, basi metatarsisque posticis flavo-luteis; alis hyalinis, costa ad medium maculaque ante apicem subrotundata, fuscis, nervis transversis non infuscatis; minor. ♂. (Long. $\frac{3}{4}$ vix 1 lin.)

Bohem. in litt. 28 Sept. 1847.

Hab. in paludibus profundis Gottlandiæ, ex. gr. ad Lassor, Myrvälder atque ad sedem Pastoris Fåröensis, a Prof. *Boheman* inventa mihique communicata.

♂. Simillima *O. palustri*, sed differt magnitudine saltem duplo minore, alarum nervis transversis haud infuscatis et præcipue macula apicali ad costam magis determinata intensius fusca et subrotundata tantum ad nervum longit. 3:tium descendente (nec ut in *O. palustri* oblongo-ovata, basi dilatata, apice infra nervum longit. 3:tium continuata).

---

154. TEPHRITIS Latr.

Obs. Metamorphosis variarum *Trypetarum* (*Tephrit.*) a *F. Boje* Professore Kiliensi allata exstat in Ent. Zeit. 1848 n:o 3. p. 81—84.

1. *T. Artemisiæ* Tom. 6. p. 2168. — *Forellia Onopordinis?* Rob. Desv. n:o 1.

2. *T. Meigeni* p. 2170. — Löw in Linnæa Entomol. 1846. 1. p. 497. 2.

3. *T. hamifera* p. 2171. — Löw, Linnæa 1846. 1. p. 496.

7. *T. lucida* p. 2177. — *Audia cognata* Rob. Desv. n:o 2. — *Trypeta speciosa* Löw in Linnæa 1846. 1. p. 497.

8. *T. Onopordinis* p. 2178. — *Trypeta Heraclei* Löw, Linnæa 1846. 1. p. 497.

9. *T. Tussilaginis* p. 2180. — Löw, Linnæa 1846. 1. p. 499. 13.

Obs. Cum hoc indicio: "*Tryp. Arctii* DeG. *Tussilaginis* Fabr. et Meig.," e Posnania specimina utriusque sexus a Prof. *Löw* 1847 obtinui.

10. *T. Arctii* p. 2182.

Obs. Exempla ♂ et ♀ hujus speciei, quæ sub synonymis: "*Trypet. Onotrophes* Löw, *Tryp. Arctii* Meig," mihi 1846 dedit Professor *Löw*, cum nostra *Tephrit. Arctii* in omni puncto conveniunt. — C:fr præterea *Löw* in Linnæa 1846. 1. p. 498. 12.

11. *T. Lappæ* p. 2184.

Obs. Specimina, quæ sub nomine: "*Tryp. Lappæ* Cederhielm," e Posnania 1846 mihi misit Prof. *Löw*, a nostra differunt: abdominis punctis obscuris et subobsoletis, nec atris et perspicuis, alarum pictura magis langvida, nec determinata et conspicua, et denique fasciis fuscanis 1 et 2 in medio abruptis, nec fere ad marginem alæ interiorem continuatis. — Qvando genitalia feminæ e vagina anali articulata erumpunt, totus oviductus apparatus "longitudinem dimidii corporis" attingit.

14. *T. cornuta* p. 2188.

Obs. Qvoque in Arctio Lappa inventa a *Stæger*, teste *Löw* in Linnæa 1846. 1. p. 499. 16.

15. *T. marginata* p. 2190. — *Trupanea arcuata* Schrank Fn. Boic. 3. 142. 2508., affirmante *Löw* in Linnæa 1846. 1. p. 499. 20. — *Sphenella linariæ* Rob. Desv. n:o 1.

In Scania meridionali campestri a D. *Möller* quoque inventa. (E Melita a D. *Schembri*, et sub nomine: "*Tryp. marginata*" in utroque sexu a D. *Löw*, communicata.

16. *T. discoidea* p. 2192.

In Scania etiam ad Esperöd Mellbyensem ♂ a D. *Fritz Areschoug* rarissime deprehensa.

Obs. In diagnosi speciei ante "marginem interiorem" adde: ad

17. *T. Centaureæ* p. 2194. — Löw, Monogr. 346. 22. Tab. 1. f. 19 (ala).

Obs. Speciem genuinam, qualis ab Auctoribus depingitur, etiam e Melita 1846 a D. *Schembri* obtinere mihi contigit.

18. *T. Gaedii* p. 2195.

Obs. Larva in fructu Cratægi Oxyacanthæ degit secundum *v. Heyden*, teste D. *Löw* in Linnæa 1846. 1. p. 498.

22. *T. stylata* p. 2202.

Var. b. p. 2204; (sub nomine: "*Tryp. stylata*," a D. *Löw* e Posnania utrumque sexum obtinui).

23. *T. solstitialis* p. 2204.

(Qvoque e Posnania a D. *Löw* communicata.)

24. *T. aprica* p. 2206.

Obs. Nostra var. c. (p. 2208) est certe varietas *T. apricæ* et minime *Tryp. 4-fasciata* Meig., quam posteriorem in utroque sexu

a D. *Löw* accepi, et diversam omnino constituit speciem, in Scandinavia non obviam.

25. *T. Cerasi* p. 2208.

(♂♀ etiam e Posnania 1846 a Prof. *Löw* missi.)

28. *T. Arnicæ* p. 2213. — *Xyphosia Cirsiorum* Rob. Desv. n:o 1.

Obs. Sub nomine: "*Tryp. flava* Geoffr." hujus speciei utrumque sexum e Posnania 1846 communicavit D. *Löw.*

29. *T. cornuta* p. 2216. — *Acinia Jaceæ* Rob. Desv. n:o 1.

30. *T. parietina* p. 2218. — *Oxyna cinerea* Rob. Desv., teste *Macqvart.*

Obs. Larvam *T. parietinæ* in caulibus Artemisiæ vulgaris degere etiam testatur a D. D. (Obenförster) *Wissman* in Ent. Zeit. Stett. 1848. n:o 3. p. 80, et *Schilling* in Ent. Beitr. p. 96.

32. *Bardanæ* p. 2223.

Obs. Sub hoc nomine heic duæ diversæ species commixtæ sunt, quod ex individuis utriusque speciei et in utroque sexu a Prof. *Löw* e Posnania nuper communicatis mihi persvasum habeo, et jam hoc modo distingvendæ:

T. Bardanæ: flavo-cinerea, capite pedibusque rufo-flavis; alis albo-hyalinis, punctis disci paucissimis difformibus fuscis, maculis costalibus 2 magnis subquadratis nigricantibus inferne erosis et in medio alæ connexis ibique punctum rotundum album magis determinatum includentibus, harum 1:ma obliqua ad costam punctum unicum, 2:da fere duplo latiore puncta duo, albida includentibus, nervo transv. ordinario in latere interiori late infuscato, fuscedine in latere exteriori subsimplici (nec erosa,) punctisque 2 in apice alæ discretis

trigonis fuscis; oviductu ♀ dimidium abdomen longitudine non attingente, latiusculo, truncato, ferrugineo, rufo-piceo aut nigro-piceo. ♂♀. (Long. circit. 1 ½ lin.)

Zett. Dipt. Scand. 6. 2223. 32. ♂♀. ex parte, nempe specimina Ostrogothica et Danica. — *Trupanea* Schrank Fn. Boic. 3. 2524. *Trypeta* Meig. Dipt. 5. 349. 59. (secundum Schrank transscripta). — Löw, Monogr. 376. 41 (e parte). Tab. 2. f. 27 (ala; fig. bona). — *Trypeta confusa* Meig. Dipt. 5. 337. T. 50. f. 9 (ala; figura baud fidelis). — *Acinia* ead Macqv. Buff. 2. 470. 3.

Hab. in Scandinavia valde rara; in Ostrogothia ad Gusum a Prof. *Wahlberg* capta mihique communicata; e Dania quoque missa. (E Posnania a D. *Löw* specimina typica obtinui. — Sub nomine: "*Trypeta confusa* Meig." ex Hamburgo etc. vide sub observatione adjecta p. 2224.

32—33. *T. dilacerata*: cinerea, capite pedibusque rufo-flavis; alis albo-hyalinis, punctis disci paucissimis difformibus fuscis, maculis costalibus 2 magnis subquadratis nigricantibus discretis inferne erosis, harum 1:ma perpendiculari ad costam punctum unicum, 2:da fere duplo latiore puncta duo, albida includentibus, nervo transv. ord. sat late infuscato, fuscedine utrinque erosa; punctisque 2 in apice alæ discretis trigonis fuscis; oviductu ♀ dimidium abdomen non attingente, acutiusculo, nigro aut ferrugineo apice nigricante. ♂♀. (Long. circit. 1 ½ lin.)

Trypeta dilacerata Löw, in Linnæa Entom. 1846. 1. p. 509. 41. ♂♀. T. 3. f. 17 (ala; figura bona). — *Tephrit. Hyoscyami* Fall. Ortal. 9. 12. variet. in descriptione. — Zett. Ins. Lapp. 745. 5. var. b. ♀. — *Tephri-*

tis Bardanæ Zett. Dipt. Scan. 6. 2223. 32. ♂♀. (e maxima parte).

Hab. copiose in Arctio Lappa et Carduo etc. etc., vide loca natalia in Dipt. Scand. l. c. p. 2223.

Obs. Differt igitur *T. Bardanæ* a *dilacerata* præcipue colore corporis cinereo magis in flavidum vergente, maculis costalibus duabus nigricantibus in medio alæ connexis, nec ibi discretis, harumque 1:ma obliqua, nec perpendiculari, fuscedine, quæ nervum transv. ordinarium ambit, maculam subquadratam formante, margine integram, nec lateribus erosam l. laceram, ut et oviductu ♀ nonnihil angustiori et acutiori.

33. *T. Leontodontis* p. 2225. — *Acinia Millefolii?* Rob. Desv. n:o 5.

37. *T. arnicivora* p. 2232.

Obs. Ex individuo masculo a D. *Löw* 1847 communicato video nostram cum Löwiana identicam esse speciem, quam tamen simul *Muscam Arnicæ* Linn. esse dubito. (C:fr *Tephritis Arnicæ* hujus operis p. 2213 n:o 28 et observatio sub eadem specie p. 2216. — C:fr etiam observatio a *Rosenhauer* in Ent. Zeit. 1847. n:o 11. p. 323.)

40. *T. tessellata* p. 2236.

In societate cum *Microcera rostrata* ad novaculum Umenäs Lapponiæ Umensis ♀ quoque inveni. (E Melita specimen femineum obtinui a D. *Schembri*; ex Italia a D. *Zeller.)*

42. *T. elongatula* p. 2239.

Obs. Exempla utriusque sexus e Sicilia a Prof. *Löw* nuper missa mihi edocuerunt, speciem Löwianam et nostram identicas esse.

43. *T. Absinthii* p. 2241.

(Ad Posnaniam in Artemisia campestri etiam copiose deprehensa a D. *Löw.*)

45. *T. irrorata* p. 2243. — Löw, Linnæa 1846. 1. p. 518. 64. ♂♀.

51. *T. radiata* p. 2254. — *Orellia Calcitrapæ* Rob. Desv. n:o 1. *Tryp. stellata* Löw, Linnæa 1846. 1. p. 519. 71.

(Occurrit etiam in Italia, ubi Romæ, Messinæ et Syracusarum capta a D. *Zeller*, teste D. *Löw* in Linnæa l. c. — E Melita a D. *Schembri* in utroque sexu mecum communicata.)

52. *T. Serratulæ* p. 2256. — *Terellia palpata* Rob. Desv. n:o 1.

54. *T. dispar* p. 2259.

In Gottlandia iterum 1847 a Prof. *Boheman* lecta.

Obs. 1. *Trypetam Colon* Löw Monogr. p. 416. n:o 74, cujus specimen masculum ut speciem Meigeni nuper obtinui, comparavi et cum nostra *Tephr. dispare* in omnibus convenientem inveni, exceptis pedibus omnibus in *T. Colon* Löw. flavis, nec femoribus anticis fuscis, atque macula alarum costali ultima magis intense fusca, nec brunnea, ut et nervo longitudinali 2:do sub apice nervi auxiliaris et sub macula costali antica ferruginea notato lineola nigricante. — Forte sunt varietates ejusdem speciei. — Conferatur præterea *Löw* in Linnæa 1846. 1. p. 519—522.

Obs. 2. Versus finem diagnoseos *maris* (p. 2260) de alarum macula costali postica infra nervum 3:tium longitudinalem, exstat: ''paullo descendente,'' lege: leniter dilatata,

55. *T. Sonchi* p. 2260. — *Ensina Scorzoneræ* Rob. Desv. n:o 5.

56. *T. Stigma* p. 2262. — *Trypeta unimaculata* v. Roser, teste *Löw* in Linnæa 1846. 1. p. 524. 80.

(Hab. etiam in Chrysanthemo leucanthemo secundum v *Roser*).

Obs. Figuram alæ correctam dedit Prof. *Löw* l. c. Tab. 3. f. 19.

---

155. PSAIROPTERA Wahlb. Zett. Tom. 6. p. 2263.

---

156. PALLOPTERA Fall.

2. *Pall. usta* Tom. 6. p. 2272.

Etiam in Ostrogothia ad Gusum, et in Uplandia ad Holmiam a Prof. *Wahlberg* reperta.

---

157. SEPSIS Fall.

1. *S. cynipsea* Tom. 6. p. 2284.

(Var. a. etiam e Melita a D. *Schembri* missa). Var. b. ad Lund Scaniæ in horto proprio specimina mascula ann. 1848 inveni.

Obs. Qvo species Sectionis A. facilius distingventur, non solum ad colorem corporis partiumque in diversis sæpe diversum, at in utroque sexu plerumque similem, verum etiam ad fabricam et armaturam femorum tibiarumque pedum anticorum in maribus singularem sæpissime aperte discrepantes, probe attendendum. Sic mas *S. cynipseæ*, ut jam observavit *Stæger* (Monogr.), pedum anticorum femora modice incrassata, subtus mox pone medium bidenticulata et parce spinulosa; nec non tibias paullo infra basin intus subexcisas, habet,

3. *S. nigripes* p. 2286. — *Micropeza nitida* Rob. Desv. n:o 5.

Obs. Mas: pedum anticorum femoribus modice incrassatis, subtus mox pone medium bidenticulatis vix spinulosis, tibiis haud excisis.

4. *S. atripes* p. 2287. *Micropeza atripes* Rob. Desv. n:o 6.

♂ in horto proprio Lundæ Jul. 1848 rarius.

Obs. Mas: pedum anticorum femoribus modice incrassatis, subtus bidenticulatis, tibiis intus basi excisis.

5. *S. flavimana* p. 2287.

Obs. Mas: pedum anticorum femoribus leniter tantum incrassatis, subtus fere in medio spinula unica mediocri et pone illam setulis aliquot brevissimis; tibiis intus in medio subsinuatis et versus apicem tuberculo distincto.

6. *S. Punctum* p. 2289. — *Micropeza cynipsea* Rob. Desv. n:o 1, teste *Macqvart*.

Obs. Mas: pedum anticorum femoribus distincte incrassatis, subtus circa medium serie spinularum 6—7 brevium nigrarum, pone quas dente brevi validiusculo flavo, et immediate pone illum excavatione non lata, sed sat profunda; tibiis intus leniter bisinuatis, paullo pone medium tuberculo (excavationi femorum opposito) armatis, apice ipso angulo interiori acuto breviter prominulo. — Exempla mascula quoque e Melita missa possideo.

7. *S. violacea* p. 2289.

(Specimina etiam e Melita a *Schembri* 1846 obtinui).

Mas: pedum anticorum femoribus parum incrassatis, subtus subsinuatis, in medio parce spinulosis, et pone spinulas denticulo parvo munitis; tibiis subrectis, intus basi leniter excisis.

8. *S. putris* p. 2290. — *Themira pilosa?* Rob. Desv. n:o 1.

14. *S. stercoraria* p. 2298. — *Nemopoda* ead. Rob. Desv. n:o 3.

17. *S. cylindrica* p. 2301. — *Nemopoda putris* Rob. Desv. n:o 1.

(Ad Moabite prope Berolinum freq., *Dahlbom.)*

---

158. LISSA Meig.

1. *L. loxocerina* Tom. 6. p. 2307.

Etiam in paroecia Winnerstad Ostrogothiæ a D. *Aug. Holmgren* parce deprehensa.

---

159. SAPROMYZA Fall.

1. *S. multipunctata* Tom. 6. p. 2312. — Löw, Dipterol. Beitr. 1847. p. 41. n:o 32. ♂♀.

Etiam in Scania ad Sjörup Aug. 1847, *G. Möller.*

2. *S. 10-punctata* p. 2313. — Löw, Dipt. Beitr. 1847. 39. 28. ♂♀. — *Suillia communis* Rob. Desv. n:o 4., teste *Macqvart.*

Qvoque in Bahusia ad Lindesnäs prope Uddewalla freq., Stud. *G. Möller.*

3. *S. notata* p. 2313. — Löw, Dipt. Beitr. 1847. 40. 30. ♂♀.

4. *S. 6-notata* p. 2314. — *Suillia* eadem? Rob. Desv. n:o 6.

5. *S. præusta* p. 2315. — Löw, Dipt. Beitr. 1847. 38. 27. ♂♀.

Ad Lindesnäs prope Uddewalla Bahusiæ Jul., *Möller.*

6. *S. affinis* Zett. Dipt. Scand. 1847. 6. p. 2316. 6. ♂♀. — *Sapr. illota* Löw, Dipterol. Beitr. 1847. p. 37. 24. ♂♀.

7. *S. rorida* p. 2317. — Löw, Dipt. Beitr. 1847. 33. 16. ♂♀. — *Lycia flava* Rob. Desv. n:o 1.

8. *S. læta* p. 2318.

Obs. Individuum masculum, quod sub indice: "*Saprom. decipiens* n. sp." e Posnania a D. *Löw* 1846 obtinui, a nostra *S. læta* vix distincta videtur.

14. *S. obsoleta* p. 2323. — Löw, Dipt. Beitr. 1847. 35. 22. ♂♀.

Obs. Larvæ sub foliis putridis vivunt.

16. *S. setiventris* p. 2325.

Iterum 1847 in Gottlandia a Prof. *Boheman* capta.

Obs. Sub nomine "*Saprom. apicalis*" e Posnania 1846 a Prof. *Löw* missum specimen huic valde simile.

17—18. *S. fusco-testacea* Wahlb. n. sp.: oculis - - - - -, fusco-ferruginea, epistomate pedibusque paullo dilutioribus; antennarum apice nigro; tarsis obscuris; alis flavescentibus; antennis oblongo-ovatis, seta subnuda; abdomine subnudo. ♀. (Long. 1 vel. $1\frac{1}{8}$ lin.)

Wahlb. in litt.

Hab. in Lapponia Lulensi ad Qvickjock rarissime, D. Prof. *Wahlberg*, qui specimen unicum pro describendo mutuo communicavit.

♀. Magnitudine minore et corpore præsertim superne fusco-ferrugineo l. sordide testaceo a proxime præcedentibus distincta. Frons ferruginea, lineolis 3 lucidis. Antennæ oblongo-ovatæ, ferrugineæ, articuli ultimi dimidietate apicali nigra. Epistoma subalbido-ferrugineum, margine apicali leniter reflexo. Palpi retracti, toti ferruginei videntur. Proboscis fusco-testacea. Scutellum subconvexum. Abdomen ovatum, fusco-ferrugineum, apice obscuriori; totum nudiusculum, subnitens. Alæ ut in *S. obsoleta* (14) etiam quoad nervorum directionem. Halteres pallidi. Pedes ferruginei, tarsis nigricantibus, metatarsis posterioribus, subferrugineis.

20. *S. 4-punctata* p. 2329. — Löw, Dipt. Beitr. 1847. p. 31. 12. ♂♀.

21. *S. 6-punctata* p. 2331. — Löw, Dipt. Beitr. 1847. p. 32. 13. ♂♀. — *Lycia* ead. Rob. Desv. n:o 3.

24. *S. plumicornis* p. 2333. — Löw, Dipt. Beitr. 1847. p. 29. 7. ♂♀.

(♂ ad Moabite 14 Aug. 1847 iterum collectus a Doct. *Dahlbom.*)

25. *S. pallidiventris* p. 2334. — Löw, Dipt. Beitr. 1847. p. 30. 10. ♂♀.

26. *S. rivosa* p. 2335. — *Minettia nemorosa* Rob. Desv. n:o 1. *Saprom. fasciata* Löw, Dipt. Beitr. 1847. 27. 5. ♂♀.

29. *S. albiceps* p. 2338. — Löw, Dipt. Beitr. 1847. 32. 14. ♂.

30. *S. interstincta* p. 2339. — *Lycia liturella* Rob. Desv. n:o 9.

31. *S. consobrina* p. 2340.

In Gottlandia 1847 etiam a Prof. *Boheman* deprehensa.

32. *S. bipunctella* p. 2341.

♂ ad Lindesnäs Bahusiæ æstate 1847 a D. *G. Möller* etiam raro inventus.

33. *S. lutea* p. 2342.

Var. b. p. 2343, ad Lund in fenestris cubiculi mei versus finem mensis Jul. 1847 frequenter.

---

160. LONCHÆA Fall.

Obs. Epistoma nudum (in *L. metallica* n:o 13—14 setula mystacina).

3. *L. chorea* Tom. 6. p. 2349.

♀ in Scania ad Widtsköfle 5 Aug. a *v. Borck*, et in pratis Gottlandiæ ad Rhone 9 Jul. a me, deprehensa.

7. *L. tarsata* p. 2352.

In Scania campestri ad Sjörup, D. *Möller*.

13—14. *L. metallica* Wahlb. n. sp.: subcærulescenti-æenescens, nitida; antennis fere epistomatis longitudine pedibusque nigris; fronte lucida; alis albo-hyalinis, nervis transversis subapproximatis, squamis majusculis albis. ♀. (Long. fere $1\frac{3}{4}$ lin.)

Wahlb. in litt.

Hab. in Svecia media rarissime; in Ostrogothia ad Gusum specimen legit mihique communicavit Prof. *Wahlberg*.

♀. Per colorem corporis e nigro-cæruleo et æneo micantem, frontem lucidam, alas albidas, nervos transversos paullo approximatos, longitudinales 3 et 4 versus apicem leniter convergentes, squamas sub alis majusculas albas, pedes totos nigros, a præcedentibus vere et abunde distincta. — Magnitudo

L albitarsis (6). Frons lata, tota (etiam orbita oculorum) lucida, nuda, nigra, vitta media lata inter orbitas breviter setulosas brunnea. Antennæ longitudine fere epistomatis, latiusculæ, nigræ. Epistoma nigrum, opacum, inferne seta utrinque mystacina unica longiori sat perspicua, et infra illam setulis pluribus brevibus sensim decrescentibus. Palpi retracti. Proboscis nigra. Oculi magni oblongi nudi. Thorax metallicus' vestigio suturæ transversæ. Scutellum concolor. Abdomen ovatum, acutum, ænescens, disco basali violaceo-micante. Alæ albidæ. Nervi albidi: auxiliaris saltem ad medium costæ extensus, a secundario saltem apice distincte remotus; longitudinales 3 et 4 non omnino paralleli, sed ad apicem nonnihil convergentes; transversi ita approximati, ut segmentum nervi long. 4:ti 2:dum ultimo saltem duplo brevius evadat, horum medius apici auxiliaris præcise oppositus. Squamæ sat magnæ, albæ, valvula superiori inferiorem non tegente. Halteres nudi, clava nigra, petiolo sordide albido. Pedes toti nigri, immaculati, geniculis omnibus et summis (saltem in fractura) pallescentibus.

---

161. LAUXANIA Fabr.

3. *L. ænea* Tom. 6. p. 2362.

(Etiam ad Moabite prope Berolinum 14 Aug. 1847 in pluribus speciminibus capta a D. *Dahlbom.*)

6. *L. longipennis* p. 2365. — *Sapromyza* eadem Löw, Dipterol. Beitr. 1847. p. 26. n:o 1. ♂♀.

7. *L. lupulina* p. 2366. — *Sapromyza* eadem Löw Dipter. Beitr. 1847. p. 26. n:o 2. ♂♀.

8. *L. basalis* p. 2367.

Obs. Laux. basalis Steph. alia est species, secundum *Löw* cum *L. longipenni* identica, mihi ignota.

---

162. ULIDIA Meig. Zett. Tom. 6. p. 2368.

Fam. 32. OPOMYZIDES Fall.

163. CALOBATA Fabr.

4. *C. petronella* Tom. 6. p. 2376.

Obs. Versus finem diagnoseos exstat: "pedibus flavis, posterioribus;" lege: pedibus flavis, femoribus posterioribus etc.

5. *C. Ephippium* p. 2378.

Etiam ad Sjörup Scaniæ frequens, *G. Möller.*

---

164. MICROPEZA Latr. Zett. Tom. 6. p. 2380.

---

165. LOXOCERA Fabr.

2. *L. confusa* Tom. 6. p. 2386.

(Var. b. ♂♀. ad Moabite Germaniæ 14 Aug. 1847, D. *Dahlbom.*)

---

166. SCATOPHAGA Fabr.

1. *Sc. fimetaria* Tom. 6. p. 2391. — *Oblicia testacea* Rob. Desv. n:o 1.

16. *Sc. gracilis* p. 2406.

(Ad Moabite prope Berolinum 14 Aug. 1847. ♀ a D. *Dahlbom* deprehensa).

Obs. E Melita a D. *Schembri* specimen obtinui femineum, huic omnino simile, et differt tantum: longitudine nonnihil breviori, capite toto (exceptis antennis et instrumentis cibariis ni-

gris) ferrugineo, vitta frontali media antice abrupta, obscura, ut et alis subhyalinis minus flavidis.

---

167. TETANURA Fall. Zett. Tom. 6. p. 2412.

---

168. OPOMYZA Fall.

1. *O. Germinationis* Tom. 6. p. 2415.
Etiam in Bahusia prope Uddewalla freq., *Möller.*

---

169. TANYPEZA Fall. Zett. Tom. 6. p. 2421.

---

170. CHYLIZA Fall.

Obs. Dasyna fuscipennis Rob. Desv. sub hoc genere militat.

2. *Ch. annulipes* Tom. 6. p. 2426.
In paroecia Winnerstad Ostrogothiæ quoque lecta ab *Aug. Holmgren.*

---

171. COLOBÆA Zett. Tom. 6. p. 2429.

Fam. 33. HETEROMYZIDES Fall.

172. HELOMYZA Fall.

7. *H. rufa* Tom. 6. p. p. 2441.
In Bahusia ad Lindesnäs, D. *G. Möller.*

8. *H. flava* p. 2442. — *Suillia communis* Rob. Desv. n:o 4, affirmante *Macquart.*

20. *H. ruficeps* p. 2454. — *Leria fenestrarum* Rob. Desv. n:o 48.

---

173. HETEROMYZA Fall. Zett. Tom. 6. p. 2461.

---

174. ACTORA Meig. Zett. Tom. 6. p. 2468.

Obs. Epistoma descendens, nudum.

---

175. ORYGMA Meig. Zett. Tom. 6. p. 2470.

---

176. COELOPA Meig.

1. *C. frigida* Tom. 6. p. 2472. — *Psalidomyia fucicola* Doum. Act. Soc. Ent. Gall. 1833. 89.

---

177. COPROMYZA Fall.

3. *C. equina* Tom. 6. p. 2478. — *Mycetia vulgaris* Rob. Desv. n:o 1.

6. *C. fuscipennis* p. 2481.

Obs. Antennarum seta breviter pubescens, nec nuda. Pedes nigri, trochanteribus, tibiarum ima basi tarsorumque intermediorum articulis 2 basalibus rufo-flavis, ut rite observavit D. *Stæger.* Interea etiam vidi individua pedibus totis nigris et

tantum trochanteribus punctoque in summitate geniculorum ferrugineis. Tarsi unius l. alterius pedum paris apice interiori picei.

12. *C. subsultans* p. 2487. — *Sphærophora curvipes* Latr. Gen. 4. 359. *Sphærophora communis* Rob. Desv. n:o 1.

16. *C. pusilla* p. 2490.

In graminosis horti proprii Lundæ 26 Jul. 1847.

---

178. LIMOSINA Macqv.

2. *L. limosa* Tom. 6. p. 2494.

Etiam in Bahusia ad Uddewalla freq., *Möller*.

3. *L. Pumilio* p. 2495.

In graminosis horti proprii Lundæ 26 Jul. 1847. freq.

4. *L. Pusio* p. 2496.

Obs. Varietas ♂ pedibus fere totis nigris in graminosis horti propii ad Lund 26 Jul. 1847 inventa.

---

179. PIOPHILA Fall.

15. *P. scutellaris* Tom. 6. p. 2520. — *Pandora basalis* Halyday Catal. ♀?

---

180. RHYNCHÆA Zett. Tom. 6. p. 2524.

Fam. 34. GEOMYZIDES Fall.

181. GEOMYZA Fall.

1. *G. combinata* Tom. 6. p. 2527.

Etiam in Bahusia ad Lindesnäs freq., *G. Möller.*

9. *G. socculata* p. 2534.

Obs. heic exludatur, nam eadem est, ac *Anthophilina gracilis,* infra in Tomo 7:mo p. 2693 descripta.

---

182. DIASTATA Meig.

3. *D. Punctum* Tom. 6. p. 2538.

♀ etiam ad Sjörup Scaniæ 1847 semel a D. *Möller* lecta. (Qvoque ad Trawemünde 1838 ♀ a D. *Dahlbom* inventa).

Obs. Hæc species affinis est *Opomyzæ discoideæ* Meig. Dipt. 6. 104. 8.

4. *D. costata* p. 2539.

Var. b. ♂. Eadem omnino etiam ad diversorium Kårböle Helsingiæ 20 Aug. 1840 in unico exemplo lecta. — Cum *Drosoph. costata* n:o 7. p. 2552, cui subsimilis, non commiscenda.

---

183. DROSOPHILA Fall.

6. *Dr. cinerella* Tom. 6. p. 2551.

Etiam in Scania ad Sjörup Aug. 1847, *G. Möller.*

18. *Dr. confusa* p. 2565.

♂ in horto proprio Lundæ 27 Aug. 1847 rarus.

Obs. In descriptione speciei (p. 2565) exstat: "late flavo," lege: læte flavo,

22. *Dr. flava* p. 2570.
In Scania quoque ad Sjörup 1847, D. *Möller.*

---

184. ASTEIA Meig. Zett. Tom. 6. p. 2572.

---

185. STEGANA Meig.

2. *Steg. nigra* Tom. 6. p. 2579.
Etiam in Bahusia ad Brömsegård prope Marstrand Jul. 1847, a D. *Gust. Möller* deprehensa.

Fam. 35. OSCINIDES Fall.

186. PLATYCEPHALA Fall. Zett. Tom. 7. p. 2581.

2. *P. umbraculata* p. 2583. In culmo *Arundinis Phragmitis* pupa mense Junio a D. *Boje* inventa.

---

187. MEROMYZA Meig. Zett. Tom. 7. p. 2586.

---

188. OSCINIS Fabr. Zett. Tom. 7. p. 2593.

---

189. MADIZA Fall. Zett. Tom. 7. p. 2667.

---

190. LEIOMYZA Macqv. Zett. Tom. 7. p. 2676.

---

191. GYMNOPA Fall. Zett. Tom. 7. p. 2678.

Fam. 36. AGROMYZIDES Fall.

192 a). MACROCHIRA Zett. Tom. 7. p. 2681.

---

192 b). AMPHIPOGON Wahlb. Zett. Tom. 7. p. 2684. — Hornschuch, Archiv, 1845. 1. 3. p. 446.

---

193. CNEMACANTHA Macqv. Zett. Tom. 7. p. 2688.

---

194. EAROMYIA Zett. Tom. 7. p. 2689.

---

195 a). ANTHOPHILINA Zett. Tom. 7. p. 2692.

---

195 b). AULACIGASTER Macqv.

1. *A. rufitarsis* Tom. 7. p. 2707.

Obs. Conferatur *Leon Dufour* in Annal. de la Soc. Ent. 1846. 4. p. 455. Tab. 11. n:o 1. f 1—14, ubi larva, pupa et imago plene describuntur et adcurate depinguntur. Insectum per

omnes metamorphoseos gradus in Ulmi ulceribus locis umbrocis habitans observatum.

---

196. LEUCOPIS Meig.

1. *L. griseola* Tom. 7. p. 2710. — Ratzeburg, Forst-Insecten, Berlin 1844. 3. p. 170. 5.

Obs. Larvas aphidivoras esse jam dudum observavit D. *Hartig*, et ex observationibus Recentiorum postea comprobatum novimus. C:fr etiam Ratzeb. l. c.; quoque *Bouchè* in Entom. Zeit. 1847. n:o 5. p. 143—144.

2. *L. annulipes* p. 2712.

Obs. Plura individua hujus medio mensis Julii exclusa e feminis *Cocci xylini* (n. sp. Boh.), ut observavit D. *Ridderbjelke*, teste Prof. *Boheman* in Öfversigt af K. Vetenskaps-Acad. Förhandlingar 1848 n:o 9. p. 195—196.

4. *L. albipennis* p. 2713.

Obs. Larvæ in Arachnidum ovis degunt, teste *v. Bremi.*

---

197 a). MILICHIA Meig. Zett. Tom. 7. p. 2716.

---

197 b). LOBIOPTERA Wahlb. Zett. Tom. 7. p. 2725.

---

198 a). AGROMYZA Fall.

Obs. In conspectu specierum p. 2731 ultima linea n:o 25 exstat: "*flavipes*" lege: *flaviceps* — Larvæ variarum specierum cuniculos in foliis plantarum effodiunt; c:fr. *Bouchè* Ent. Zeit. 1847. 5. p. 142—143.

5. *Agr. nigripes* Tom. 7. p. 2738.

Obs. C:fr *Goureau.* Annal. d. l. Soc. Ent. 1846. 4. p. 225. T. 8. 3. fig. 10—17, ubi larvæ in foliis Medicaginis cuniculos facientes, pupæ et imagines describuntur et depinguntur.

29. *Agr. vagans* p. 2767.

Obs. Ab *Agr. obscurella* n:o 32, præter alias notas etiam magnitudine nonnihil minori distingvitur hæc species.

32. *Agr. obscurella* p. 2770.

Obs. Valde similis *Agrom. vagantis* (n:o 29) varietati fronte antice anguste lutescente, sed magnitudine paullo majori et alis magis cinereo-hyalinis, nec albido-hyalinis, differre videtur.

39. *Agr. æneiventris* p. 2777.

Obs. Observantibus D. D. *Tengström* et *Nylander*, in medulla Lappæ minoris circa Helsingfors Finlandiæ verno tempore hujus speciei pupæ parvæ pallide flavæ copiose deprehensæ, e qvibus versus finem mensis Maji et sub Junio imagines proventæ fuerunt.

---

198 b). HETERONEURA Fall. Zett. Tom. 7. p. 2786.

---

198 c). SELACHOPS Wahlb. Zett. Tom. 7. p. 2792.

---

199. CHLOROPS Panz. Zett. Tom. 7. p. 2794.

Fam. 37. PHYTOMYZIDES Fall.

200. LONCHOPTERA Panz. Zett.

Obs. Pag. 2802 post lineam 12 "*Lonchoptera*" inseritur:

A. thorace flavicante.

---

201. PHYTOMYZA Fall.

2. *Ph. obscurella* Tom. 7. p. 2815.

Obs. C:fr *Goureau*, Annal. d. l. Societ. Ent. 1846. 4. p. 225. Tab. 8. f. 1—9, ubi larvæ minantes in foliis Loniceræ Xylosteum cuniculos agentes, pupæ et imagines describuntur et depinguntur.

15. *Ph. affinis* p. 2827.

Obs. Larvæ in receptaculo fructus Chrysanthemi inodori degunt, teste *v. Boie.* Kröyers Tidsskr. 1838. 2. 3. p. 248. n:o 29.

Fam. 38. TRINEURIDES Zett.

202. GYMNOPHORA Macqv. Zett. Tom. 7. p. 2844.

---

203. TRINEURA Meig.

Obs. Larvæ *Trin. caliginosæ* in *Crabrone liturato* vivunt, teste *v. Bremi* in Isis 1846. p. 172.; larvæ *T. annulatæ, semiflavæ* et *nigræ* in Lepidopteris degunt, *v. Hartig*, affirmante *v. Bremi* l. c. p. 173.

6. *Tr. rufipes* Tom. 7. p. 2857. — *Phora* eadem Ratzeburg, Forst-Insect. 3. p. 175. 22.

31. *Tr. mordellaria* Tom. 7. p. 2883.

Obs. In descriptione speciei p. 2884 exstat: "palpis flavis, nigris," lege: palpis flavis, nec nigris,

---

Fam. 39. CORIACEÆ Latr.

204 a). HIPPOBOSCA Linn.

1. *H. equina* Tom. 7. p. 2896. — Geoffr. Ins. Paris, 1762. 2. 547. 1. Tab. 18. f. 6.

---

204 b). ORNITHOBIA Meig. Macqv. *Hippoboscæ* species Fall. Zett. Tom. 7. p. 2898.

Obs. Antennæ verrucæformes, immersæ, nudæ. Caput subhorizontale. Alæ ad costam paucinervosæ. Tarsi ungvibus subsimplicibus (obsolete bidentatis). Corpus minusculum.

---

205. ORNITHOMYZA Leach. Zett. Tom. 7. p. 2902.

---

206. LEPTOPTERYX Zett. Tom. 7. p. 2905.

---

207 a). STENOPTERYX Leach. Zett. Tom. 7. p. 2906.

---

207 b). ANAPERA Meig. Zett. Tom. 7. p. 2909.

---

207 c). LEPTOTENA Nitzsch.

Obs. Tarsorum ungves subsimplices.

1. *L. Cervi* Tom. 7. p. 2913.

Obs. 3. De hoc insecto, quod etiam *Lipoptena* et *Lipoptera* vocatur, c:fr *v. Sieboldi* Bemerkungen in Ent. Zeit. 1845. n:o 9. p. 277—278.

---

208. MELOPHAGA Zett. Tom. 7. p. 2915.

Obs. Tarsorum ungves bidentati.

(NYCTERIBIA Latr. Zett. Tom. 7. p. 2917).
